This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



B 502409

Digitized by Google



SILAS WRIGHT DUNNING
BEQUEST
UNIVERSITY OF MICHIGAN
GENERAL LIBRARY

Digitized by Google

DC
611
.R75
A6

Digitized by Google

Digitized by Google

ARCHIVES HISTORIQUES DU ROUERGUE

IV

DOCUMENTS

SUR

L'ANCIEN HOPITAL D'AUBRAC

PAR

J.-L. RIGAL et P.-A. VERLAGUET

Tome I (1108-1341)

RODEZ

IMPRIMERIE CARRÉRE

1913-1917

Digitized by Google

ARCHIVES HISTORIQUES
DU ROUERGUE

Digitized by Google

COMMISSION

DES

ARCHIVES HISTORIQUES DU ROUERGUE

MM. N. MAISONABE, président de la Société des lettres, *président.*

P.-A. VERLAGUET, *vice-président.*

L. LEMPEREUR, *secrétaire.*

B. COMBES DE PATRIS, *trésorier.*

J. ARTIÈRES.

P. BENOIT.

H. BOUSQUET.

C. COUDERC.

J.-L. RIGAL.

E. SALESSES.

Le comte C. DE VALADY.

E. VIGARIÉ.

Commissaires responsables de la présente publication :

MM. L. LEMPEREUR, E. VIGARIÉ.

Cet ouvrage a été tiré à 300 exemplaires.

Digitized by Google

Digitized by Google

UNIV. OF MICH.



RUINES DE L'ABBAYE D'AUBRAC. Façade occidentale.
[D'après TAYLOR, 1833]

Digitized by Google

ARCHIVES HISTORIQUES DU ROUERGUE

IV

DOCUMENTS

SUR

L'ANCIEN HOPITAL D'AUBRAC

PAR

J.-L. RIGAL et P.-A. VERLAGUET

Tome I (1108-1341)

RODEZ

IMPRIMERIE CARRÈRE

1913-1917

Digitized by Google

Digitized by Google

Archives
Aveyron
1-1-32
[illegible]

AVANT-PROPOS

L'œuvre que nous présentons aujourd'hui au public paraît avec un gros retard qu'expliquent les circonstances et aussi le caractère du volume. Jusqu'ici le Comité des *Archives historiques* n'a publié que des documents réunis dans des registres ou volumes[1] et dont l'édition ne demandait d'autres recherches que celles destinées aux notes, aux appendices, etc.

Les documents sur l'Hôpital d'Aubrac, s'ils faisaient primitivement partie du même fonds d'archives, sont à l'heure actuelle très dispersés. Pour réunir les matériaux de ce premier volume, il a fallu de laborieuses recherches.

Ces documents, pour la plus grande partie, se trouvent encore aux Archives départementales de l'Aveyron[2], mais ne sont pas inventoriés ; ils sont même dispersés dans plusieurs fonds[3]. Ces registres ou pièces sont arrivés aux archives soit par voie légale, à la Révolution française, soit depuis par des dons successifs ou grâce au zèle des archivistes ou des particuliers. Nombre de pièces sont encore sans doute cachées

1. Tome I : *Cartulaire de Silvanès*, Introduction, p. XVII. — T. II : *Mémoires d'un Calviniste de Millau*, Introduction, p. a. — T. III : *Deliberations de la Société des amis de la Constitution et des amis de l'Egalité et de la Liberté de Rodez*, Introduction, p. XVIII.

2. H. Hôpital d'Aubrac : XII^e-XVIII^e s.; 69 reg. ou cahiers, 42 liasses ; cartulaire (1220-1640), 101 feuillets, 53 actes. Cf. *Etat sommaire des Archives départementales*, Paris, Picard, 1903, p. 87.

3. Série E : 1063, 1216, 1231, etc. — H. (v. note 2 *supra*). — G. 43, 83, 161, 163, 404, 405, 406, 407, etc. — Fonds du Chapitre, liasse concernant l'Hôpital Sainte-Marthe de Rodez, etc.

Digitized by Google

dans quelques recoins des maisons ayant autrefois appartenu à l'Hôpital, soit en Rouergue, soit en Gévaudan.

Les archives départementales de la Lozère [1], du Cantal, du Tarn-et-Garonne [2], de la Haute-Garonne [3], la collection Doat (Bibliothèque Nationale) [4] contiennent en original ou en copie de très nombreux documents sur Aubrac. Nous ne pouvons nous flatter d'avoir tout découvert : certains fonds n'ont pu encore être explorés que d'une manière incomplète [5].

Les documents (antérieurs à 1341), découverts au cours de l'impression du 1er volume, feront l'objet d'un *appendice* au tome IIe.

* * *

Malgré ce qu'elles ont encore d'incomplet, ces recherches nous permettent de donner une idée de ce qu'étaient les archives de l'ancien Hôpital, à la veille de la Révolution [6].

A Aubrac, comme partout, les archives étaient soigneusement conservées à l'abri du feu et des voleurs [7] ; elles firent l'objet de plusieurs inventaires [8].

Au XVIIe siècle il existait encore quelques originaux des donations anciennes du XIIe siècle [9]. Un *cartulaire*, registre parchemin d'environ 125 folios, couvert de basane noire, où étaient transcrites les donations faites à Alard ou à Ada-

1. Inventaire sommaire des séries G. et H., pp. 168-175, nos 428-441.

2. A., 102, fol. 48, etc.

3. Fonds de Malte : Sainte-Eulalie du Larzac, liasse 1re. — *Archives du Parlement* : fonds des eaux et forêts.

4. Nos 134, 135 et 136. Cf. Rigal et Verlaguet : *Notes pour servir à l'histoire du Rouergue*, Rodez, Carrère, 1913, pp. 37-90.

5. Archives nationales ; Arch. du Vatican ; Arch. de la Société des L. S. et A. de l'Aveyron (livre tiré du terrier des Bourines de 1485, XVIIe s.) ; Arch. communales de Millau ; Arch. notariales de St-Chély-d'Aubrac, de Nasbinals, etc., etc.

6. Les détails relatifs à l'organisation et à l'histoire des archives de l'Hôpital seront étudiés dans l'Introduction du t. II.

7. V. par exemple l'enquête sur la prise d'Aubrac par Fosseuse en 1595. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G. 406, n° 18.)

8. 1518, 1723, 1746, etc., etc.

9. V. documents : Registre sommaire n° 7. Etat de 1694.

Digitized by Google

lard et ses successeurs, est décrit dans un état de 1694 [1]. Un inventaire du XVI[e] s. donne sous une forme très abrégée et peu claire le sommaire de quelques-unes de ces donations [2]. Ce cartulaire semble avoir disparu peu après 1694, peut-être dans l'incendie de 1700 [3]. Les autres parties de l'ancien fonds d'Aubrac ont aussi beaucoup souffert des pillages, incendies et confiscations [4].

* * *

Ces indications suffiront sans doute pour nous excuser de n'offrir aujourd'hui au public que les restes très mutilés de ces anciennes archives. Malgré les injures du temps et l'insuffisance de nos recherches, l'importance de ces documents n'échappera, nous l'espérons, à aucun des nombreux compatriotes instruits qui s'intéressent au passé et à l'avenir de l'Aubrac.

Maynooth (Irlande), 20 juin 1917. J.-L. RIGAL.

N.-D. de Vanc, ce 1[er] juillet 1917. P.-A. VERLAGUET.

1. Cet état sera imprimé au t. II.

2. « Recueil des antiennes donations escrites par M[e] Pierre Pélat, controlleur d'Aubrac ».

3. Rigal et Verlaguet, *op. cit.* p. 37, note 1.

4. 1461, 1595, 1700, Révolution. Nous ne croyons pas que les archives d'Aubrac aient été brûlées à St-Geniez-d'Olt, comme l'affirme l'abbé Bousquet dans *L'Ancien Hôpital d'Aubrac*, p. 227.

Digitized by Google

ADDITIONS, CORRECTIONS ET SUPPRESSIONS

Page 3, ligne 19, *lisez* : Honorium [II].
— ligne 20, *lisez* : Urbanum [V].
— lignes 20-21 : *Chronologie* : Nicolas IV, Urbain V, Urbain VI, Eugène IV, Nicolas V ?
P. 7, note 1, ligne 1, *lisez* : trois copies.
— note 1, ligne 2, *lisez* : cotées nos 12, 13 et 14.
— note 1, lignes 3 et 4, *lisez* : Le Grand. *Statuts d'Hôtels-Dieu et de Léproseries*. Paris, 1901.
P. 13, ligne 13, *lisez* : liberalitate.
P. 17, dernière ligne, *lisez* : ex mera liberalitate.
P. 18, note 1, *ajoutez* : L'auteur (Ch. Felgères).
P. 19, avant-dernière ligne, *lisez* : valituro.
P. 20, au lieu de [XIIe s.], *lisez* : 1161-1165.
P. 23. La bulle donnée sous le no 16 sera réimprimée à l'*Appendice*. Depuis l'impression, on a retrouvé un texte plus complet.
P. 24, ligne 25, *lisez* : inspexisse.
— note, ligne 1, *lisez* : trois copies.
— note, ligne 2, *lisez* : cotées nos 9, 10 et 11-G. 404, copie en forme papier de 1585, cotée no 1.
P. 25, ligne 2, *lisez* : nuntiatione.
P. 26, ligne 29, *lisez* : amiserint.
— ligne 32, *lisez* : semetipsis.
P. 28, ligne 13, après in perpetuum, *ajoutez* : Si aliqui in exequiis mortuorum pauperes missas promiserint, sint a nobis absoluti, dum tamen predicto Hospitali elemosinam transmiserint.
P. 29, ligne 28, après *devise*, *ajoutez* : ✠ Fac mecum, Domine, signum in bonum.
P. 30, ligne 8, après *devise*, *ajoutez* : ✠ Dirige gressus meos in semitis tuis.
P. 31, ligne 6, *lisez* nichil deest *et supprimez* la note 1.
— note 2, ligne 4, *lisez* : 15 et 174.

Digitized by Google

P. 34, note 2, ligne 3, après XVIIIe s., *ajoutez : Arch. départ. de l'Aveyron*, D. 363.

P. 39, ligne 12, *lisez* : facta donatio.

— ligne 37, *lisez* : Aludiers.

P. 40, ligne 30, *lisez* : tro ad oi.

P. 42, ligne 9, *lisez* : et hominum.

P. 47, ligne 20, *lisez* : ab ipsa.

P. 52, ligne 35, *lisez* : vos en metem.

P. 59, ligne 25, *lisez* : Durand.

P. 92, ligne 11, *lisez* : renonciam.

— ligne 33, *lisez* : ço es.

P. 93, ligne 19, *lisez* : ecceptat.

P. 96, ligne 15, *lisez* : Austorgius.

P. 99, On trouvera à l'*Appendice* la première partie de l'acte nº 62.

P. 115, L'acte nº 71 se trouve encore dans le Reg. nº 5 (Belvézet), fol. 3-5, 26-28, etc., mais avec quelques variantes.

P. 116, ligne 7, *lisez* : ipsi aut quocumque modo.

— ligne 13, *lisez* : fratres Hospitalis.

P. 117, ligne 8, *lisez* : territorium quod.

— ligne 20, *lisez* : sive tres foci.

P. 118, ligne 4, *lisez* : de Issac, et.

P. 137, note 1, ligne 3, après fol. 1 ro, *ajoutez* : *Ibidem*. Copie et traduction de 1787 ; reg. nº 2, copie et traduction de 1829.

P. 152, *Ajoutez* à la note : *Arch. départ. du Tarn-et-Garonne*, A. 142, copie papier du XVIIe s.; A. 246, copie papier de 1530.

P. 187, note, ligne 11, après légendes, *ajoutez* : Reg. nº 2, copie de 1829 avec la traduction, cotée nº 5.

P. 232, ligne 9, *lisez* : Durand.

P. 236, *Ajoutez* à la note : *Arch. départ. du Tarn-et-Garonne*, A. 142, copie papier du XVIIe s.; A. 246, copie papier de 1530.

P. 238, *Ajoutez* en note : L'acte nº 138 fut confirmé au mois de novembre 1326 par le roi Charles IV le Bel. Cf. *Arch. départ. du Tarn-et-Garonne*. A. 142 et 246.

P. 259. *Rédigez* ainsi la première ligne du titre de l'acte nº 147 : 1280 (n. s.), 22 mars ; 1281 (n. s.), 23 mars. Marcillac. — Compromis et accord.

— *Ajoutez* à la note : Reg. nº 7 (Aurelle), fol. A et I-IIII ; reg. nº 7 *bis* (Aurelle) ol. 1 et 7-10

P. 261, lignes 14 et 15, les reg. nos 7 et 7 *bis* (Aurelle) portent : Sicardus Fauri de *Vauro*, Guillermus *Acbrandi*, *Falconetus*.

Digitized by Google

P. 264, ligne 6, après Marcilhiacum *ajoutez* : diocesis Ruthenensis, in viridario, juxta murum, anno Domini M° CC° LXXX°, scilicet X° kalendas aprilis. — Testibus presentibus : domino B. de Combreto, domino Guiberto de Monte Amato, militibus, domino Petro de Stanno, magistro B. Granerii, magistro Siccardo Fauri de Vauro. domino Astorgio del Boy, milite, domino Moteto, milite, domino Hugone de Marcastel, milite, Bernardo Brengarii de Bertholena. Et me Petro de Scuria, publico notario comitatus Ruthene qui, *etc.*

P. 272, ligne 9, *lisez* : Hôpital d'Aubrac [1].

P. 274, note, ligne 3, *lisez* : coté KK avec la date 1278.

P. 297, *Ajoutez* à la note : *Ibidem*, G. (fonds du chapitre de Rodez, Coussergues.) 30 juin 1289, bail à fief des deux autres parties dud. pré par le recteur de Coussergues auxd. frères Rocalonc, coté E.

P. 302, ligne 28, *lisez* : [1289, 6 juin].

P. 310, *Ajoutez* à la note : *Ibidem*. G. (Chapitre de Rodez, hôpital Sainte-Marthe de Rodez), vidimus parch. coté D, de 1296, scellé du sceau de Raymond, évêque de Rodez...

P. 311, ligne 31, après Sobeira, le *vidimus* de 1296 porte : dal Vilar Soteira.

— lignes 37 et suiv., le *vid.* de 1296 ne mentionne pas les églises de Nasbinals, de La Fage, la chapelle de Plagnes et l'hôpital de Luc.

P. 312, lignes 21 et suiv., le *vid.* de 1296 ne mentionne pas les mas de Priondes, du Védrinel, de Lucsal, des Faux, de Brion, du Caylar, des Fours et du Grand Viala.

P. 313, ligne 11, le *vid.* de 1296 porte : illumina faciem.

— ligne 19, le *vid.* de 1296 porte : Gerardus.

P. 362, ligne 36, *lisez* : guoya.

P. 441, note, dernière ligne, *lisez* : n° 332.

P. 442, note 2, dernière ligne, *lisez* : n° 332.

P. 480, ligne 4, *rédigez* ainsi : Le cens du moulin *de Manso* et la terre *de Interaquis* restent réservés.

P. 496, ligne 1, *lisez* : quod anno.

P. 504, ligne 27, *lisez* : eorum denique.

P. 535, ligne 20, *lisez* : et quolibet ipsorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DOCUMENTS

SUR

L'HOPITAL D'AUBRAC

1.

[XV^e siècle]. — *Relation de la fondation miraculeuse de l'Hôpital d'Aubrac, faite par Adalard, vicomte de Flandre, et anciens privilèges dudit Hôpital* [1].

Factum tale est. Antiquissimis temporibus, Alardo [2] vicecomite Flandrensi, dum rediret de peregrinatione beati Jacobi in Compostella et transiret per diocesim et senescalliam Ruthenensem, in quodam loco nemoroso montanorum vaste solitudinis, communiter nuncupato de Altobraco, ubi peregrinantes latronum et homicidarum incursu miserabiliter dies suos clauserunt extremos, apparuit Dominus noster Jesus Christus in itinere publico, ubi erat ipsorum latronum tenebrosa spelunca, nuntiando eidem atque precipiendo ut inibi in honorem sui sanctissimeque Trinitatis et gloriose Virginis, Ejusdem matris, domum Hospitalis construeret pauperibus et peregrinis caritative recipiendis. — *Item* dictus nobilis Alardus tali miraculosa et celesti monitione commotus, vir, inquam, valde humilis et devotus Spiritu Sanctoque repletus, jussa sibi divinitus complere cupiens, relictis humanis pompis, militibus atque parentibus ac amicis omnibus, in dicto loco Hospitale pauperum et notabilem ecclesiam fundavit, que etiam a Deo miraculose ministerio angelorum fuit consecrata, in quo permansit totis temporibus vite sue, caritatis opera possetenus adimplendo et ibidem suum sacrum

1. Doat, 134, fol. 1-5. — De Gaujal, *Etudes historiques sur le Rouergue*, Paris, 1859, T. IV, p. 395-398.
2. V. l'acte n° 17.

Digitized by Google

corpus quiescit et fulgendo miraculis multorum languores sanat. — *Item* licet dictus locus de Altobraco consuevisset esse locus horroris et vaste solitudinis, terribilis, silvester, tenebrosus et inhabitabilis, ubi nullus cibus aut fructus nec circa tres leucas pro sustentatione humani generis excrescebat neque colligi ant fructificari poterat, per fundationem dicti boni patris Alardi dictus locus factus fuit habitabilis consolationis et pacis, ubi, expulsis priscis malignitatibus, peregrinis, pauperibus et ceteris transeuntibus omnia opera misericordie incessanter adimplentur et hactenus, divina favente gratia, fuerunt adimpleta et speratur quod feliciter in futurum, Christo duce, adimplebuntur. — Ipse quidem locus predictus de Altobraco et Hospitale ibidem constructum cum ecclesia et aliis congruentibus edificiis, nunc vallata et premunita turribus et aliis fortificationibus necessariis pro repulsu malorum, sunt principaliter sita in dicta diocesi Ruthenensi et in parrochia Sancti Elegii, per vicarium perpetuum regi et gubernari solita, circa divisiones seu difinitiones trium episcopatuum, videlicet Ruthenensis, Mimatensis et Claromontensis, nunc Sancti Flori, ac strata publica tendente pro visitatione liminum Beate Marie de Rupe Amatore, Aniciensis de Cosaco, Sancti Antonii, Jacobi in Compostella, Sancti Salvatoris Obede, beati Dominici de Stramatura et multorum aliorum sanctorum [1] et etiam visitare volentium sepulcrum Domini nostri Jesu Christi et limina apostolorum Petri et Pauli. In quo quidem Hospitali dictus beatissimus Alardus disposuit recolligi et recreari pauperes Christi, infirmos, cecos, debiles, surdos, claudos, famelicos et omnes peregrinantes et omnes ibidem transeuntes, et secundum ipsius beati Alardi dispositionem de die in diem caritative recipiuntur benigne et recepti per fratres et sorores ipsius Hospitalis deserviuntur cum abundantia et hilaritate de bonis ipsius domus.

Nunc est verum quod ad hoc ut ibi Deo cum salubriori devotione possit famulari et melius caritatis officia possint

1. La copie de Doat que nous donnons est évidemment altérée dans la nomenclature de noms de lieu qui précède.

Digitized by Google

benigne adimpleri, ipse beatus Alardus, tanti boni inceptor et tante misericordie edificator, constituit ibidem regulam et ordinem ut inibi essent milites, religiosi, fratres et sorores, inter quos esset unus, qui major minister, dominus sive *Domnus* nuncuparetur, et quod omnes eidem domino cum fidelitate obedirent in castitate et sine proprio et omnes horas canonicas tam nocturnas quam diurnas in ecclesia propria Hospitalis dicerent vel audirent, legitimo cessante impedimento ; et si qui[s] ignoranter vel alias peccaret singulari pena per dictum dominum Domnum eorum superiorem puniretur. — *Item* cum premissa facta fuissent inspiratione Dei miraculosa et quia erant tam pia, sancta et rationabilia et in caritate Dei et proximi fundata, [*un blanc*] bone memorie dominus [Petrus] [1], episcopus pro tunc Ruthenensis, premissa omnia pro majori eorum firmitate cum suo capitulo laudavit, approbavit et, quantum in ipso fuit, confirmavit, rata et firma perpetuo esse voluit. — *Item* premissa omnia fuerunt manifestata et notificata Sancte Sedi Apostolice et per Honorium [III], Alexandrum III^um^, Lucium [III], Innocentium III^um^, Clementem IV^um^, Nicolaum V^um^, Urbanum [VI], Eugenium [IV] et plures alios Summos Pontifices approbata et confirmata cum scitu et assensu multorum Cardinalium, et ipsum Hospitale variis dotaverunt privilegiis et ipsum una cum membris et dependentiis suis sub speciali protectione sancte Ecclesie Romane receperunt, retento sibi et dicte Romane Ecclesie uno bizancio auri, inter alia statuendo quod inibi ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in predicto Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis temporibus inviolabiliter observetur. Voluerunt insuper quod, vacante dominatu sive prelatura dicti Hospitalis, nullus ibi recipiatur nisi canonice per conventum sive capitulum ipsius Hospitalis fuerit electus. Prohibuerunt etiam ut nullus contra fundationem aut dicta privilegia et concessiones predictas audeat venire cum decreto irritandi.

Item premissa omnia fuerunt publicata in presenti diocesi

1. Pierre II, évêque de Rodez, 1146-1166.

Digitized by Google

Ruthenensi et per dominos episcopos ipsius diocesis Ruthenensis seu eorum officiales visa, palpata et inspecta sub veris bullis papalibus plumbatis atque vidimatis in presentia publicarum personarum et sigillo authentico dicti officialis sigillata, atque per episcopos Ruthenenses, archiepiscopos Bituricenses et alios Christi prelatos populus christianus fuit excitatus ad predictum Hospitale caritativis suffragiis adjuvandum et sic et taliter quod dictus episcopus Ruthenensis modernus neque quivis alius nullam possit pretendere ignorantiam. — *Item* ex premissis clare deprehenditur quod dictum Hospitale et ecclesia ejusdem opus sanctum, pium et caritativum fuit rite et canonice auctoritate Summorum Pontificum approbatum, laudatum ac confirmatum. — *Item* etiam deprehenditur quod inibi est ordinata, approbata et confirmata regularis observantia sub regula sancti Augustini et quod inibi est statutum verum et canonicum corpus, in quo proprie rector sive Dompnus est caput, et supposita ipsius Hospitalis sunt membra et dicto capiti tanquam eorumdem majori subjecta atque sub ejus obedientia, cum punitio et castigatio ipsorum subditorum sibi pertinet et non alteri. — *Item* deprehenditur quod Dompni potestas e[s]t dignitas electiva, que fit et fieri debet per capitulum seu conventum ipsius Hospitalis, auctoritate Apostolica, cum inhibitionibus et decretis supradictis. — *Item* etiam deprehenditur ex premissis quod predictus Dompnus, qui major, dominus et superior est ipsorum militum, religiosorum, fratrum et sororum et donatorum ipsius Hospitalis et ipsorum habet curam et regimen, non habet populum alium. Imo ipsum Hospitale et monasterium sunt sita in parrochia Sancti Elegii, cui cura et ministerium sacramentorum consueverunt ministrari per vicarium perpetuum dicte parrochie. — *Item* est verum quod a dicta fundatione citra seu saltem per tanti temporis spatium quod excedit memoriam hominum, dicti Dompni jurisdictionem ordinariam dictorum religiosorum et suorum subditorum habuerunt, neque ullo unquam tempore ad sinodum cleri personaliter cum sinodantibus venerunt nec comparuerunt, neque dicti domini episcopi ecclesias, fratres et personas visitaverunt nec procurationes receperunt ; imo ipse Domp-

Digitized by Google

nus in temporalibus et spiritualibus tam de jure quam de consuetudine regere et gubernare consuevit.

2.

[Après 1108.] — *Donation par Adalard de l'Hôpital d'Aubrac à l'abbaye de Conques* [1].

In nomine Domini nostri Jhesu Xristi. Ego Adalardus, pro salute animę meę, dono et laudo et confirmo Sancto Salvatori et sanctę Fidi de Conchas illud Hospitale de Altobraco cum omnibus ad se pertinentibus, et hoc facio in presentia domni Bonefacii abbatis et monachorum in capitulo, et hoc tali modo ut post mortem meam, istud Hospitale cum omni honore quem ego ibi adquisivi abbas sanctę Fidis et monachi retineant ad Dei servicium et pauperum et pro remedio animę meę faciant quod facere debent pro monacho suo. Pro recognitione vero istius facti dono quotannis unam libram de cera ad altare sanctę Fidis ; et suscipio de manu abbatis illum mansum de Malasanna ad salvetatem sanctę Fidis ibi faciendam. — S†G. domni Adalardi qui hanc cartam scribere jussit. S†G. Bonefacii abbatis. S†G. Johannis prioris. S†. Geraldi sacristę. — Facta carta feria V, regnante Ludovico, rege Francorum.

3.

1162, 22 juin. Montpellier. — *Bulle d'Alexandre III mettant sous la protection du St-Siège l'Hôpital d'Aubrac avec ses dépendances* [2].

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Stephano, magistro Hospitalis domus de Albrac, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter substituendis in perpetuum. — Quoties illud a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, ves-

1. *Société des lettres, sciences et arts de l'Aveyron*, cartulaire de l'abbaye de Conques, fol. 259 v°-260 r°. — G. Desjardins. *Cartulaire de l'abbaye de Conques*, n° 498.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*. G. 406, copie informe papier, cotée n° 8. — Abbé Bousquet, *op. cit.* pp. 30-31.

Digitized by Google

tris justis postulationibus clementer annuimus et prefatum Hospitale in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona idem Hospitale in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum justis modis, prestante Domino, potuerit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : ecclesiam Sancti Marii de Maurinis cum pertinentiis suis, villam de Montclergue cum pertinentiis suis, villam de Chalmeta cum pertinentiis suis, villam de Cogossac cum pertinentiis suis, villam de Melet cum pertinentiis suis, villam de Vabre cum pertinentiis, villam de Ebillac cum pertinentiis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat supradictum Hospitale temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, set illibata omnia et integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini Redemptoris nostri Jhesu Xristi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat : cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Xristi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. — *Rota :* Sanctus Petrus, Sanctus Paulus. Alexander papa III. *Avec la devise :* † Vias tuas, Domine, demonstra michi. — [*Monogramme :* Bene valete.]

Ego Alexander, Catholice ecclesie episcopus.

† Ego Hubaldus, presbiter cardinalis tituli Sancte Crucis in Jherusalem.

† Ego Henricus, presb. card. tituli SS. Nerei et Achillei.

Digitized by Google

† Ego Johannes, presb. card. tituli Sancte Anastasie.

† Ego Albertus, presb. card. tituli Sancti Laurentii in Lucina.

† Ego Gregorius, Sabinensis episcopus.

† Ego Hubaldus, Ostiensis episcopus.

† Ego Bernardus, Portuensis [et Sancte] Rufine episcopus.

† Ego Gualterius, Albanensis episcopus.

† Ego Hiacinthus, diaconus card. Sancte Marie in Cosmydym.

† Ego Odo, diac. card. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano.

† Ego Arditto, diac. card. Sancti Theodori.

† Ego Cinthius, diac. card. Sancti Adriani.

† Ego Raymundus, diac. card. Sancte Marie in Via lata.

† Ego Johannes, diac. card. Sancte Marie in Porticu.

Datum apud Montempessulanum per manum Hermanni, Sancte Romane Ecclesie subdiaconi notarii, X° kalendas julii, indictione X^a^, incarnationis Dominice anno M° C° LX° II°, pontificatus vero domini Alexandri pape tertii anno tertio.

4.

1162. — *Règle donnée à l'Hôpital d'Aubrac par Pierre II, évêque de Rodez* [1].

[*Hec est regula religiosorum fratrum et sororum Hospitalis et conventus Beate Marie de Altobraco ordinis sancti Augustini, conformis in omnibus capitulis regule ipsius sancti Augustini, a qua regula hæc presens fuit abstracta*] [2].

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 404, copie informe papier, cotée n° 3; 406, deux copies informes papier, cotées n°° 13 et 14; — H. Hôpital d'Aubrac, copie informe papier. — *Bibl. nat.* Ms. latin 17196, fol. 80. — Doat, 134, fol. 10-15. — Le Grand, *op. cit.*, pp. 16-21. — *Hist. du Languedoc* (éd. Privat), t. IV (notes) pp. 888-9. — Abbé Bousquet, *op. cit.* pp. 20-29. — Abbé Deltour, *op. cit.*, pp. 26-29. — De Gaujal, *op. cit.* pp 398-403. — La copie du Ms. latin 17196 et celle de la série H. Hôpital d'Aubrac, portent la mention suivante : » Je soubsigné, prestre et curé de Saint-Cosme, ay vidimé les actes quy m'ont esté présentés par M. le sindic d'Aubrac, en vertu de l'ordre et commission expresse que j'ey receu de Monseigneur de Rodès en datte du 12e décembre 1680. *Signé* : Gabriel, évesque de Rodès, au curé de St-Cosme, et aiant trouvé les extraits qu'il a tirés conformes aux originaux, ey soubsigné sur chacun d'iceux. A St-Cosme, ce 1er février 1681. *Signé* : Buscallet, curé de St-Cosme et commissaire susdit. »

2. Le titre avec les sous-titres, ci-dessous imprimés en italique, sont tirés de de Gaujal, *op. cit.* pp. 398 et suiv.

Digitized by Google

Anno ab incarnatione Domini M° C° LXII°, dominus Petrus, venerabilis episcopus Ruthenensis, consilio prudentum clericorum ac laicorum, fratribus et sororibus Hospitalis, quod situm est in Albrac, hujusmodi regulam constituit observari. — Primo quidem eos considerare oportet quod in domo pauperum et ad hoc ut eis serviant convenerunt ; non ergo rebus alienis quasi fures sive predones in comessationibus et ebrietatibus abutantur nec querant ibi dominari set famulari : honor quippe et injuria pauperum recurrit in Xristum.

[2° *De humilitate erga pauperes*]. — Ideo summopere curent ut in omnibus bonis domus pauperes semper precedant ut domini, illi subsequantur ut servi.

[3° *De modestia in victu et vestitu et caritate*]. — Contempta itaque omni superfluitate ciborum et vestium mediocri victu atque vestitu contenti sint, quales esse debent, sobrii videlicet et casti, modesti, humiles et quieti, hospitales invicem, sine murmuratione, unanimes in charitate, quia charitas operit multitudinem peccatorum ; et in hoc patebit eos esse ministros et discipulos Xristi, si dilectionem habuerint ad invicem. In incessu, vultu et habitu et in omni corporis gestu humilitatem preferentes, pestem superbie, que initium et consummatio est totius peccati, ante omnia fugiant : quia turpe est omnino humiles esse dominos et ministros superbos.

[4° *De habitus decentia*]. — Postquam autem frater aut soror in prefata domo semel recepti fuerint, nunquam postea pretiosis utantur vestibus, set laneis cooperiantur pannis candidis, brunis aut nigris, lineis quoque mediocribus, qui nec nimis grossi sint nec nimis subtiles. In numero quoque vestium modum non excedant, set juxta facultatem domus et juxta magistri sui arbitrium, quod eis ad tuendam sui corporis infirmitatem sufficere possit, patienter accipiant. Pelles etiam silvestrium animalium nisi domesticorum tantum nemo ex eis induat.

[5° *De sobrietate, temperantia et modestia in mensa*]. — Nunquam ante tempus per alienas domos comedere aut bibere absque magistri licentia cuiquam liceat ; in diebus jejunii post nonam, in aliis diebus post tertiam, ad pran-

Digitized by Google

dium ; post vesperas, ad cenam. Donec omnes conveniant sese invicem expectent, ut omnes simul ad mensam accedant ; cumque Domino vota gratiarum persolverint, sacerdotes et clerici, si ibi fuerint, primi in capite, deinde ceteri, sicut magistri ordinaverint, sedeant, cum timore et simplicitate de eodem pane et de eodem pulmento manducantes et de eodem vino bibentes ; in silentio permaneant, nec, nisi necessitate cogente, os ad loquendum aperiant et quod necesse fuerit, cum modestia et suavitate requirant. — Si vero magister, singulorum vires et imbecillitates considerans, aliquid misericordie alicui facere voluerit, non murmurent nec dedignentur alii, set potius gaudeant si distribuatur unicuique prout opus fuerit. In fine convivii, sicut in principio, Deum laudare decebit.

[6° *De jejunio et abstinentia*]. -- Quarta feria, sexta et septima carne et sagimine [1] abstinebunt ; in sexta jejunabunt, nisi magna solempnitas aut octave precipue intervenerint, aut infirmitas corporis, seu labor operis, aut estus caloris impedierit. A Septuagesima usque ad Pascha et a prima dominica Adventus usque ad Nativitatem Domini carnem non manducabunt. Quocumque autem die vel quocumque tempore ipsi abstineant, benignitas et humanitas pauperum eorum dumtaxat qui in Hospitali infirmi jacuerint, in carne et sagimine [2] et necessariis ministrandis non delinquatur. In diebus quibus carnem comedere licebit, una tantum carne contenti sint nisi precipua festivitas intervenerit, sive magister domus, sponte sua, dare voluerit ; preter ad commune prandium sive ad cenam nemo prorsus aliquid comedat. Cum autem sitierint : qui infra villam fuerint, bibant in Hospitali tantum ; qui extra villam fuerint, bibant set cum socio.

[7° *Modus in cubiculis cubandis*]. — Non in una domo viri jaceant cum mulieribus, set in separatis domibus seorsim viri, seorsim mulieres, singuli per singulos lectos dormiant. Postquam vero accubitum ierint, orent Patrem et silentium teneant, donec surgant. Summo mane omnes ad ecclesiam pergant, nisi quos infirmitas corpo-

1. *La copie collée n° 14 porte* : sanguine. — 2. Sanguine.

Digitized by Google

ris aut necessitas domus detinuerit ; et qui ad ecclesiam ierint, ibidem, attento corde et humili corpore divina verba audientes, pro se et pro fratribus et pro benefactoribus domus et pro omni populo xristiano Dominum deprecentur. — Mulieres in ecclesia non loquantur [1]. — Omnes ejusdem domus laïci fratres sive sorores per singulos dies, pro matutinis et ceteris diurnis horis, orationem Dominicam tricesies dicant.

[8° *De pio usu contemptuque vilium rerum hujus domus*]. — Nullus causa oblationum seu vigiliarum sive etiam eleemosinarum seu quacumque alia causa reliquias, que de mensa communi superaverint, sive quelibet bona domus, nisi quantum magister seu dispensator domus permiserit, retinere presumat.

[9° *De observatione trium religionis votorum*]. — Nullus sese excuset quin libenti et prompto animo omnia, que sibi magister imperaverit, faciat ; et cum ille non interfuerit, obediat illi quem ipse dimiserit pro se ; hoc eis denique pernecessarium est ut obedientiam et castitatem custodiant et sine proprio vivant, nam sine his tribus ad salutem animarum nullo modo pertingere possunt : melior est sane obedientia quam victime, et quasi scelus idolalatrie est nolle quiescere. Adam quoque per inobedientiam perdidit paradisum ; Abraham propter obedientiam pater multarum gentium esse meruit. Joseph quoque propter castimoniam principatum Egipti meruit ; Aman vero propter suam incontinentiam periit. Qui autem de rebus quas Deo voverint aliquid subripuerint, Ananie et Saphire judicium incurrunt. Et qui de re communi propria sibi facere et marsupia sua augere non metuunt, Jude prius furis et postea proditoris mortem sibi et dampnationem acquirunt.

[10° *Pena in trium votorum prevaricatores*]. — Idcirco qui de inobedientia seu de impudicitia vel de proprio, sine magistri licentia retento, publice convictus fuerit et comprobatus fuerit, huic pene subjaceat : XL^{a} diebus a liminibus ecclesie projiciatur, a communi quoque mensa fratrum segregatus, supra nudam humum sedeat et absque

1. *Doat :* canant ; *L. Legrand :* legant.

Digitized by Google

omni linteamine comedat, et per illos XL^a^ dies quarta et sexta feria in pane et aqua jejunet, diebus tantum dominicis carnem manducet, nec in stratu suo lineis pannis utatur, excepto eo quod magister domus ei misericorditer donare voluerit; idipsum judicium ponatur super eum qui alium percusserit aut turpibus conviciis lacessierit; et si juraverint [1], si contenderint, si alteri detraxerint non sine penitentia aliqua dimittatur, set III. aut VII. diebus aut sicut magistro domus visum fuerit puniatur.

[11° *De prompta peccatorum suorum penitentia*]. — Quotiescumque in aliquo peccaverint, cito enim labitur humana mortalitas, cito confiteantur atque peniteant: nam morbus inveteratus cum difficultate curatur. Cum vero boni aliquid egerint, non per jactantiam aut inanem gloriam humanis oculis ostendant, set per hoc soli Deo placere appetant.

[12° *De vitanda hominum mali nominis conversatione*]. — Illud quoque observandum est ne cum illis personis colloquium seu contubernium habeant unde mala suspicio oriatur; nichilque in eis omnino appareat quod oculos intuentium offendat.

[13° *De Correctione fraterna*]. — Qui scierit fratrem suum peccare, prius corrigat eum inter se et ipsum solum; deinde nisi correctus fuerit, adhibeat unum vel duos; ad ultimum si eos non audierit, dicat magistro. Nullus tamen de alio per suspicionem male loquetur nisi manifestis indiciis probare potuerit vera esse que dixerit [2]. Et quia mors et vita in manibus lingue, non solum a murmurationibus et detractionibus, turpibus et malignis verbis abstineant, verum etiam a jocosis quantum possibile fuerit, nam de verbo otioso in die judicii erit reddenda ratio.

[14° *De modo cubandi et surgendi*]. — Cum surrexerint vel cubitum ierint, signum sancte crucis sibi imprimant et, juxta apostolum, quecumque in verbo aut opere fecerint, omnia in nomine Domini nostri Ihesu Xristi faciant.

1. *Le Grand* : injuriaverint.
2. Cf. *Règle de saint Augustin*. Migne. *Patrol. lat.*, t. XXXIII, col. 962.

Digitized by Google

[15° *De honore et caritate erga magistrum et fratres*]. — Magistrum suum non solum ut dominum timeant, set quasi patrem venerentur et diligant et pro posse suo in cunctis ei obediant [1]. Ipseque magister erga singulos eorum paternum affectum habeat et juxta possibilitatem suam unicuique quod necesse fuerit libenter et hilariter faciat. Sint ergo fraternitatis amatores, sese compatientes, honore invicem prevenientes, ita ordinate et circunspecte omnia gerentes, ut omnes qui eorum bonam conversationem viderint, glorificent Deum qui in cœlis est.

[16° *Conclusio in regule infractores*]. — Qui vero descriptam regulam noluerit observare aut si eam in aliquo transgressus fuerit, sicut predictum est, penitere et emendare noluerit, absque recuperatione bonorum que pauperibus dederit, de Hospitali projiciatur. — [*Finis regule.*]

5.

1165. — *Donation des cinq mas d'Aybillac par Pierre [II], évêque de Rodez* [2].

Petrus, Dei gratia Ruthenensis ecclesie humilis minister, dilectis in Xristo fratribus Stephano, procuratori Hospitalis d'Albrac, et successoribus ejus fratribusque ejusdem loci presentibus et futuris, salutem in perpetuum. Qui studio pietatis inserviunt et Deum sibi placabilem faciunt et intuentium animos ad sui amorem atque imitationem accendunt. Quocirca nos, fratres, vestram quam in ministerio pauperum habetis religiosam sollicitudinem pro desiderio emulantes vestreque domui, cujus bona necessitatibus indigentium jocunda semper miseratione communicantur, aliquid de rebus nostris impertire studentes, damus, tradimus et concedimus vobis et pauperibus Xristi, qui in eadem vestra domo jugiter undique confluunt, jus beneficii in quinque mansis de Bilhac, qui sunt in parrochia ecclesie de Palmas, ita tamen ut alodium et quartam partem decimarum, que omnia pignori subposita erant, nostro consilio redemistis sexcentos solidos Melgoi-

1. Cf. *Règle de saint Augustin.* Migne. *Patrol. lat.*, t. XXXIII, col. 964.
2. Doat 134, fol. 16-17.

Digitized by Google

res, ut redempta libere et quiete possideatis donec vobis ejusdem redemptionis precium a nostra Ruthene ecclesia integrum persolvatur ; concedimus insuper vobis quidquid in predictis mansis de feudalibus nostris acquirere potueritis ; tres partes preterea decimarum que de jure prenominate ecclesie in prefatis mansis haberi videbantur, primicias quoque et oblationes, que vulgo *proferens* vocatur, necnon sepulturas et omnes parrochiales redditus, excepta dumtaxat familia vestra si tamen conducticia fuerit seu mercennaria, vobis omnino et Hospitali dimittimus ; et vos ex mera libertate, Petro, supradicte ecclesie capellano, VII. solidos Ruthenenses nostro consilio tribuistis, cum quibus nummis medietatem decimarum totius parrochie acquisivit : quartam partem Geraldo Ectore et quartam partem Aldeberto de Stang ; et terram sepenominatam a predictis redditibus et a cunctis indebitis exactionibus liberam vestris usibus tradimus et sanximus in perpetuo possidendam. — Hujus donationis nostre testes atque autores isti fuerunt : Berengarius archidiaconus, Bernardus Guillermi, Guillelmus de Vaurelis, Deodatus Arveni, Ugo de Romangac, Ugo Bernardi de Laissac, Rigaldus del Feu, Bernardus Poncii, Guillelmus Seguini, Stephanus Martini. — Istius autem instrumenti pagina facta fuit anno ab incarnatione Domini M°. C°. LV°.

Cui carte seu littere erat sigillum cereum appensum : in quo videbatur in medio esse impressa imago episcopi qui etiam sedere videbatur, in cujus circumferentia erant quedam littere sed propter nimiam vetustatem non poterant legi, nisi alique circa finem ipsius circumferentie, videlicet : ...*sis episcopi.*

6.

1173. — *Accord entre Pierre de Saint-Eusèbe et Etienne, administrateur de l'Hôpital, par lequel Pierre de Saint-Eusèbe cède à l'Hôpital ses droits dans les possessions de Bernard de Saint-Eusèbe* [1].

Notum sit omnibus hominibus quod anno Dominice incarnationis M° C° LXX° III°, eu Peire de Sanct Eusebi, ab cosselh

1. Doat, 134, fol. 22-24, copie d'ap. la grosse orig. — Fol. 24-27, traduct. du même acte.

Digitized by Google

et ab volontat de ma maire e de Estefania, ma molher, e de Guillem de Trossit, mon coinnat, so venguts ad acordament et a plaigament ab te Esteve d'Albrac, que es bailles et aministraire dels paupres del Hospital d'Albrac, e l'accordis es aitals: que eu, Peire Sancti Eusebi, done e guerpisc et autorg per aras et per jase a Deu et a Sancta Maria et als paupres del Hospital sobredich, ad aquels que aras isso ni per adenant isserau, e per nom a te Esteve, que eis aministraire de la maiso, et als aministradors que seguentre te i venrau, sas negu retenemen que no i fas, tots aquels demans que eu fadia ni far podia per neguna rado ella honor que Bernarts de Sanct Eusebi avia ni tenia ni hom per el nil era avengut ad el ni assa filla daus partz de Ugo, so fraire; laqual honor donero e laissero per salvament de lur animas al Hospital sobredich. Per loqual deman que eu, P., fadia ni far podia en aquesta honor sobredicha, ai receubutz de te Esteve, que es aministraire del Hospital, IIIe. sols de Mulgoires nous, de ben e caritat e per nom de guerpiment; mas d'aquesta honor sobredicha ai eu Peire a tener dos camps e ma vida, zo es aquel dal Pomeir que Bernartz i avia et aquel desotz la gleiza ques te ab la treilla; et d'aquels dos camps deg aver lo frug et la gaudida. Esse eu moria primeirs de ma molher Estefania, o desemparava segle, deu Estefania, ma molher, l'un d'aquels dos camps tener qual si voilla essa vida o tant quant estera essegle. Et tu, Esteve, as nos facha covenensa per te et per l'Hospital e per los aministradors, que seguentre te i venrau, que Hugo de La Romegueira ni hom ni femena daus la soa part en aquels dos camps sobredigs negun deman, tant quant nos viurem ni desobre es atermenat, no i fasso; esse o fadion, deu nos o omendar l'Hospitals et aderzer aquo quen perdram. Et eu P. de Sanct Eusebi et eu Estefania, sa molher, avem jurat sobre sancts evangelis tocatz que en aquels dos camps sobredigs negun empaig no metam per que l'Hospitals desliuramen seguentre nostres dias nols pusca recobrar; e conoissem en eis sagrament que en aquesta honor sobredicha no fassam negun

Digitized by Google

amparament, mais daus aquesta ora adenant ni oltra lur fassa[m] negun demandament ; esse o fadiam nec nos ni hom per nos ab nostre voler devem o aderzer al Hospital ; e conoissem en eis sagrament que Bes, ma sors, ni sei efant, ni hom per ella en aquesta honor sobredicha negun amparament ni negun deman no fasso ; esse o fadion e ren perdia l'Hospitals, devem lo emendar al Hospital et autorgam lo sobre tot quant avem ni adenant aurem a vida et a mort. — Autor : Guillem de Trossit e Ramun Colen e Bernart de Veziobas e Peire, so fraire, et Peiro Aus e Guiral de Malboso, presbiter, e Petro Bru et Ugo Colen et Nicholaus, qui hanc cartam scripsit.

7.

[Vers 1180]. — *Confirmation faite par Henri, évêque d'Albano, légat du Saint-Siège, de la donation faite à l'Hôpital d'Aubrac par Hugues Ier, évêque de Rodez, de l'église de Saint-Laurent de Prades-d'Aubrac* [*1179*] [1].

Henricus, Dei gratia Albanensis episcopus, Apostolice Sedis legatus, dilecto in Xristo filio Petro, magistro domus Hospitalis d'Albrac. — Cum ea, que a venerabilibus fratribus et coepiscopis nostris personis et locis religiosis, pietatis intuitu, conferuntur, temeraria presumptione non debent evelli seu irrationabiliter revocari, ecclesiam Sancti Laurentii de Pradis, sicut rationabiliter et canonice venerabilis frater noster Ruthenensis episcopus eam tibi concessit, auctoritate domini Pape ac nostra parte Hospitali de Altobraco in perpetuum confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat contra hanc nostre confirmationis paginam venire seu ei aliquatenus contraire ; quod si quis hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum Ejus et nostram se noverit incursurum.

Cui carte seu littere erat sigillum cereum appensum : in quo videbatur in medio imago episcopi esse impressa, sed littere ipsius sigilli propter nimiam vetustatem et corrosionem non poterant legi.

1. Doat 134, fol. 8-9.

Digitized by Google

8.

[1181] 14 mai. Velletri. — *Bulle de Luce III mandant aux évêques de Clermont, de Rodez et de Mende de faire restituer à l'Hôpital d'Aubrac les biens qui lui seraient enlevés de force* [1].

Lucius episcopus, serv. serv. Dei, venerabilibus fratribus Claromontensi, Ruthenensi et Mimatensi episcopis, sal. et ap. bened. — Quoties laicorum temeritas in bona religiosorum virorum ausu temerario detrahatur, canonum vigor apponi et auctoritas ecclesie debet adesse ut predonum deprimenda presumptio per sacerdotales increpationes et acrioribus penis valeat coerceri. Pervenit siquidem ad audientiam nostram quod multi sunt, qui domum Hospitalem d'Albrac vexant injuste et ejus bona violenter auferre presumunt ; quoniam comprimenda est insolentia laicorum, qui bona religiosorum virorum invadere non formidant, fraternitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus quoties de bonis predicte domus aliqua violenter asportata fuerint vel abducta et fratres predicte domus ad vos querelam detulerint, eisdem ablata restitui sine dilatione, remoto appellationis obstaculo, censura ecclesiastica faciatis. — Datum Velletri, II idus maii.

9.

1185 (a. s.) mars, ou 1186 (n. s.) mars. Montferrier. — *Donation par Alphonse II, roi d'Aragon, de deux porcs et de deux moutons de cens sur les mas d'Aybillac* [2].

Ad noticiam presentium et futurorum. — Ego Ildefonsus, Dei gracia rex Aragonum, comes Barchinone et marchio Provincie, ob remedium anime mee meorumque parentum, dono, laudo et concedo, diffinio etiam et evacuo cum hac presenti carta diffinitionis per me et per successores meos in perpetuum Deo et domui Hospitalis d[e] Altobraco et omnibus ibidem pauperibus habitantibus, illum censum videlicet : duos porcos et duos motones, quem michi et meis soliti fuerant de jure facere et donare, ut

1. *Arch. dépar. de l'Aveyron.* G. 406, copies informes papier, cotées n[os] 8 et 9.
2. Doat, 134, fol. 28-29.

Digitized by Google

numquam amplius a me vel a meis successoribus predictus census requiratur aut expostuletur ab ullo per me homine ; dimitto etiam et condono predicte domui Hospitalis in perpetuum cum predicto censu, quem dare solebant de mansis de Bilhac, quidquid juris habeo et habere debeo in eisdem mansis de Bilhac ; precipio etiam omnibus bajulis meis, quicumque sint, ut predictum Hospitale cum rebus suis mobilibus et immobilibus deffendant et manuteneant in omni jure suo a pravorum incursibus, molestiis et jacturis. — Signum † Ildefonsi, Dei gracia regis Aragonensis, comitis Barchinonensis, et marchionis Provincie. — Hujus rei testes sunt : Carbonellus de Monteferrerio, Raymundus Carbonellus, Willelmus de Cerveria, Deodatus de Boira, Raymundus de Podio, Stephanus de Lavaur, Petrus Raymundi de Compeire, Stephanus Guilaberti, Sans de Siliis et Ennego de Auey, qui sunt milites de familia regis. — Signum Petri de Blandis, literatoris domini regis, qui supradicta scripsit anno M° [C°] LXXXV°, mense martio, apud Montemferrerium, precepto et voluntate domini regis.

Cui carte erat sigillum cereum appensum, in quo videbatur ab una parte imago militis equitantis in quodam equo armato esse impressa, qui etiam rex videbatur esse armatus et defferebat scutum et lanceam. In cujus circumferencia erant tales litere : *comitis Barchinionensis et marchionis Provincie.* Item et ab alia parte videbatur imago regis sedentis in cathedra esse impressa, habentis etiam in capite coronam et in manu dextra ensem et in sinistra florem lilii, in cujus circumferentia erant tales littere : *Sigillum Ildefonsi, regis Aragonensis* [1].

10.

1193. — *Donation d'une émine d'avoine de cens par Bernard et Pierre Porcel* [2].

In nomine Domini nostri Jhesu Xristi. Anno incarnationis Ejusdem M° C° XCIII°, ego Bernardus et Petrus Porcelli, nostri juris adhuc constituti, ex mea liberalitate,

1. En 1191, le pape Célestin III mit sous la protection du Saint-Siège l'Hôpital d'Aubrac. V. l'acte n° 16, et *Arch. dép. de l'Av.* G. 406, n° 8 (mention).

2. *Arch. départ. de la Haute-Garonne*, fonds du Temple, Sainte-Eulalie du Larzac, liasse 1, original parchemin, – *Arch. départ. de l'Aveyron*, fonds du Temple, Sainte-Eulalie du Larzac, copie papier du XVIII° s.

Digitized by Google

donamus irrevocabiliter atque tradimus vobis, silicet : Guillelmo Frotardi et Gebelino et vestris perpetuo totum illum honorem, quem in villa de Bozago et in tota parrochia habebamus ; et quicquid in castro de Castlucio et in tota parrochia habebamus, excepto orto desubtus domibus nostris de ipso Castlucio, quem Petro Geraldi damus, et excepta I. emina avene, quam in domo Johannis Escazani habebamus, quam Hospitali de Albraco legamus, excepta alia emina, quam in domo D. de Leboro habebamus, quam Hospitali de Podio similiter legamus, et exceptis reditibus tocius orte de Saleia de Castlucio, quos in tota vita nostra nobis retinemus, et exceptis XII. denariis quos censuales habebamus in domo Andree de Savinnaco et Toloze, quas lumini Sancte Eulalie legamus, retento tamen usufructu quinque annorum tocius istius honoris, ita ut postea tanquam domini omnia habeatis pleno jure et possideatis in pace, neque enim fecimus nec faciemus quominus hec vobis et vestris liceat perpetuo habere et possidere. — Testes hujus donacionis sunt : Petrus Jordani, Petrus Raimundi pelliparius, Berengarius, filius ejus, Johannes Deodati, B. Deodatus, Guillelmus Girberti, Guillelmus de Sancta Eulalia, Marcus, P. Airaldi, B. de Revello, fratres Templi, G. de Mercadilio, Guillelmus Donadei.

11.

[1196-1216] [1]. — *Donation faite par Pons de Saint-Urcise et Bertrand, son père, de diverses possessions en Rouergue, Gévaudan et Auvergne* [2].

Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos Poncius de Sancto Urcitio et dominus Bertrandus, pater noster [3], pro redemptione animarum nostrarum et parentum nostrorum, dedimus et concessimus in perpetuum pacifice possidendum Hospitali de Altobraco et dicto devoto ejusdem loci conventui quidquid habebamus ultra

1. L'auteur de l'*Histoire de la baronnie de Chaudesaigues* date cette pièce de 1165, mais à tort. V. l'acte n° 34.

2. Doat, 134, fol. 20-21, copie d'après l'original ; fol. 18-19, autre copie — Cf. C. Felgères, *op. cit.* p. 20.

3. Cf. C. Felgères, *op. cit.*, p. 31.

Digitized by Google

nemus de Altobraco usque ad flumen Olti et a Menapia usque a Mossaur de Lunet et medietatem de Grezetas et medietatem mansi de La Socha et medietatem de Nozairolas et domos fabrorum Sancti Urcitii et unam vaccam el Deroc et quitavimus quod petebamus als Faus. — *Item* de terra Bertrandi de la Rocha habemus commune mansum del Fainh et mansum de Cruce et duas tenensas el Bertaires, els Patils et mansum de la Chabreira de Longavilla et mansum de la Rocha de Longavilla et medietatem mansi del Boisso et medietatem mansi dels Belugas, e la Plaina, el Prat Fanges desoz la Rocha. — *Item* mansu[s] del Pot Chalier et domus de Johan de Riutort sunt proprie et totaliter dicti Hospitalis ; et usum herbarum, ubicumque haberemus, plenarie dedimus dicto Hospitali sibi et hominibus suis ; et promisimus, tactis sacrosantis Dei evangeliis, ne super aliquo premissorum ipsos inquietare ratione aliqua presumamus. — In cujus rei testimonium et habendam perpetuam firmitatem, nos Poncius sigillum nostrum posuimus huic carte.

Cui carte seu littere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio imago ursi impressa, in cujus circunferentia videbantur esse alique littere, sed propter nimiam vetustatem non poterant legi [1].

12.

1199. — *Exemption du commun de paix accordée à l'Hôpital d'Aubrac par Hugues Ier, évêque de Rodez, et Guillaume, comte de Rodez* [2].

Anno Dominice incarnationis Mo Co XCIXo. Sit notum omnibus hanc cartam audientibus quod ego Ugo, episcopus Ruthenensis, et ego Willelmus, comes Ruthenensis, nos per nos et per omnes successores nostros, bona fide et pietatis intuitu, donamus et solvimus donoque perpetuo valiturum concedimus Deo et Hospitali d'Albrac et aliis domibus ad eam pertinentibus, que in terra nostra

1. La légende était : ✝ *S. Poncii de S[an]c[t]o Urcitio.* Cf. C. Felgères, *op. cit.* p. 12. — V. l'acte n° 34.

2. Doat 134, fol. 30-31, d'après l'original. — *Arch. dép. de l'Aveyron*, G. 404, copie informe papier cotée n° 3. — H, Hôpital d'Aubrac, copie informe papier non côtée. — Cf. *Hist. de Languedoc* (éd. Privat), t. IV, (Notes), p. 894, c. 1 en note.

Digitized by Google

sunt, ut libere sint prorsus et absolute a communia et ab omni exactione que a secularibus ad faciendam pacem vel pacis occasione quoquo modo exigitur. Ut autem istud semper firmum et ratum permaneat nullusque posterorum huic juste concessioni obviare presumat, cartulam istam sigillorum nostrorum munimine roborare voluimus. Hoc idem donum et hanc concessionem facio ego Ugo, comes senior, domui Hospitalis d'Albrac et aliis omnibus ad eam pertinentibus. Quod ut melius credatur et firmius teneatur, presentem paginam sigilli nostri impressione volui premunire. — Hujus doni testes sunt : magister Willelmus archidiaconus, Ricardus et Bernardus d'Arpajo, en Beguo de Calmont, en Solatgue, en Hugo Senorel, en Raimont Guirbert.

13.

[XII^e s.]. — *Donation par Bégon de Calmont du mas de Malet à Etienne, domp d'Aubrac* [1].

In nomine Domini nostri Jhesu Xristi. [Amen.] Ego Bego de Calmont dono et concedo domino Deo et Beate Marie et al Hospital d'Albrac, als paupres et ad Esteve et a tots aquels que i venrau seguentre lui lo mas de Melet l'alo et tot aquo qu'eu i ai ni hom de me per jase ses tota reteguda et done I. moi de vin de botargue per jase e la vinea que teno li Raolfenc ; et per aquest do donet me Esteves d'Albrac CCCC. sols Rodanes de caritat que valio VIII. marcs d'argent. — D'aiso es autre : Ug Folquelms, enz Berals, ens Brunetz et Esteves Berenguiers et Pons, sos fraires, et Ug Durantz et Guillems de Salelas et Rotbertz, lo capella de Calmont, que scrius la carta, en Bernartz Folquelms et Deusde Rasa et Guillems, sos fraires, et Guiralz Duranz.

1. Doat, 134, fol. 6-7, d'après la grosse originale. — *Archiv. dép. de l'Aveyron*, Hôpital d'Aubrac, copie papier faite par Galtier not. sur l'original, exhibé et retiré par Antoine Calciat, garde des archives d'Aubrac (15 févr. 1669).

Digitized by Google

14.

[1189-1230]. — *Lettre par laquelle Adhémar de Poitiers exempte les religieux de l'Hôpital d'Aubrac des droits de péage* [1].

Notum sit omnibus hominibus meis tam presentibus quam futuris quod ego Ademarus de Pictavis, Valencie comes, laudo, concedo et dono libere et absolute in perpetuum domui Hospitalis d'Albrac pedagia et ducatus, intuitu et amore divine pietatis et in remissionem omnium peccatorum meorum, his et aliis bonis, si Deo placuerit, consecuturus, ut eundo et redeundo per terram meam liberi et absoluti absque omni calumpnia fratres domus predicte iter suum teneant in pace ; promissum enim est michi Ademario et uxori mee Philipe a Stephano de la Faja, presbitero et fratre istius domus, et Geraldo clerico, simili fratre, quod consilio et consensu totius capituli pro fratribus nos facerent adscribi. — Valete.

15.

1209, 18 octobre, Rodez. — *Concession d'indulgences par Vivian, évêque de Rodez, en faveur des bienfaiteurs de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Frater Vivianus de ordine Minorum, permissione divina episcopus Ruthenensis, dilectis filiis universis Xristi fidelibus per Ruthenenses civitatem et diocesim constitutis, ad quos presentes littere pervenerint salutem eternam in filio Virginis gloriose. — Cum domus Hospitalis de Altobraco sit posita in loco horroris et vaste solitudinis et ad sustentationem pauperum ibidem commorantium et convenientium aliunde proprie eis non suppetant facultates nec sine vestro auxilio et succursu valeant Domino famulantes ibidem opera misericordie exercere, vobis mandamus precipientes firmiter et districte quatenus fratres Hospitalis predicti vel eorum nuntios questam

1. Doat, 134, fol. 32, copie d'après l'original.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 406, 2 copies informes papier du *vidimus* fait par l'official de Rodez. (1324 (n. s.) 30 janv.), cotees n" 9, 11.

Digitized by Google

dicti Hospitalis facientes benigne ac sine contradictione aliqua in vestris ecclesiis, cum ad eas pervenerint, recipiatis et recipi faciatis ac indulgentias domini Pape et nostras et aliorum prelatorum, secundum quod in litteris religiosi viri domni et conventus dicti loci videritis contineri, exponatis vel exponi ab ipsis fratribus vel eorum nuntiis parrochianis vestris libere permittatis, et cartellos eorumdem per duos dies dominicos vel festivos si interfuerint recipiatis, nullo alio negotio preter questam ecclesie Ruthenensis prius aut posterius questam istam impediente; et si loca interdicta fuerint, in adventu fratris vel nuntii dicti Hospitalis semel in anno porte aperiantur et ibidem divina officia celebrentur. Insuper omnes parrochianos vestros et parrochianas etatem habentes ad diem et locum, quem lator presentium vobis assignaverit, in unum congregari faciatis mandatum domini Pape et aliorum prelatorum ac nostrum pariter audituros et impleturos, et si contradictores aliqui extiterint seu rebelles ad diem et locum, quem lator presentium vobis assignaverit, eosdem citare poteritis coram nobis vel officiali nostro de inobedientia pariter et contemptu responsuros. Volumus etiam ut hiis qui eorum fraternitatem assumpserint, nisi excommunicati vel nominati fuerint, reddi sepultura ecclesiastica non denegetur, nonobstante si aliquas indulgentias nostras duximus revocandas. Nos vero de omnipotentis Dei misericordia et beatissime gloriose Virginis, matris Ejus, meritis et intercessionibus confidentes, omnibus benefactoribus operis memorati XL^{a} dies de injunctis sibi penitentiis, quotiescumque et quandocumque tam bono operi tamque pio manum porrexerint adjutricem, misericorditer relaxamus, peccata oblita, vota fracta si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine manuum injectione, trangressiones fidei et juramentorum in quibus alius non leditur, penitentias per impossibilitatem non factas et transgressiones factas circa solemnitates Sanctorum, ita quod de cetero reliquos digne observent et illi, qui jejunia jejunare non valent, redimant in hoc opus sanctum quantitatem jejuniorum elemosinas errogando ; vobis vero capella-

Digitized by Google

nis et clericis, qui super hoc solliciti fueritis et intenti, negligentias et omissiones circa horas canonicas indulgemus, Dei misericordiam supponentes, ita dumtaxat ut de cetero in predictis semper devoti existere gaudeatis. — Datum Ruthene anno M° CC° IX°, in festo sancti Luce evangeliste.

16.

1216, 18 mai. Pérouse. — *Bulle d'Innocent III mettant sous la protection du Saint-Siège l'Hôpital d'Aubrac avec ses dépendances* [1].

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilecto filio Stephano, magistro Hospitalis domus d'Albrac, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In perpetuum. — Quoties a nobis... [*ut supra p. 5*]. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis supplicationibus clementer annuimus et felicis recordationis Alexandri [III], Lucii [III], Celestini [III] pape, predecessorum nostrorum, vestigiis inherentes prefatum Hospitale, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascumque possessiones, quecumque bona idem Hospitale in presentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum, in quo divino mancipati estis obsequio, cum grangiis et pertinentiis, ecclesiam... [*ut supra p. 6*]. Liceat quoque vobis clericos seu laicos liberos et absolutos a seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere ; prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in Hospitali vestro professionem, nisi arctioris religionis obtentu, absque magistri sui licentia liceat de eodem loco discedere ; dis-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G, 406, copie informe papier, cotée n° 8. — L'original était coté E.

Digitized by Google

cedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere ; libertates preterea et immunitates antiquas et rationabiles consuetudines, Hospitali vestro concessas et hactenus observatas, ratas habemus et eas perpetuis temporibus illibatas permanere sancimus. Decernimus ergo... [*ut supra p. 6*]. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica protectionis obtente unum bisantium nobis nostrisque successoribus, annis singulis, persolvetis. Si qua igitur... [*ut supra p. 6*]. Amen. — *Rota* : Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Innocentius papa III.

Ego Innocentius, Catholice ecclesie episcopus, — cum signo tredecim episcoporum vel cardinalium (*sic*).

Datum Perusii per manum Thome, tituli Sancte Sabine presbiteri cardinalis, XV kalendas junii, indictione IIII, incarnationis Domini anno M. CC. XVI, pontificatus vero domini Innocentii pape III anno XIX.

17.

1216, 21 mai. — *Bulle du pape Honorius III, portant confirmation d'une autre bulle d'Innocent III (avril 1216), dans laquelle est relatée l'histoire de la fondation de l'Hôpital d'Aubrac et sont énumérées plusieurs faveurs et privilèges accordés audit Hôpital* [1].

Universis et singulis presentes litteras seu instrumentum publicum inspecturis nos officialis Ruthenensis facimus esse notum nos, una cum notario et testibus infrascriptis, vidisse, tenuisse, legisse et diligenter impexisse quasdam patentes litteras in filis cericis croceis et rubeis inpendenti vera bulla plumbea bullatas more Romane curie, prout in eisdem continebatur et prima facie apparebat, consignatasque rotis, signis seu chyfris quorumdam cardinalium inferius subscriptorum, non viciatas, non cancellatas, non abolitas omnique suspicione carentes, quarum tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis Patris et Filii

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G. 406, deux copies informes papier du vidimus fait par l'official de Rodez, cotées n^os^ 9 et 11. — Doat, 134, fol. 33-42 (copie du *vidimus* de l'official de Comminges). — Abbé Bousquet, *op. cit.*, pp. 171-177. — Abbé Deltour, *op. cit.*, p. 50-53. — Le texte de cette pièce est difficile à établir.

Digitized by Google

et Spiritus Sancti et in honore gloriose Dei genitricis Marie, Xristi nuntatione, Petri et Pauli auctoritate et apostolica confirmatione, reverendis in Xristo patribus et dominis Dei gratia archiepiscopis, episcopis et universis sancte matris ecclesie prelatis omnibusque Xristi fidelibus tam clericis quam laicis, ad quos presens scriptum pervenerit, Stephanus, sancti Hospitalis Beate Marie de Albrac minister humilis licet indignus, et totus ejusdem conventus salutem in Eo, qui est vera salus, cum missis, orationibus et elemosinis assiduis ac multis aliis beneficiis spiritualibus ad promerendam beatitudinem sempiternam. — Noscat vestra benigna paternitas, patres et domini, quod Dominus noster Jhesus Xristus obviam venit et apparuit cuidam servo suo redeunti de peregrinatione beati Jacobi, scilicet Alardo [1], Flandrensi vicecomiti, ostendens illi in itinere publico locum nemorosum et tenebrosum et quandam speluncam latronum, ubi multa peregrinorum capita olim, transactis temporibus multis, a latronibus violenter truncata fuerant et ibi inventa fuerunt a XXti usque XXX^{a} ; tunc propterea Xristus, Dei filius, redemptor mundi, salvator omnium, vocavit filium suum sibi electum prenominatum, virum humilem, justum, fidelem et honestum et nunciavit ei precipiendo edificare illic ecclesiam et Hospitale in Xristi nomine et Beate Dei genitricis Marie pro multorum salute communi et utilitate, et statim evanuit ab oculis ejus : cum ipse vero hoc audiens repletus fuit de Spiritu Sancto et illuminatus et fuit obediens crediditque verbo Dominico et, tacito ore, votum vovit, servavit que audierat conferens in corde suo, complendo viam suam cum XXX^{a} militibus suis usque in patriam suam. Completa autem peregrinatione, relictis militibus et cunctis parentibus et amicis cum propriis possessionibus suis, ad locum prenuntiatum gavisus rediit et habitans ibi incipere cupiens quod Deus preceperat ei, — scientes enim quod habitatio illa erat locus horroris et vaste solitudinis, terribilis, silvester, tenebrosus et inhabitalibis, ubi cibus ullus vel aliquis fruc-

1. V. l'acte n° 1.

Digitized by Google

tus ad usum hominis prope locum a duabus leucis vel tribus numquam crescere potuit, et ibi sunt diffinitiones et divisiones et borne et publice strate de tribus episcopatibus, id est : Ruthenensi, Mimatensi, Caromontensi, et appellatur *Albrac*, — ille quidem beatissimus Dei servus incipit ibi edificare ecclesiam et Hospitale in honore Jhesu Xristi ac beate et gloriose Marie semper Virginis ad recipiendos, recolligendos et recreandos pauperes et infirmos, cecos, debiles, claudos, surdos et mutos ac famelicos et omnes peregrinos ibi transeuntes, limina Beate Marie de Rocamador et beati Jacobi ac Sancti Salvatoris Hobede et sancti Dominici de Strematura et multorum aliorum sanctorum visitantes necnon plures sepulcrum Domini requirentes ; nos autem adjicimus [non] tantum supradictos set etiam alios seculares multos, bonos et malos, justos et injustos [in] loco illo de multis ac diversis partibus affluentes, qui in domum sancti Hospitalis de Albrac benigne pro Deo recipiuntur et recepti visitantur et a fratribus et sororibus, pro posse domus, in cunctis necessitatibus ac petitionibus suis honorifice et copiose serviuntur et reficiuntur cum abuudantia et hilaritate.

Revertamur ergo ad ea que sunt prospera domui et supradicto Hospitali. Iste beatus inceptor tanti boni et tante misericordie edificator, A. supra nominatus, constituit ordinem et regulam ut omnes fratres et sorores predicti Hospitalis ministro suo majori feliciter obediant cum castitate ac sine proprio et murmuratione vivant ; et omnes horas ecclesiasticas nocte dieque audiant plene et devote, nisi fortuita aliqua cogente omiserint necessitate vel alicujus negocii fuerint occupati ; et nulli vel nulle faciant alicui que sibi nolunt fieri, set quidquid salutis semeptisis petierint, dilectione Dei et proximi pro posse velint alteris adimpleri ; et si forte aliquis ignorans in aliquo peccaverit, sententiali ac singulari pena justitie ignoranter plenarie puniatur. Insuper hoc statutum est ut minister major domus ministret primus universis pauperibus et peregrinis et det aquam manibus et serviat eis, deinde omnes fratres et sorores serviant supradictis in quibuscumque decet et oportet : primum fratres in

Digitized by Google

mensis de universis melioribus cibis et escis domus cum gaudio abundanter ; post hec serviant sorores, que ibi sunt multe de altissimis et nobilissimis procreate progeniis plusquam XXX[a], exceptis aliis alterius modi, que debent lectos preparare mundos et lavare pedes cum aqua calida et tergere linteaminibus et osculari sicut membr[a] Xristi et etiam vestimenta eorum excutere in ignem a pediculis, et vestes lineas et pannos lavare et mundare a sordibus et aliis sudoribus ; ita' certe omnes fratres et sorores, libentibus animis, cum magna diligentia serviunt eis sicut dominis suis et majoribus Hospitalis, pro quibus primitus constructa fuit domus et fundata in Ruthenensi episcopatu ; et dominus episcopus et totum ecclesie capitulum ordinem et regulam et omnia supradicta bona concesserunt et cum sigillis suis perpetuo confirmaverunt.

Eapropter, Reverendissimi ac venerabiles patres et domini archiepiscopi, episcopi, et universi ecclesiarum prelati, vestram supplicando paternitatem exoramus et caritatem, amore Dei et intuitu misericordie et pietatis, multis precibus humiliter deprecamur et devote quod vos fratribus nostris vel certis nuntiis venientibus ad vos, petituris litteras vestras exhortatorias et utiles per vestras provincias, si vobis placuerit, donare dignemini, quarum auctoritate cum dignis indulgentiis vestris Xristi fideles grata subsidia et pias elemosinas benigne largiantur, ut pro hiis et aliis beneficiis que, Domino inspirante, largiti erint vobiscum gaudiis mereantur perfrui sempiternis.

Paternitati vestre ac discretioni certificamus, Reverendissimi, quod domus supradicti Hospitalis Dei et pauperum de privilegio domini Pape et de antiquis antecessoribus suis multis est privilegiata et autenticata, caput et membra, ecclesia sua et omnia alia que Hospitali pertinent in presenti vel in futurum data fuerunt semper et acquisita. — Preterea certum sit vobis, dilectissimi, quod dominus papa Alexander [III], in Montepessulano, confratrem istius Hospitalis se constituit et participem totius beneficii pro VII. aureis annuatim, septimam partem injuncte pene remittendo confratribus universis. Et ita

Digitized by Google

similiter fecerunt et concesserunt ceteri successores Romani ; et etiam dominus Innocentius [III] et presens Honorius [III] concedunt et confirmant omnia que supra dicta sunt in privilegiis suis, pretaxatam indulgentiam et confraternitatem non pro nummis aureis vel argenteis, set duas partes decimarum de propriis laboribus dicte domus donatas Deo et pauperibus Hospitalis concedendo et confirmando omnes indulgentias sancte matris ecclesie prelatorum, et de omnibus bonis spiritualibus Sancte Romane Ecclesie et peregrinationibus terre Jherosolimitane et omnium sanctorum Dei faciunt confratres et benefactores dicti Hospitalis esse participes et consortes in perpetuum. — Interea concessum est a domino Papa ut in locis interdictis, ubi presens pagina pervenerit, divinum celebretur officium, apertis ecclesiarum januis et pulsatis campanis, exclusis tamen excommunicatis, et a presentium latoribus, piis et salutaribus monitis in ecclesiis et extra, in eorum jucundo adventu, verbum exhortationis divine proponatur congrue et plenarie moneatur ; et etiam confratribus supradictis, quos nominatim propria culpa non impedit, peregrinationes agere, matrimonia contrahere, missas parturientibus ministrare ac liberam morientibus sepulturam et pro anniversariis defunctorum parentum sepedicti Hospitalis confratrum divina possint officia celebrare. — Jherosolimitanus patriarcha itaque apostolica auctoritate et precibus domini Pape remittit vota fracta confratribus, si ad ea redierint, oblita peccata et venialia vere penitentibus et confessis et offensas patrum et matrum sine manuum injectione et XL^{a} dies criminalium cum digna ac generali confessione. — Pisanus archiepiscopus et primas cum suis archiepiscopis et episcopis suffraganeis transgressiones fidei et juramentorum, in quibus capitale non est vel etiam mala intentio, et otiosos sermones pravasque cogitationes que non pervenerunt ad effectum. — Genuensis archiepiscopus cum suis episcopis XL^{a} dies criminalium et tertiam partem venialium et M. missas. — Mediolanensis archiepiscopus cum suis episcopis hoc idem. — Ebredunensis, Aquensis, Arelatensis, Narbonensis, Auxitanensis, Burdegalensis, Bituricensis, Lugdunensis,

Digitized by Google

Viennensis archiepiscopi cum suis episcopis suffraganeis XL^a^ dies confratribus et XX^ti^ benefactoribus et M. missas, unusquisque in episcopatibus suis. Et multi alii archiepiscopi et episcopi taliter faciunt qui in presenti pagina non continentur. — Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstracensis abbates pluresque hujusmodi regulares confraternitatem et participationem omnium bonorum suorum spiritualium concedunt supradictis, et speciales orationes in omnibus missis ferialibus, que in cenobiis et membris suis celebrantur ab eis. — Sunt etenim multi alii sacerdotes, quorum infinitus est numerus, confratres, qui tenentur VII. missas specialiter celebrare per annum et in ceteris missis : *Omnipotens sempiterne Deus, qui vivorum dominaris*, etc. — In ecclesia vero Beate Marie de Albrac et in ejus subditis XIII. sacerdotes sunt constituti, qui missarum solemnia celebrantes, speciales pro supra scriptis benefactoribus orationes assidue offerunt Creatori ; et sic credimus esse C. millia missarum et amplius, preter orationes et psalteria de quibus non est numerus. — Diaconi vero confratres III. psalteria, per annum ; subdiaconi, II.; item et acoliti, I.; alii clerici, VII. psalmos penitentiales bis in hebdomada ; et singuli confratres septies *Pater noster*. — Ac sicut superius scriptum est, ita XIV Cardinales cum signo domini pape Innocentii [III] et presentis Honorii [III], scriptis eorum signis atque nominibus, certe et firme testificantur perpetuo [1]. — *Rota* : Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Innocentius Papa III. — *Devise* : † [*un blanc*] — *Monogramme* : Bene valete.

Ego Innocentius, Catholice ecclesie episcopus.

† Ego [Ugo], Hostiensis et Velletrensis episcopus.

† Ego Nicolaus, Tusculanus episcopus.

† Ego Pel[a]g[ius, Albanensis] episcopus.

† Ego Chinobius, Sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis.

† [Ego Occidius, Sanctorum Johannis et Pauli et Pamachii] presbiter cardinalis.

1. Dans l'original, les noms des cardinaux devaient figurer sur deux colonnes, au-dessous de la *rota*, du monogramme et du nom du pape.

Digitized by Google

† Ego Petrus, Sancti Laurentii in Damasco presbiter cardinalis.

† Ego Robertus, tituli Sancti Stephani in Celio Monte presbiter cardinalis.

† Ego Stephanus, [basilice] XII. Apostolorum presbiter cardinalis.

Rota : Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Honorius Papa III. — *Devise* : † [*un blanc*] — *Monogramme* : Bene valete.

Ego Honorius, Catholice ecclesie episcopus.

† Ego Arduinus, tituli Sancte Crucis in Jherusalem presbiter cardinalis.

† Ego Octavianus, Sanctorum [*un blanc*] diaconus cardinalis.

† Ego Octavius, Sancti Angeli diaconus cardinalis.

† Ego Guidus, Sancti Nicolai in Carcere [Tulliano] diaconus cardinalis.

† Ego Gregorius, Sancti Theodori diaconus cardinalis.

† Ego Stephanus, Sancti Adriani diaconus cardinalis.

Data Perusii per manum Thome, tituli Sancte Sabine presbiteri cardinalis, XII° kalendas junii, indictione III^a^, incarnationis Dominice anno M. CC. XVI., pontificatus ejusdem domini Innocentii [III] pape anno XIX, et domini Honorii [III] pape anno I pontificatus sui, qui omnia que supradicta sunt in privilegio suo concedit et confirmat. Amen.

Et ut hec omnia pretaxata certius credantur et firmius, Jhesu Xristo nuntiante et domino Papa confirmante, cum consilio et assensu domini Bituricensis archiepiscopi et patriarche, sub ejus testimonio et protectione ac venerabilis ejusdem sedis metropolitane capituli et etiam matris ecclesie Beate Marie Ruthenensis et domini episcopi, in cujus diocesi domus supradicta fundatur ibique Hospitale et ecclesia edificatur, a Deo sacrata cum angelis suis ad laudem sui nominis et honorem gloriose Xristi genitricis Marie, ista presens carta de instrumento bulle presentis sancti Hospitalis authenticata, signata beatorum Petri et Pauli apostolorum Dei capitibus, confirmata est munimine specialiter et corroborata, auctoritate apostolica, confirmatione domini Pape privilegii cum multorum testimoniis et auctoritatibus cardinalium et prelatorum, quo-

Digitized by Google

rum signa et nomina in carta presenti scripta videntur contineri. Quapropter firmam et veram certamque, omni postposita contradictione et suspectione atque remota dubitatione, quicumque eam videritis, ullo modo credere non dubitetis. Nulli ergo... Si quis... *Timete omnes, quoniam timentibus Deum nichil deest* [1]. — Data anno Domini M. CC. XVI., mense aprilis.

Manifestum ac certum sit cunctis Xristi fidelibus presentibus et futuris quod dominus Innocentius, papa tertius donavit et concessit Deo et Hospitali Sancte Marie de Albrac instrumentum bulle plumbee ad honorem et utilitatem jam dicti Hospitalis, formatis sanctorum Petri et Pauli capitibus ; et dominus Honorius papa tertius ejus patrocinio confirmavit ita ut quodcumque de bulla presenti pro salute dicte domus et utilitate sigillatum et confirmatum fuerit, apostolica auctoritate ratum et firmum semper maneat et perpetuo consistat per infinita secula seculorum. Amen.

In cujus rei testimonium [2], etc...

18.

1220 [n. s], mars, Mende. — *Confirmation par Guillaume de Peyre, vicaire général de Mende, de la donation faite par Aldebert de Peyre, de l'église de Sainte-Foy de Plagnes* [3].

Noscant presentes et futuri quod ego Guillermus de Petra, Mimatensis ecclesie archidiaconus, domini Mimatensis episcopi in Jherosolimitanam peregrinationem profecti vicarius, intelligens venerabilem fratrem nostrum Aldebertum de Petra, rectorem ecclesie de Campaniaco, Ruthenensis diocesis, utilitati ejusdem ecclesie consulentem, concessisse canonice domui et fratribus Hospitalis d'Albrac ecclesiam Beate Fidis de las Plagnas cum perti-

1. Ces paroles doivent constituer la devise de la *rota*.

2. L'official de Rodez a fait faire le présent *vidimus* par Etienne Viviani, Bernard Laygonia et Pierre Viaroya, notaires publics, et l'a scellé du sceau de l'officialité, à Rodez, le 30 janvier 1324 (n. s.) Le même jour furent encore *vidimés* les actes 15, etc. — Le *vidimus* de l'official de Rodez fut *vidimé* à Toulouse le 7 avril 1324 par l'official du diocèse, et ce second *vidimus* fut à son tour *vidimé* à St-Gaudens le 4 décembre 1325 par l'official de Comminges.

3. Doat 134, fol. 45-46.

Digitized by Google

nentiis suis, que est in nostra Mimatensi diocesi, laudo et confirmo eandem concessionem et ratam in perpetuum esse volo, salvo tamen jure episcopali et nostre prefate ecclesie Mimatensis. — Datum Mimati, IIº idus martii, Dominice incarnationis anno Mº CCº XIXº, Honorio summo Pontifice, Guillermo IIº, Mimatensi episcopo. Et ego Johannes de Alis, notarius, mandato prefati domini Guillermi archidiaconi, hanc cartam scripsi et bullavi.

Cui carte seu littere erat signum appositum et bulla plumbea appensa, in qua erat ab una parte imago pontificalis impressa, tenens in manu sinistra baculum pastoralem et aliam manum tenens elevatam, cum qua signum crucis facere videbatur, in qua etiam parte sunt iste littere, videlicer : *S*i. *P*i. Item et ab alia parte est similiter predicta imago impressa, in cujus circumferentia sunt tales littere : *Sigillum W[illerm]i Mimatensis episcopi.*

19.

1220, 29 septembre, château de Coren. — *Donation par Béral de Mercœur des droits qu'il avait sur l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Privilegium domini de Mercorio. — Noscant presentes et posteri quod ego Berals de Mercor donavi domui Hospitalis d'Albrac omnes querelas quas habebam adversus eam, et concessi ei de jure omnia quecumque posset adquirere a feudalibus meis, salvo tamen jure meo. — Hujus rei testes sunt : Guillem de Cussa, Bertran de Ruinas et fratre suo W., Bertran Falco, R. de Corbieira, P. Austorc, W. Pages, Austorge del Pos, dominus Stephanus de

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, ainsi appelé dans un inventaire du xviiiᵉ s., coté : Aubrac, nº 7 — (reg. oblong, reliure en très mauvais état, 11 cahiers en parchemin, 10ᶜᵐ 1/2 larg., 24ᶜᵐ 1/2 long., 101 feuillets (1-2, I-lxxxxix) ; les feuillets 1, 98, 99 et partie des feuillets 59, 60, 63, 66, 67, 68, 75, 78 et 97 sont restés en blanc, la pagination en chiffres arabes est fausse ; contient 48 nᵉˢ, soit 52 actes (1220-1303) et un acte de 1618 ; la transcription (xivᵉ et xviiᵉ s.) est assez incorrecte et est l'œuvre de quatre mains différentes ; la plupart des actes y contenus sont des transactions ; les feuil. 2 rº, 21 vº, 97 vº portent : « Paraphé *ne varietur* ce 3ᵉ may 1723. Delauro, lieutenant principal », le feuil. 98 rº : « Collationné et [parfaitement] paraphé pour nous lieutenant principal au siège de Rodez et insinué ce 3ᵉ may 1723. Gaufredi not. » ; le feuil. 97 vº : « Papa Gregorius X fuit electus et consecratus anno Domini Mᵉˢ CCᵉˢ LXXIᵉˢ et sedit annis quatuor. Et convocavit concilium Lucduni anno Domini Mº CCº LXXIIIIº in mense maii, anno tercio sui pontificatus, prout in cronicis legitur. Et in dicto concilio Lucdunensi fuit facta decretalis : Hoc consultissimo per dominum papam Gregorium. ») — nº 26, fol. XLVII rº-XLVII vº. *A la marge* : correcta,

Digitized by Google

Albrac, Jo. de Maurinas, D. de La Bruguieira, W. Andrieu, P. Esbaldit. — Hec donatio facta est in castro de Coren, in platea, sub muro, die dominica, in festo beati Michaelis, anno ab incarnatione Domini M° CC° XX°, regnante Philippo, rege Francorum ; Rotberto, Claromontensi episcopo.

20.

1222 [n. s.], lundi, 14 mars, Chirac. — *Lettres de sauvegarde accordées à l'Hôpital d'Aubrac par Raymond VII, comte de Toulouse* [1].

Manifestum sit cunctis presentibus atque futuris litteras istas inspecturis sive audituris quod nos Ramundus, filius domini Ramundi [VI], Dei gratia ducis Narbone, comitis Tholose, Marchie, Provincie et filius domine regine Johanne, pro nobis et pro omnibus amicis et valitoribus nostris recepimus in custodia et in firma securitate nostra et in ducatu nostro domum Hospitalis de Altobraco, cum omnibus honoribus et terris atque pertinentiis suis, et omnes fratres et alios homines in eadem domo et in pertinentiis suis habitantes et existentes et omnes eorum bestias cujuscumque forme et cujuscumque generis sint et ubicumque sint et universas alias res suas mobiles et immobiles, quecumque sint et ubicumque sint, eundo et redeundo atque manendo per omnem potestatem nostram et omnium amicorum et valitorum nostrorum, deprecantes omnes amicos et valitores nostros et stricte eis precipientes ut dictam domum Hospitalis de Altobraco cum omnibus honoribus et terris atque pertinentiis suis et omnes fratres et alios homines ibi habitantes et existentes et omnes eorumdem bestias et universas alias res suas, quecumque sint, ab omni dampno et nocumento custodiant atque defendant, si amorem nostrum habere desiderant ; tamen vero quisquis eorum fratribus et aliis hominibus in domo Hospitalis de Altobraco habitantibus vel in pertinentiis suis in aliquo invaderit sive malum aut injuriam eis fecerit, in eadem hora in ira et indignatione nostra se

1. Doat, 134, fol. 47-48, copie d'après l'original. — Cf. *Hist. de Languedoc.* (éd. Privat), VI, p. 545.

Digitized by Google

sentiat incursurum et ab amore nostro semotum. In signum autem majoris firmitatis presentem paginam cum sigillo nostro corroborari et sigillari precepimus. — Datum fuit et concessum apud Chiracum, XIV[a] die introitus mensis martii, feria II[a], anno M° CC° XXI ab incarnatione Domini.

21.

1226, 4 avril. Rome (Latran). — *Bulle d'Honorius III par laquelle il met sous la protection du Saint-Siège l'Hôpital d'Aubrac et le confirme dans ses possessions* [1].

Honorius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis magistro et fratribus Hospitalis de Altobraco sal. et ap. bened. — Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que in presentiarum rationabiliter possidet aut in futurum justis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus ; specialiter autem possessiones, redditus et alia bona vestra, sicut ea omnia juste canonice ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem Hospitali auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo... Si quis autem... Datum Laterani, II° nonas aprilis, pontificatus nostri anno X°.

22.

1229, 20 août. Mende. — *Confirmation par Astorg de Peyre des donations faites à l'Hôpital d'Aubrac, par Astorg de Peyre, son père, et par autre Astorg, son aïeul, avec la concession d'autres avantages* [2].

Dominice incarnationis anno M° CC° XXIX°, indictione secunda, Ludovico rege, Stephano Mimatense episcopo,

1. Doat, 134, fol. 43, copie d'après l'original — *Arch. départ. de l'Aveyron*, G., 406, copie informe papier, n° 8.

2. *Arch. départ. de la Lozère*, H. Hôpital d'Aubrac, 430, copie imprimée pour servir au procès mû devant le Parlement de Toulouse au sujet du droit de péage dans la seigneurie de Marchastel. XVIII[e] s.

Digitized by Google

XIII° kalendas septembris. Noscant presentes et futuri quod ego Astorgius de Petra scio et consensu ac voluntate avunculorum meorum, videlicet domini Aldeberti de Petra, prioris monasterii Ciriacensis, et domini Armanni, Aniciensis prepositi, solemniter confiteor et recognosco avum meum Astorgium et quondam patrem meum Astorgium donasse et consensisse in perpetuam eleemosinam domui et fratribus Hospitalis de Altobraco quidquid habebant in montaniis de Altobraco, ab aqua scilicet que vocatur Bets in ultra versus dictum Hospitale, excepto allodio del Deroc, et quod ipsis vel michi sive quibuslibet aliis successoribus nostris de animalibus sive de quibuslibet rebus suis propriis in tota terra nostra non tenetur dare pedagium neque lesdamen. Quam eamdem donationem sive concessionem ego idem Astorgius prenominatus, certus de facto meo et certificatus de jure, non inductus aliqua fraude vel dolo set mera et propria liberalitate et voluntate mea, consensu etiam et voluntate predictorum avunculorum meorum, laudo et confirmo eidem domui supradicti Hospitalis et tibi Petro de Doallon, fratri ejusdem domus et speciali procuratori nomine suo recipienti, ratam esse volo in perpetuum atque firmam. Et insuper etiam in perpetuam eleemosinam dono et concedo eidem domui de Altobraco supradicte et tibi supradicto Petro de Doallon, dicto procuratori, nomine suo recipienti, quod fratres ejusdem domus possint introducere oves et quelibet animalia sua in pascuis, que habeo in mandamento de Petra et Mauri castri, et possint herbas pascere absque mea meorumque contradictione et nichil michi vel meis inde facere teneantur ; ita tamen quod quelibet animalia pascentia in dictis pascuis nomine vel occasione mea seu meorum ab eisdem fratribus vel donatis sive quibuslibet aliis personis ejusdem domus, occasione hujus donationis sive concessionis, non possint neque debeant inde expelli nec offendi in aliquo seu perturbari. Si vero contigerit quod in aliquo sive in aliquibus locis totius terre mee fratres supradicti Hospitalis, qui ibi nunc sunt vel in futurum quicumque fuerint, nomine ejusdem domus, pro

Digitized by Google

eleemosina vel alio modo aliquid acquirant, ego volo et concedo et non contradicam in aliquo neque infestabo sive inquietabo eosdem ; set ipsi in acquisitis sive in acquirendis in tota terra mea non poterunt facere munitionem vel majorem domum ibi construere vel ea aliquo titulo sive aliquo modo transferre in aliam personam absque meo et successorum meorum consensu et voluntate. Et hec omnia supradicta universa et singula, prout melius dici, scribi et intelligi sive excogitari possunt, bona fide tenebo firmiter et observabo. Renuncio vero in toto hoc facto sciens et prudens beneficio minoris etatis et omni alii auxilio canonico vel civili, per quod contra supradicta vel aliquid de supradictis venire possim vel aliquid inde infringere vel revocare, et me ita effecturum et contra nunquam venturum , tactis corporaliter sacrosanctis Dei evangeliis, tibi supradicto Petro de Doallon, fratri et in hoc facto procuratori domus supradicti Hospitalis de Altobraco, nomine suo stipulanti, promitto atque juro et ad majorem predictorum firmitatem hanc cartam faciam sigilli mei munimine robarari. — Actum Mimati, in curia domini episcopi et in scalario sale ; rogati testes interfuerunt : G. Aira, B. del Salhens, Hugo Foulgen, S. Moreti, G. de Chantereges, S. Lingonia, R. Rogetis, W. Gauberti, Hugo de Salgue, T. T.? Gauberti. Et ego Johannes de Alis, domini Mimatensis episcopi notarius, iis omnibus interfui et rogatu partium hanc cartam scripsi et subscripsi et signum atque bullam apposui.

23.

1232, 19 avril. « Mont Alhérac » — *Donation faite par Garin de Castelnau du mas de Granvals et d'autres terres ou droits* [1].

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis quod anno gratie M° CC° XXXII°, ego Garinus de Castronovo, non coactus neque deceptus ab aliquo, bona fide et sine dolo, per me et per meos presentes et futuros, dono et concedo et titulo perfecte donationis trado pro remedio

1. Doat, 134, fol. 51-52, copie d'après l'original ; fol. 49-50, autre copie.

Digitized by Google

anime mee et parentum meorum Hospitali de Altobracho et vobis Johanni, preceptori ejusdem Hospitalis, et successoribus vestris et fratribus ejusdem domus, presentibus et futuris, mansum Garambal, qui est apud la Faja Montis Yvernosi et omnia alia jura que ibidem habeo, et expresse alium mansum meum, quem in eisdem locis Jordanus de Sancto Jorio dicitur detinere, si ipsum evincere potero ab eodem, et usum herbarum, nemorum et aquarum terre mee domibus vestris de Salellas et de la Faja [1], supradicta perpetuo habenda quiete et pacifice et possidenda ; renuncians ex certa scienta in hoc facto beneficio minoris etatis et omni auxilio legis vel canonis, usus vel consuetudinis, tradens vobis possessionem predictorum cum hac carta in perpetuum valitura. Si quis autem temptaverit in his vos indebite molestare, ego vos me jure spondeo deffensurum. Hec omnia supradicta et singula promitto, sacrosanctis evangeliis corporaliter tactis, me bona fide perpetuo servaturum ; et ad majoris roboris firmitatem sigilli mei et Guidonis de Castronovo, decani Aniciensis et avunculi mei, de cujus assensu et voluntate feci omnia supradicta, munimine volui presentem paginam consignari. — Actum apud Montem Alairac, decimo tertio [1] kalendas maii. — Testes : Poncium de Castronovo, Aymoinem de Monterodato, D. Barata, R. La Forca [1], P. de Doalon, G. de Barbutz presbitero [1], W. de Cuzac, Johannem Merceir.

Cui carte seu littere erat quoddam sigillum cereum appensum, in quo erat impressum in medio quoddam castrum in cujus etiam circumferentia erant tales littere : *S. G. decan[i Ani]ciensis.* In quo sigillo erat quedam corrosura circa inferiorem partem a litteris predictis *n.* usque ad aliam litteram *c,* inter quas litteras videntur fuisse quedam alie literre una cum predictis. — *Item* est et aliud sigillum similiter cereum appensum in ea, in quo idem castrum quod in proximo precedenti sigillo est videtur esse impressum ; in cujus etiam circumferencia sunt tales littere : † *S. Garini de Castronovo.*

1. *Dans l'autre copie* la Vinha. — quarto. — Lafara. — presbiteros.

Digitized by Google

24.

1232, août. — *Transaction avec vente entre D. de Caylus et Gui, son fils, d'une part et le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Anno Dominice incarnationis M° CC° XXX° II°, mense augusti. Lis et controversia vertebatur inter nobilem virum D. de Caslus, dominum de Seveirac, et domum Hospitalis d'Albrac ex averso. Petebat dictus D. molendinum de [E]-bilhac [2] et mansum de Croset, dicens sibi debere pertinere quia in feudis suis erant constructa edificia supradicta, quod Hospitalarii dicte domus non concedebant. Tandem amicabili compositione compromissum fuit in B. Argeli Ruthene, qui, auditis petitionibus et responcionibus utriusque partis et diligenter inspectis, conce[n]su et voluntate utrorumque, inter ipsos amicabiliter composuit dicens : quod domus de Albrac donaret M. et D. solidos Ruthenenses jam dicto D. de Caslus pro petitionibus aut inquietationibus, quas ipse et sui super predictis jam dicte domui faciebant. Ad majoris roboris firmitatem nos predictus Guido presentem cartam sigilli nostri munimine duximus roborandam pro pace secum in perpetuum facienda. Rector domus summam pretaxatam eidem D. taxatam persolvere procuraret, et idem D. per se et per suos, sicut infra in instrumento continetur, compositionem predictam in perpetuum firmiter observaret.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris quod ego D. de Caslus et ego Guido de Seveirac [3], ejusdem filius, nos ambo insimul per nos et per successores nostros, bono animo et bona voluntate, a nemine coacti vel aliqua fraude decepti, donamus et cum [h]ac presenti carta vendimus atque in perpetuum tradimus domino Deo et vobis Johanni, dompno, et Hugoni Senhorel, fratribus et rectoribus domus Hospitalis de Albrac, et omnibus aliis tam presentibus quam futuris in eadem domo fratribus, videlicet quicquid vel quamcumque actionem sive petitionem habemus vel habere debemus aut nos vel antecessores mei

1 *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 29, fol. LI r°-LII r°. — 2. *Ms.* Obilhac.

3. Cf. C. Felgères, *op. cit*, p. 43 et suiv.

Digitized by Google

visi sumus habere in molendino de Ebilhac et in manso sive territorio de Croset, scilicet pro M. D. solidis Ruthenensibus, quo[s] habuimus et numerando recepimus ita quod penes domum vel fratres nil remansit in debito, renunciantes specialiter exeptioni non numerate pecunie; et insuper intuitu pietatis pro helemosina et animarum nostrarum salvatione et ut bonorum spiritualium jam dicte domus efficiamur, Deo dante, participes, adquirendi donatione vel emptione vel aliquod incrementum faciendi in feudos meos vel in meo dominio libere licenciam domui et rectoribus ejusdem gratis concedimus; et non fecimus [quod] utriusque partis facta et donatio pro helemosina minus valeat aut in futurum valere possit, salvo tamen in donatione pro helemosina toto jure tocius nostri dominii; et de petitionibus vel actionibus, quas superius nominavimus, nos et nostros deinvestimus et domum predictam et fratres ejusdem investimus, renunciantes omni juri, omni legi, omni exeptioni et constitutioni divino vel humano, generali seu speciali, scripto vel non scripto, quo nos vel aliqui[s] nomine nostro contra predictam donationem venire possemus. Et ego Gui de Ceveirac renuncio specialiter minorum privilegio; et si hec que superius scripta sunt ad majorem firmitatem inter presentes et futuros obtinendam a vobis vel ab aliis nomine vestro poterunt dici vel intelligi, scribi vel translatari, ita quod vestri et fratrum vestrorum voluntate tam presentium quam futurorum fieri precipimus et contra non veniemus nec aliqui[s] nostro nomine, ymo sicut superius scriptum est per nos et per nostros in perpetuum firmiter observabimus, si Deus nos adjuvet et hec sancta Dei quatuor evangelia ab utroque nostrum corporaliter tacta. Ut autem hujusmodi donatio perpetuam firmitatem obtineat ego Deodatus de Caslus sigilli proprii munimine precipio roborari. Et ego Guido de Seveirac, qui sigillum proprium non habeam, sigillo condam matris mee hoc instrumentum precipio sigillari. — Hujus rei testes sunt : Gaufredus de Calmon, P. Codada clericus, B. de Cuzac, Aludieis (?) archidiaconus Ruthene, B. de Belvezer, Hugo de Belvezer, R. de Vonc, R. Arnaldi, B. del Mon, G. de Lhugons, D. Rotbert, ca-

Digitized by Google

pella[nus] de Condor, G. de Bosquet, rector de Cambo, magister Bertrandus, G. Arnaldi, P. de la Capela, R. de la Roca, et magister Deodatus Francie, canonicus jam dicti B. archidiaconi Ruthene (*sic*), qui hoc instrumentum composuit [1].

25.

1234, 30 juin, Millau. — *Quittance par Aldebert de Mandagot, prieur de Notre-Dame de Millau, à Jean d'Aurelle de quatre sous de cens et de quatre setiers de vin* [2].

Notum sit omnibus hominibus quod anno Dominice incarnationis M° CC° XXXIV°, pridie kalendas julii, eu Aldebers de Mandagot, priors et administraire que so de la gleisa de madona Sancta Maria d'Ameillau, conosc e sai et ab aquesta present carta cofes que aquels tres sols cessals et quatre cestiers de vi per usatgue que aviam el camp et el ort da la Paulella, que au vendut a te Johan d'Aurella, Peire Rossinniols et Bernarts Rossinniols, sos fraire, au donat et assignat eis li dig fraire a me et a la dicha gleisa et meillors ho meis et mais valens dins esta vila a profieg deissa la gleisa ; e per aisso eu eisses, per nom et per profieg d'eissa la gleisa, solvi e clame quite a te Johan Aurella et a tots tos successors per aras et per tots temps tots los digs tres sols cessals els quatre cestiers de vi et tota la raso que aviam ni que podiam demandar eu ni miei successor per ces o per usatgue o per qualque altra maneira el davandich camp ni el ort, que es tot a la Paulella et ques te ab aquo d'en Ricart Fabre, et prometti per stipulatio et fas expres covinent que jamais a te ni el tuit ni el camp sobredigs re non demandarem eu ni miei successor, per nom ni per ocaiso del dig ces ni del usatgue ni per neguna altra raso que i acsem ni demandar i pocsem tro adoi en est dia. — Actum in claustro. — Testes rogati : B. de Terundels, major capellanus, Willelmus Borzes presbiter, magister D. de Pradas, B. Cabaniers, Uc Johans, Ra. Jovens, Bernardus Bes, Bernardus Zabatiers. Et ego Bernardus de

1. L'acte qui précède est inséré dans la confirmation du 21 octobre 1267.
2. Doat, 134, fol. 53-54, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

Amilhavo, publicus notarius Amiliavensis, qui rogatus hanc cartam scripsi. — [*Seing manuel du notaire*].

26.

1236, mai. — *Confirmation par Astorg de Peyre de la donation faite à l'Hôpital d'Aubrac par son aïeul et par son père de tous leurs droits sur les terres situées entre la rivière du Bès et la maison d'Aubrac ; donation par le même du droit de pâture dans les mandements de Marchastel et de Peyre avec la défense pour les religieux d'y bâtir des forts* [1].

Notum sit omnibus hanc scripturam audientibus quod ego Astorgius de Petra, filius Alamande quondam, confiteor et in veritate cognosco avum meum et A., patrem meum quondam, pro salute animarum suarum et parentum suorum, donasse pro elemosina et in perpetuum concessisse domui d'Albrac et preceptori atque fratribus ejusdem omnia jura quecumque habebant et habere poterant et debebant in montanis d'Albrac ultra aquam, que appellatur Bes, versus Hospitale domus supradicte, excepto alodio et jure mansi del Deroc, quod sibi integre retinuerunt, in strata et pedagiis et aliis omnibus pertinentibus ad eosdem, eo salvo quod de rebus seu animalibus Hospitalis predicti nichil exigere debuerunt nec levare : hanc autem donationem, cessionem et concessionem a predecessoribus meis, ut supra scriptum est, factam domui supradicte ego suprascriptus Astorgius, non deceptus neque fraude aliqua inductus set bona fide et spontanea voluntate mea vobis Petro de Doallon, a preceptore et conventu dicti Hospitalis procuratori ad hoc recipiendum constituto, laudo et confirmo atque cedo. — Preterea, pro salute mea et parentum meorum, pietatis intuitu et pro elemosina dono, cedo et concedo in perpetuum Hospitali d'Albrac et tibi Petro de Doallon, procuratori prescripto ejusdem Hospitalis nomine recipienti, usum herbarum et aquarum et omnium pascuorum meorum vel ad me quoquo modo per-

1. Doat, 134, fol. 55-57, copie d'après la grosse originale. — *Arch. départ. de la Lozère*, H. Hôpital d'Aubrac, 430, copie imprimée pour servir au procès mû devant le Parlement de Toulouse au sujet du droit de péage dans la terre de Marchastel, XVIII^e s.

Digitized by Google

tinentium in territoriis et mandamentis castrorum de Marchastello et de Petra, ita quod sine aliqua pactione et mercede atque promissione et sine defensione et contradictione mea et successorum meorum vel cujuslibet alterius nomine meo et meorum faciendis, eisdem herbis et pascuis atque aquis cum armentis et equis dicti Hospitalis et pastorum suorum uti possitis morando et pascendo libere, pacifice et quiete ; eo salvo quod boves et oves atque eque mee et hominium meorum in eisdem similiter pascantur, si ibi fuerint, et morentur et per vos vel vestros homines seu pastores nulla ipsis inferetur molestia seu gravamen, set hinc inde armenta vestra et nostra pacifice depascantur. Si vero contingeret quod in territoriis dominationis mee ex causa elemosine vel alio modo aliquid acquisierit Hospitale prescriptum, illud vobis et Hospitali suprascripto a me et meis laudatum intelligatur et confirmatum, salvo tamen super eo michi et meis censu vel servitio michi facere et reddere debito et consueto. Et eo similiter convento inter me et vos et statuto quod in territoriis sive locis acquisitis vel acquirendis infra terminos supradictos munitionem vel fortiam aliquam facere vel extruere non debetis, neque aliquid de prescriptis in aliam personam seu domum secularem vel religiosam transferre potestis sine mea et successorum meorum licentia et mandato. Quod autem supradicta omnia bona fide teneam et observem et in contrarium non faciam, nec veniam, renunciando omni beneficio juris canonici et civilis, vobis Petro de Doallon, procuratori predicto prescripti Hospitalis nomine recipienti, tactis sanctis evangeliis, juro et promitto, presentem cartam in testimonium vobis tradens et concedens sigillo meo sigillatam ; confitens etiam et recognoscens quod aliam habetis cartam [1] dudum a me vobis super his concessam, scriptam per manum Johannis de Alis, notarii Mimatensis, in qua bulla domini episcopi Mimatensis et sigillum etiam meum est impressum. — Facta fuit iterum hec presens recognitio et concessio anno Domini M° CC° XXXVI°, mense maii.

1. V. l'acte n° 22.

Digitized by Google

27.

1236. — *Bail à fief du mas de Raffy ou des Poujoulis, paroisse de Saint-Chély-d'Aubrac* [1].

Nouveau bailh de Poujouly de Raffy du maz de Rafly sive des Poujoulis pour l'indivis du pred de la Lande et du pred de Valladounet, le tout assciz à la parroisse de Saint-Chély, soubz la censive annuelle de vingt solz Rod., six cestiers seigle et quatre cestiers avoine avec deux gélines, vantes, lodz et directe seigneurie, en l'an 1236, cotté III.

28.

1241, 8 juin. Termes. — *Confirmation par Garin de Castelnau des donations faites par son père Garin de Castelnau à l'Hôpital d'Aubrac* [2].

In nomine Domini nostri. Anno Ejusdem gratie M° CC° XLI°, VI° idus junii. Notum sit omnibus presentem cartam visuris quod nos Garinus, dominus de Castronovo, non deceptus fraude vel dolo, set mera voluntate confiteor et in veritate recognosco dominum Garinum, patrem meum, donasse et concessisse in perpetuum pro helemosina fratribus domus Hospitalis de Altobracho quidquid habebant vel habere poterant quocumque titulo in parrochia Sancti Johannis de Puh Ivernos et Sancti Laurencii de Brio; et nos dictus Garinus idem damus, concedimus et confirmamus in perpetuam helemosinam, pro salute anime nostre et parentum nostrorum, vobis Johanni, dompno et [rectori] recipienti nomine ipsius Hospitalis. — *Item* damus, concedimus et laudamus in perpetuam helemosinam vobis predicto Johanni, dompno et [rectori]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 12 v°. — Le reg. n° 19 (Fol. 1-17) a pour titre : « *Sequntur documenta loci sancti Eligii, diocesis Ruthenensis, Hospitali de Altobraco pertinencia.* » Il contient 79 analyses : les analyses de A. à DDD. rédigées en latin datent de 1466 ; les autres de EEE. à NNNN. datent de 1640 et sont écrites en français. Il est recouvert d'un titre de doctorat en droit civil, délivré le 18 décembre 1581 à Guillaume Maritani par François Corneillan, professeur en droit civil et en droit canon et chancelier de l'Académie de Toulouse. L'enveloppe en parchemin porte, au dos, les cotes suivantes : Num° VII, liasse XXIII, titre 1er ; répertoire des titres de la paroisse de St-Chély ; n° 34 ; n° 1 ; répertoire des tiltres de la paroisse de St-Chély. 1640 ; 126 ; répertoire des tiltres de St-Chély. La plupart des titres qui y sont analysés ne nous sont pas parvenus.

2. Doat, 134, fol. 62-63.

Digitized by Google

nomine ejusdem Hospitalis recipienti, quod si de feudis vel dominio nostro, ubicumque feuda vel dominia habeamus, ipsi vel eorum successores acquisierint vel acquirere poterint legato, emptione, donatione vel alio quocumque titulo, hoc liceat eis sine omni molestatione nostra et successorum nostrorum. Et idem concedimus predictis dompno et fratribus predicti Hospitalis in territorio de Beireschet cum assensu tamen et voluntate domini Bertrandi de Brossadol militis ; et si ipse nollet concedere, damus vobis idem in parte que nos contingit, hoc salvo quod in omnibus predictis liceat hoc vobis facere cum assensu et voluntate nostra et successorum nostrorum et sic acquisita pacifice perpetuo possidere ; et salvo quod non possitis ibi facere munitiones seu fortalicia construere nec majorem dominum constituere, nec in aliquam aliam personam transferre ; et quod vos teneamini nobis ad omnia illa ad que feudatarii nostri tenebantur, excepto ordine et regula vestra, intacta perpetuo inviolabiliter observanda. — Testes : dominus decanus Aniciensis [1], qui omnia predicta laudavit et approbavit et rata habuit, ens Rouurs ?, en Aimois de Montrodat, milites, Guillermus Brugiers, Petrus de Doalon, Guillermus Andreus, Bernatz de Robanilhas, Petrus Blancs, fratres dicti Hospitalis. — Actum fuit ha Termes anno et die quo supra. — Et nos dictus Garinus ad majorem firmitatem huic carte sigillum nostrum apposuimus.

Cui carte seu littere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio quoddam castrum in quodam scuto impressum. In cujus circumferentia erant tales littere : † *S. Guari de Castelnou.*

29.

1241, 10 juillet. — *Donation et confirmation de donation faites par D. dit Canilhac à J., domp de l'Hôpital d'Aubrac, de possessions et de droits dans les mandements de Canillac et de Saint-Urcize* [2].

1. V. l'acte n° 23.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital, d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 10, fol. XX r° XX v°. *A la marge* : Correcta ; et n° 27, fol. XLVII v°-XLVIII v°. *A la marge* : Correcta. — Doat, 134 fol. 64-66, copie d'après la grosse originalle. — V. l'acte n° 35. — Nous donnons le texte du n° 10.

Digitized by Google

PRIVILEGIUM DOMINI DE CANILIACO. — In nomine Domini nostri Ihesu Xristi. Anno Ejusdem gratie M° CC° XLI°, VI ydus julii. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego D., dictus Canilhacus [1], non deceptus vel coactus set gratis et spontanea voluntate, per me et per successores meos, bona fide et sine dolo pro remedio et salute anime mee et parentum et antecessorum [et] successorum meorum dono, laudo et concedo in perpetuum vobis J., dompno Hospitalis de Altobraco, et fratribus ejusdem et successoribus vestris, nomine ipsius Hospitalis, ut in pascuis que sunt in honore et in mandamento castri de Canilhaco vel castri de Sancto Urcisio et in omnibus aliis pascuis, si qu[e] habeo nomine meo vel nomine uxoris mee, peccora omnia et animalia et singula cujuscumque generis sint ejusdem Hospitalis et pastorum et servientum suorum possint pasci ad voluntatem suam et ibidem herbis, aquis et nemoribus uti libere et quiete, absque ullo precio et mercede, ita quod ego vel aliquis pro me non possimus aliquo modo a vobis vel vestris occasione predictarum herbarum, nemorum vel aquarum aliquid petere vel quomodolibet extorquere ; set vos et vestra bona fide in predictis foveamus, defendamus et servemus pro nostris viribus liberos et imdempnes, ita tamen quod si ego vel aliqui[s] successorum meorum locaverimus dicta pascua vel herbas aliquibus aliis, tam vos et vestri quam illi utamini eisdem comuniter, libere et quiete, ita quod hii vel illi non debeant alios expellere de predictis. — *Item* dono vobis, laudo pariter et concedo in helemosinam quod si a feudotariis meis vel predicte uxoris mee poteritis terras, posseciones, census aut jura aliqua titulo donationis, emptionis, conductionis, emphiteosys, pignoris seu quolibet alio modo aquirere nomine predicti Hospitalis, hec vobis liceat facere de voluntate, assensu et concessione mea et sic adquisita perpetuo possidere, salvo jure meo ad quod ille vel illi feudotarii mei tenebantur facere michi, ad quod Hospitale predictum et dompnus, qui pro tempore erit, tenebuntur pariter michi

1. Cf. C. Felgères, *op cit.* pp. 31, 44 et suiv.

Digitized by Google

et meis, salvo tamen ordine suo in omnibus et regula sua pariter et honestate inviolabiliter conservanda. — *Item* laudo vobis, concedo pariter et confirmo omnes donationes olim factas Hospitali predicto a domina Biatritz, avia, et a domina comitissa [1], matre mea, et a meipso, auctoritate patris mei, D. de Caslucio, et a meis hominibus vel feudatariis meis seu suis, sicut est ex parte mea pro castro de Canilhac, et ab alia parte, nomine uxoris mee, pro castro de Sancto Urcissio donationes factas eidem Hospitali per dominum Poncium de Sancto Urcisio, patrem predicte uxoris mee, vel per suos ut omnes donationes hujusmodi seu donata predictum Hospitale possit perpetuo possidere. — Hec omnia sicut superius sunt scripta vel expressata vel sicut melius possunt scribi vel exprimi ad utilitatem dicti Hospitalis tenebo et inviolabiliter observabo, si Deus me adjuvet et sancta Dei evangelia a me corporaliter tacta, renuncians in hoc facto scienter omni auxilio legis vel canonis, usus vel consuetudinis quo contra predicta vel aliquid predictorum venire posse[m]. — Et ad majorem firmitatem et testimonium predictorum presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. — Testes : Willelmus de Salas, Privat Guers, P. de Doalon, Willelmus Polleirs, Willelmus Gros, S. Polleirs, Bertran de Vic, R. Travatel.

30.

1242, 18 juillet. Boissons. — *Confirmation par Astorg de Peyre des actes nos 22 et 26, avec l'approbation du prévôt de Mende, son frère* [2].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem Mo CCo XLIIo, kalendas augusti XVo, indictione XVa, supradicto [3] Mimatensi episcopo existente. Notum sit omnibus presentem cartam inspecturis quod ego Astorgius de Petra pre-

1. Il s'agit ici de Ydoine, fille de Gui de Sévérac et de Béatrix de Canillac, qui épousa en premières noces Guillaume, comte de Rodez, et en secondes noces Déodat de Caylus dont elle eut Déodat de Canillac, marié à Mielher de Saint-Urcize, et Guy de Sévérac, époux de Richarde de Panat. Cf. C. Felgères, *op. cit.*, p. 43 et suiv.

2. *Arch. départ. de la Lozère.* H. Hôpital d'Aubrac. 439, copie imprimée pour le procès mû devant le Parlement de Toulouse, au sujet du péage dans la seigneurie de Marchastel, XVIIIe s. — 3, V. les actes nos 22 et 26.

Digitized by Google

sentis scripti serie volo cunctis fieri manifestum quod cum conquererer de vobis fratre Johanne, preceptore domus Hospitalis de Altobraco, dicens me infra legitimam etatem olim constitutum, deceptum et circumventum fuisse in donationibus, ratificationibus et confirmationibus quas domui supradicte feceram et Petro de Doallon, fratri ejusdem domus pro eadem recipienti, sicut in duobus instrumentis[1] inde confectis et sigillo meo sigillatis dignoscitur contineri : modo legitime etatis consistens ductus consilio saniori et quia vos, predicte domne, satisfecistis michi in pecunia et rebus aliis secumdum mee beneplacitum voluntatis, iterum nunc confiteor, scio et in veritate recognosco avum meum Astorgium de Petra et patrem meum quondam Astorgium de Petra donasse pro eleemosina et in perpetuum concessisse domui et preceptori et fratribus predicti Hospitalis de Altobraco quidquid habebant et habere poterant et debebant et omnia jura que ad eos pertinebant in montaniis de Altobraco ultra aquam, que appellatur Bets, et al ipsa aqua in ultra versus Hospitale predictum, excepto allodio et jure mansi del Deroc, et quod ipsis avo et patri vel michi sive quibuslibet aliis successoribus nostris de animalibus vel quibuslibet rebus suis in tota nostra vel parte aliqua ipsius terre non teneatur neque debeat dare pedagium neque lesdamen. Quam eamdem donationem, cessionem et concessionem a predecessoribus meis, ut supra scriptum est, factam domui supradicte ego supradictus Astorgius, certus de facto meo et certificatus de jure, non deceptus neque fraude aliqua inductus, set bona fide et spontanea voluntate mea predicto Hospitali et vobis prefato domno laudo et confirmo et ratam esse volo in perpetuum atque firmam ; et insuper in perpetuam eleemosinam dono et concedo domui supradicte et vobis predicto domno usum herbarum et aquarum omniumque pascuorum meorum vel ad me quoquo modo pertinentium in territoriis et mandamentis castrorum Mauri castri et de Petra, ita quod sine aliqua pactione et

1. V. les actes nos 22 et 26.

Digitized by Google

mercede atque permissione et sine deffensione et contradictione mea et successorum meorum vel cujuslibet alterius nomine meo et meorum facientis, iisdem herbis et pascuis et aquis cum armentis et equitiis et aliis animalibus pecoribus dicti Hospitalis et pastorum suorum uti possitis morando et pascendo libere, pacifice et quiete ; eo salvo quod boves et oves et eque mee et hominum meorum in iisdem similiter pascantur, si ibi fuerint, et morentur et per vos vel vestros homines sive pastores nulla ipsis inferatur molestia sive gravamen, set hinc inde armenta vestra et nostra pacifice depascantur. Si vero contigerit quod in territoriis sive locis do[mi]nationis mee ex causa eleemosine vel alio modo aliquid acquisierit Hospitale predictum, illud vobis et Hospitali predicto laudatum a me et a meis intelligatur et confirmatum, salvo censu michi et meis debito quod inde prestari consuevit ; et eo similiter convento inter me et vos et statuto quod in acquisitis vel in acquirendis locis intra terminos supradictos munitionem vel fortiam aliquam facere vel construere non debetis. Promitto etiam vobis quod non faciam de cetero quominus predicte donationes et confirmationes valeant et alia duo instrumenta, in quibus sunt sigilla mea apposita et in altero illorum est bulla domini episcopi Mimatensis, cum donationibus, ratihabitionibus et confirmationibus ibi contentis rata et firma habeo et habebo in perpetuum, et ipsa instrumenta et donationes et confirmationes ibi contentas vobis et Hospitali predicto laudo, approbo et confirmo supradicta omnia. Promitto vobis et successoribus vestris pro me et heredibus et successoribus meis fideliter observare et contra non venire et vos et successores vestros deffendere contra omnem hominem ; et pro omnibus supra scriptis complendis et observandis, obligo vobis omnia bona mea et dedi vobis fidejussores inde nobiles viros Guillelmum de Petra et Canilhac, qui consensibunt et pro his complendis vobis et Hospitali predicto se et sua obligabunt ; quod autem supradicta omnia bona fide teneam et observem, prout melius dici, scribi et intelligi possunt et in contrarium non faciam nec veniam, renun-

Digitized by Google

ciando omni beneficio minoris etatis, juris canonici, consuetudinarii et civilis, tactis corporaliter sacrosanctis Dei evangeliis, vobis predicto fratri Johanni, dompno Hospitalis predicti, juro et promitto, presentem cartam in testimonium vobis tradens et concedens sigilli mei munimine roboratam. — Actum in villa que dicitur Boissons, in presentia et testimonio testium rogatorum, videlicet : Petri de Doallon et Petri de Petrafixa, fratrum Hospitalis predicti, et Guillelmi de Petra et Canilhac, predictis fidejussoribus, qui pro complendis omnibus suprascriptis et observandis a me et ab heredibus et successoribus meis obligaverunt vobis omnia bona sua vobis prefato domno et Hospitali, et in presentia et testimonio magistri Bertrandi de Severiaco et P. de Sancto Joerio et Cardinalis militis.

Item anno quo supra, VIII° kalendas augusti [1] nos Aldebertus de Petra, prepositus Mimatensis et frater predicti Astorgii, predicta omnia et singula volumus, laudamus, rata habemus et approbamus et sigillo nostro presentem cartam communimus.

31.

1243, juin. Saint-Côme. — *Transaction entre D., domp de l'Hôpital d'Aubrac, et B., seigneur de Calmont, au sujet de Mandailles* [2].

COMPOSITIO FACTI DE MANDALHIS FACTA PER DOMINUM D. CUM DOMINO DE CALOMONTE. — Anno Dominice incarnationis M° CC. XL°. tercio, mense junii. Notum sit omnibus hunc scriptum audientibus quod controversia, que vertebatur inter dominum B. de Calmon ex una parte et dompnum domus d'Albrac, nomine ejusdem domus ex altera, super castro de Mandalhas et ejus territorio ac mandamento, mediante venerabili viro A. de Petra, preposito Aniciensi, in quem partes [com]promiserant, finem accepit in modum infra scriptum. Petebat siquidem dictus B. de Calmon castrum de Mandalhas

1. 25 juillet. — 2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 22, fol. XLI v°-XLII v°.

Digitized by Google

predictum cum pertinenciis suis et ad se pertinere asserebat eo quod ipse habeat principale dominium in eodem, et cum Hugo Senhorel heredes, ad quos devenire debeant bona sua, non haberet tempore mortis sue. — Ab alia vero parte predictus D., dompnus d'Albrac, dicebat dictum Hugonem esse donatum et fratrem dicte domus d'Albrac et in introitu suo dedisse bona sua omnia eidem domui [in perpetuum], et hac de causa petebat dictum castrum et omnia bona Hugonis superius memorati. — Tandem, auditis istis rationibus et pluribus aliis hinc et inde, predictus A. de Petra, de voluntate et concensu partium, ita dixit et precepit et teneri perpetuo statuit, videlicet : quod B. de Calmon predictus et successores sui habeant principale dominium in eodem castro et ipsum teneant et possideant, et domum del Voltre et domum del Deschantas ; et quod dicta domus d'Albrac dominium et omnes actiones et jura, quascumque sive quecumque habere poterat vel debebat in dicto castro ratione vel occasione dicti Hugonis Senhorel, ei remitat et apprehendat possessionem quandocumque voluerit ipse B. vel alius nomine et mandato suo, et possecionem predictorum domorum. — *Item* dixit et statuit idem arbiter quod omnes alie domus que sunt in supradicto castro, quas adquisivit dominus Hugo, et terras et posseciones et jura que ipse tenebat et possidebat, postquam intravit domum Hospital[is] d'Albrac, ad ipsum Hospitale pertineant, ita quod quicumque teneret castrum vel esset dominus de Calmon non posset ibi aliqui[d] petere vel adquirere, set dictum Hospitale semper teneat pascifice et quiete ; et quod non possit vendere vel alienare vel escambiare alicui majori quam esset dominus de Calmon, et si minori vellent vendere vel escambiare vel alio modo alienare possint facere, eo salvo quod moneant dominum de Calmon si habere voluerit secundum conditionem quam possunt facere cum alio vel aliis et equam conditionem et talem qualem alius faceret prestare voluerit, pre omnibus aliis habeat et possideat. — Hiis vero ita dictis et factis, mediante supradicto A., preposito Aniciensi, dicte partes stipulatione interposita promiserunt se perpetuo supradicta

Digitized by Google

omnia et singula servaturos et contra nunquam venturos, renunciantes in hoc facto omni canonico vel legitimo auxilio coherenti rei vel persone. Preterea ego B. de Calmon sciens et prudens renuncio, interposito juramento, super omnibus predictis et singulis, omni juris tam civilis quam canonici auxilio et specialiter beneficio minoris etatis, promittens vobis D., dompno domus d'Albrac, et omnibus fratribus ibidem degentibus per me et successores meos sub eodem juramento a me prestito quod nunquam veniam contra predicta vel aliqua de predictis nec aliquid arte mea, ingenio seu mandato. — Actum in platea, extra villam Sancti Cosme, rogatis et presentibus testibus : A., preposito Mimatensi, Astorgio de Petra, Chardenal, Berm. Valleta, S. de Las Salas, clericis. — Ad majorem preterea firmitatem et faciliorem predictorum probationem sigilla predicti A., prepositi Aniciensis, et B. de Calmon et sigillum domus d'Albrac huic carte per alphabetum divise fuerunt apposita et impressa.

32.

1244, 24 juin, Aubrac. — *Vente faite par Pons de Castelnau et Bertrand, son fils, de la moitié de la seigneurie d'Aurelle à Astorg de Villaret* [1].

Anno Domini M. CC° XLIV°, mense julii. Sia certa causa als presens et clara als endevenidors que eu Pons de Castelnou et eu Bertrans, sos filhs, nos amdoi essems per nos e per totz los nostres presens et esdevenidors, per bona fe e senes tot engan, non deceubuts ni amenats per neguna frau ni per neguna bausia d'alcuna persona mas de grat e de nostra propria voluntat e bona, certan de dreg e de fag, be vendem e per nom de venda et ab titol pur e perfieg de venditio en durabletat ses nulh retenemen que noi fam de re autrejam, solvem, gurpem, desamparam et ab aquesta present carta en ja sempre lieuram per aras e per tots temps a vos n'Austorg de Vilaret et a tot vostre voluntari et a tots aquels a cui vos o vol-

1. Doat 134, fol. 67-69, copie d'après l'original. — Sur Aurelle, v. J.-L. Rigal — P.-A. Verlaguet, *Notes pour servir à l'histoire du Rouergue*, Rodez, 1913, p. 43, note 2 ; H. Durandard d'Aurelle, *Généalogie de la maison d'Aurelle...*, Paris, 1906, 8°. — *Hist. de Languedoc* (éd. Privat), V, c. 611 : Joris de Aurella, 12 juillet 1075.

Digitized by Google

rets donar, laissar, vendre o empenhorar e per totas vostras altras voluntats a far o en calque maneira o volhats alienar, so es assaber la meitat de la senhoria del castel d'Aurela e de tota la honor sio mases vestit o erm, o terras coltivas o no coltivas, o bosc, o aiguas, o prat, o pradal, o erbas, o ort, o maios, o ces, o queque ajam en tot lodih castel et en tota la honor per nom de senhoria o d'alo, o en calque maneira nos ren i ajam lo tot per entier vos vendem nos doi sobredig a vos n'Austorg del Vilaret sobredig et a tot vostre voluntari, per nom de pretz de doa milia et dotses sols de Pojes, losquals nos avem auts e nombram receubuts em pars de vos n'Austorg sobredig e dels vostres, si que a vos ni als vostres res non remas en deude ; e nos tenem nos en per ben pagat e jamai no direm que pagats no siam, si que renunciam scientalmen ad exceptio de non nombrat, de non pagat, de non aut e de non receubut e de non liurat aver et a tot dreit et a tota lei et a tota costuma et a tota nova o vieilla constitutio per que nos nilh nostre poscam venir encontra la davan dicha venda, et expressamen renonciam a la lei que incipit : *Rem majoris pretii* et a la authentica : *de duobus reis* ; e renunciam al Velleian senat consult et a la lei Julia : *de fundo dotali* et a las drechuras de la ypotheca et a aquella lei que dits : que se la molher consentisca o sots scrive el contraig o el negoci de so marit, que dits : que aquella sots escriptios no valha, et a tot altre adjutori que sia donats o autrejats en dreg a femna mai que ad home ; e non avem fag ni dig ni per adenant no o farem ni direm per que la davandicha venda menhs valha ni menhs ferma permanha ni estia ; e se mai val o per adenant mai valia la davan dicha venda del dih prets, lo mai vos donam per nom de do en durabletat e devestem ne nos els nostres e vestem ne vos, n'Austorg del Vilaret, els vostres per tots temps et ab aquesta present carta ves en metem en pleneira possessio coma en vostra dominia causa, donam et autrejam licencia et auctoritat de penre e de recebre la vera corporal tenezo e d'intrar per vosmeteis, e per ferma e valedoira stipulatio prometem vos d'evictio sots

Digitized by Google

obligatio de tots nostres bes on que los ajam mobles e no mobles, que se la dicha vendicios o alcuna parts d'ela vos era vencuda o tolta per dreg, que tota aquela causa vos restauraram per dreg eus en gardaram de dam, e tot enaisci coma dessus es dig o se miels podia esser dig o escrig o entendut per alcu laïc o per alcu clergue a la utilitat de vos n'Austorg del Vilaret e dels vostres, tot enaisci o tenrem et o gardarem e ja contra re que dessus sia escrig ni dig no venrem nos ni om per nos ni femna ni per nostra art ni per nostre engien, se Dius nos ajut ni aquech quatre sancts evangelis de Diu de me Pons de Castelnou e de me Bertrans, so filh sobredich, corporalmen tocats. — Aisso fo fag davant la porta de la gleia de l'Hospital d'Albrac. — Autre : P. de Doalon, que parla lo mercat, W. de Cabrelhac capelas, W. de Caldasaiguas capelas, Pons de Pradas capelas, Berengiers de la Gleyola, P. de Monpeiros, S. Blancs, celariers de l'Hospital, de Cantamessa, Nars (?) sos fraire. — Aisso fo fach lo divendres davant la Sanct Peire.

33.

1245, 2 avril. Lyon. — *Bulle d'Innocent IV mettant sous la protection du Saint-Siège l'Hôpital d'Aubrac avec ses dépendances* [1].

Innocentius episcopus, serv. serv. Dei, dilecto filio Duranto, magistro Hospitalis domus de Albrac, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. — Quotiens... [*ut supra p. 5*]. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et felicis recordationis Alexandri [III], Lucii [III], Celestini [III] et Innocentii [III], predecessorum nostrorum [2], vestigiis inherentes prefatum Hospitale, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes... [*ut supra p. 23*], in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum

1. Doat, 134, fol. 70-74, copie d'après l'original, [coté F.]. — *Arch. départ. de l'Aveyron*, G, 406, copie informe et abrégée papier, cotée n° 8.
2. Cf. les actes n°s 3, 8, note 1 p. 17 et acte n° 21.

Digitized by Google

in quo divino mancipati estis obsequio cum grangiis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Marii de Maurinas cum pertinentiis suis, villam de Monte Clergue cum pertinentiis suis, villam de Chalmeta cum pertinentiis suis, villam de Cogoçac cum pertinentiis suis, villam de Melet cum pertinentiis suis, villam de Vabre cum pertinentiis suis, villam de Ebilac cum decimis et pertinentiis suis, ecclesiam quoque Sancti Laurentii de Pradas cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancte Marie de Condor cum pertinentiis suis, ecclesiam et villam Sancte Marie de Nabinals cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Johannis de Levinhac cum pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Petri de Eriniaco cum pertinentiis suis, ecclesiam de La Faja cum pertinentiis suis, ecclesiam de Plannias cum pertinentiis suis, Hospitale de Moirent cum pertinentiis suis, Hospitale de Najaco cum pertinentiis suis, omnes possessiones quas habetis in Serra de Condor, domum de Chiraco, domum de Maruejul, domum de Ruthena, domum d'Amiliavo, domum de Leborinas, domum de Salellis, domum de Masclat, domum de Caujol, domum de Bertels, domum de Ripagerii, domum de Cassannias, domum de Candieu et domum de Crosetis cum pertinentiis earumdem, et in episcopatu Ruthenensi duas partes decimarum de laboribus, quos propriis manibus vel sumptibus colitis ; sane novalium vestrorum que propriis manibus vel sumptibus colitis et de quibus aliquis hactenus non percepit sive de nutrimentis animalium vestrorum, ubicumque fuerint, vel de ortis et virgultis seu de fructibus arborum vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque... [*ut supra p. 23*]. Prohibemus insuper... [*ut supra p. 23*]. Libertates preterea... [*ut supra p. 24*]. Decernimus ergo... [*ut supra p. 6*]. Ad indicium autem hujus a Sede Apostolica protectionis obtente unum bisantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur... [*ut supra p. 6*]. Amen. — *Rota* : Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Innocentius papa IIII. — *Devise* : ✠ Fac mecum, Domine, signum in bonum. — *Monogramme* : Bene valete.

Ego Innocentius, Catholice ecclesie episcopus, ss.

Digitized by Google

† Ego Petrus, tituli Sancti Marcelli presbiter cardinalis.

† Ego Willelmus, basilice duodecim apostolorum presbiter cardinalis.

† Ego [*un blanc*] Johannes, tituli Sancti Laurencii in Lucina presbiter cardinalis.

† Ego frater Hugo, tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis.

† Ego Oto, Portuensis et Sancte Rufine episcopus.

† Ego Petrus, Albanensis episcopus.

† Ego Willelmus, Sa[bin]ensis episcopus.

† Ego Odo, Tusculanensis episcopus.

† Ego Egidius, Sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis.

† Ego Gosfredus, Sancti Adriani diaconus cardinalis.

† Ego Octaviamus, [Sancte Marie] in Via lata diaconus cardinalis.

† Ego Petrus, Sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis.

† Ego Johannes, Sancti Nicolai in Carcere Tullianensi diaconus cardinalis.

† Ego Willelmus, Sancti Eustorgii diaconus cardinalis.

Datum Lugduni per manum magistri Marini, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, IV nonas aprilis, indictione III, incarnationis Dominice M° CC° XL° V°, pontificatus vero domini Innocentii pape IV anno II.

34.

1245, 29 juin. Les Hermaux. — *Confirmation par D. de Canillac et par Mielher, sa femme, de l'acte n° 11* [1].

DONATIO FACTA PER DOMINUM DE CANILLACO ET DOMINAM MIELHER QUICQUI[D] HABEBANT ULTRA NEMUS HOSPITALIS USQUE AD FLUMEN OLTI. — Anno Domini M°CC°XL.V°, in festo sancti Petri, intrante julio. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego D. de Canillaco, dictus Canilhacus, et ego Meller, ejusdem uxor [2], nos ambo pariter confitemur et in veritate recognoscimus quo[d] Poncius de Sancto Urcicio, pater dicte Meller, et dominus Bertrandus de Sancto Urcicio condam, pater dicti Poncii

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 9, fol. XVIII v°-XIX v°. — Doat, 134, fol. 79-82. — 2. Cf. C. Felgères, *op. cit.* pp. 31, 46.

Digitized by Google

de Sancto Urcizio, pro redemptione animarum suarum et parentum suorum dederunt et donaverunt et cesserunt et concesserunt in perpetuum pacifice possidenda Deo et Hospitali de Altobraco et D., dompno et preceptori, et fratribus et conventui ejusdem loci quicquid habebant et quicquid unquam habuerunt et tenuerunt ipsi vel alii pro eis vel nomine eorum ultra nemus de Altobraco usque ad flumen Olti et a Menapia usque ad Mossaur de Lunet et medietatem de Grezetas et medietatem mansi de la Socha et medietatem de Nosairolas et domos fabrorum Sancti Urcicii et unam vaccam el Deroc, et quod idem dicti quitaverunt dicte domui de Altobraco quicquid habebant vel habere vel petere poterant als Faus [1] : quam donationem et cessionem et concessionem nos ambo predicti ratam habemus et semper habebimus et per nos et per nostros in perpetuum confirmamus et ad majorem cautelam nos ambo predicti scilicet D. de Canilhaco, dictus Canilhacus, et Mielher, ejus uxor, omnia supradicta Deo et dicto Hospitali de Altobraco et vobis, domine Durante, dompno et preceptori dicti Hospitalis, recipienti pro dicto Hospitali, et fratribus et conventui dicte domus damus et donamus, dedimus et concedimus in perpetuum omnia prenominata a vobis pacifice possidenda. — *Item* confitemur et in veritate recognossimus vobis dicto dompno et preceptori dicti Hospitalis, recipienti pro dicta domo Hospitalis et fratribus et conventu dicti Hospitalis, quod de terra Bertrandi de la Roca inter nos et vos haberemus mansum comunem del Faig et mansum de Cruce et duas tenensas el Bertaires els Patils et mansum de la Cabrieira de Longavilla et medietatem mansi dels Beluguas e la Planha el Prat fauges desotz la Rocha, et sic hec omnia prope dicta inter nos et vos haberemus comunia. — *Item* confitemur vobis et in veritate recognossimus quod mansus de Pueh Chalier et domus Johannis de Riutort sunt ex toto dicti Hospitalis de Altobraco. — *Item* confitemur et in veritate recognossimus quod Poncius de Sancto Urcicio et Bertrandus, pater ejus, per se et per suos, ob

1. V. n° 11.

Digitized by Google

redemptionem animarum suarum et parentum suorum dederunt, cesserunt et concesserunt usum herbarum, quascumque et ubicumque eas haberent, dicto Hospitali, sibi et hominibus suis, promitentes per stipulationem, tactis sacrosanctis evangeliis per se et per suos , quod dictum Hospitale et fratres et homines et servientes dicte domus Hospitalis super aliquo premissorum non inquietarent : quod nos etiam ratum habemus et semper habebimus et in perpetuum confirmamus et etiam ad majorem cautelam usum predictarum herbarum dicto Hospitali et fratribus et conventui dicti Hospitalis donamus, cedimus et concedimus sibi et hominibus suis in perpetuum pacifice possidendum. — Quas omnes donationes supradictas per nos et per predictos antecessores nostros factas, ratas et firmas habemus et semper habebimus et eas per nos et per nostros in perpetuum confirmamus, promitentes per stipulationem quilibet nostrum in solidum sub obligatione omnium bonorum nostrorum nos omnia supradicta attendere et predictas donationes et cessiones et concessiones per vos et vestros semper et in perpetuum ratas et firmas habere et tenere et contra non venire ullo loco vel tempore, aliqua juris vel facti subtilitate vel aliqua ratione : unde renunciamus specialiter illi legi et constitutioni que dicit : *donationem ultra summam vel quantitatem quingentorum aureorum vel solidorum factam sine scriptis et sine insinuatione non valere* ; item et illi legi et constitutioni que dicit : *donationem ex causa penitentie vel ob causam vel ob causas ingratitudinis revocari posse.* — *Item* nos ambo confitemur et in veritate recognossimus nos esse majores XX^{ti} V^{e} annis, unde ad majorem cautelam specialiter renuntiamus beneficio minoris etatis et in integrum restitutioni. — Et ego dicta Mielher specialiter renuntio Velleiano senatus consulto et legi Julie *de fundo dotali* et juri ypothecarum et illi legi et constitutioni que dicit : *mulierem vel mulieres ob contractus mariti sui vel maritorum suorum sese vel sua obligantem vel obligantes non valere* et omni alteri auxilio quo mulieres uti possunt. — Item et nos ambo renunciamus omni juri scripto et non scripto, divino vel humano, civili vel pretorio, legali vel canonico, confecto

Digitized by Google

vel conficiendo et omni alteri juri vel rationi per quod contra predicta vel aliqui[d] de predictis venire possemus. Et ad majorem cautelam et firmitatem, nos ambo omnia supradicta singula et universa, sicut superius sunt scripta vel expressata vel sicut melius possunt scribi vel exprimi ad utilitatem dicti Hospitalis, per nos et per nostros nos sic in perpetuum et inviolabiliter tenere et custodire et contra non venire ullo loco vel tempore, aliqua ratione, tactis corporaliter sacrosanctis evangeliis, promittimus et juramus et hanc presentem cartam cum sigilli nostri munimine roboramus. — Acta fuerunt hec als Hermals, juxta ecclesiam ; testes vocati et rogati [1] : Raols de Moriers, Ugo Morre capellanus, Raymundus Ugo, Petrus de Doalon, Willermus Andreus, Guillermus Lobeira, Willermus de Montferran, Willelmus de Montrodat, Carboneira, na Saura, na Laura, Petrus Alari, Merciers, Petrus Latier, Raimundus Blancs, n'Andreu.

Cui carte seu littere erat quoddam sigillum cereum rotundum appensum. In quo erat imago canis in medio impressa, in cujus circumferencia erant tales littere : † *S. Deodati de Canilhaco.* — Item et aliud sigillum similiter cereum erat appensum in ea, in quo videbatur imago ursi impressa in medio, in cujus circunferencia erant tales littere : † *S. Poncii de Sto Urcitio.*

35.

1245, 29 juin. Les Hermaux. — *Confirmation par Déodat de Canillac et Mielher, sa femme, de l'acte n° 29* [2].

PRIVILEGIUM DOMINI DE CANILIACO. — Anno Domini M° CC° XLV°, in festo sancti Petri, intrante julio, coram testibus infrascriptis. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego D. de Caniliaco, dictus Canilhacus, et ego Meller, uxor ejusdem, non decepti vel coacti set gratis et spontanea voluntate, per nos et per omnes successores nostros, bona fide et sine omni dolo, pro remedio ac salute anim[arum] nostr[arum] et parentum nostrorum et antecessorum et successorum nos-

1. Ici s'arrête le texte du *livre des transactions*. Ce qui suit est tiré de Doat.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 11, fol. XX v° - XXII r°. *A la marge :* Correcta ; et n° 28, fol. XLVIII v° - L r°. *A la marge :* Correcta. — Doat, 134, fol. 75-78. — Nous donnons le texte du n° 28.

Digitized by Google

trorum donamus, laudamus, cedimus et concedimus in perpetuum vobis D., dompno et preceptori Hospitalis de Altobraco, et fratribus et conventui ejusdem loci et successoribus vestris, nomine ipsius Hospitalis, ut in pascuis, que sunt in honore et in mandamento castri de Caniliaco et castri de Sancto Urcissio et in omnibus aliis pascuis, quascumque et ubicumque eas habemus vel aliquis nomine nostro vel pro nobis, quod in hiis omnibus peccora omnia et animalia et singula cujuscumque generis sint ejusdem Hospitalis et pastorum et servientum suorum possint pasci et liceat eis pascere ad voluntatem suam et ibidem herbis, aquis et nemoribus uti libere et quiete absque ullo precio vel mercede, ita quod nos vel aliquis nostrum vel aliqui[s] nomine nostro non possit aliquo modo a vobis vel a vestris ocasione predictarum herbarum, nemorum vel aquarum aliquid petere vel quolibet modo aliquid extorquere, set vos et vestros et vestra bona fide in predictis foveamus, defendamus et servenus pro nostris viribus liberos et indempnes, ita tamen quod si nos vel aliquis nostrum vel successorum nostrorum locaverimus dicta pascua vel [h]erbas aliquibus aliis, tam vos et vestri quam illi utamini et possint uti eisdem comuniter libere et quiete, ita quod hii vel illi non debent alios expellere de predictis. — *Item* eodem modo donamus et laudamus, cedimus et concedimus dicto Hospitali et vobis pro ipso recipienti in helemozinam quod si a feudatariis nostris cujuscumque terre poteritis terras, posseciones vel census aut jura aliqua ex causa donationis vel legati vel emptionis vel conductionis vel locationis vel emphytheosis vel pignoris seu quolibet alio modo adquirere nomine predicti Hospitalis, quod hoc vobis liceat facere de voluntate, assensu et concessione nostra et sic adquisita perpetuo possidere ; salvo tamen jure nostro in hoc ad quod ille vel illi feudatarii nostri tenebantur nobis facere, ad quod predictum Hospitale et dompnus, qui pro tempore erit, nobis et nostris pariter tenebuntur, salvo tamen ordine suo in omnibus et regula sua et honestate inviolabiliter conservanda. — *Item* laudamus vobis et predicto

Digitized by Google

Hospitali et concedimus et corroboramus et in perpetuum confirmamus per nos et per nostros omnes donationes olim factas Hospitali predicto per dominam Biatricem, aviam meam, [sci]licet mei D. de Canilhac et per dominam comitissam [1], matrem meam, scilicet mei D. de Canilhac et a me ipso D. de Canilhac, auctoritate patris mei D. de Caslucio, et a nostris hominibus vel feudatariis nostris seu suis, sicut est ex parte mea D. de Canilhac pro castro de Canilhac, et ab alia parte nomine uxoris mee pro castro de Sancto Urcissio ; quas donationes factas eidem Hospitali per dominum Poncium de Sancto Urcissio, patrem meum, scilicet Melher, vel per suos taliter confirmamus et eas valere volumus factas tam per nos quam per omnes antecessores nostros, ut omnes donationes hujusmodi seu donata predictum Hospitale possit perpetuo possidere. — Quas omnes donationes supradictas tam per nos quam per antecessores nostros factas dicto Hospitali promitimus nos ambo predicti conjuges per stipulationem vobis D., dompno seu preceptori dicti Hospitalis, sub obligatione omnium bonorum nostrorum nos eas semper et in perpetuum ratas et firmas habere et tenere et contra non venire ullo loco vel tempore, aliqua juris vel facti subtilitate vel aliqua ratione, unde renunciamus... [*suivent les formules de droit de l'acte précédent*]. — Acta fuerunt hec als Ermals, juxta ecclesiam. — Testes fuerunt vocati et rogati : Raols de Moriers, Uc Morre capellanus, R. Hugo, P. de Doalon, Willermus Andrieus, Guillerm[us] Lobieira, Guillerm[us] de Mon Ferran, Guillerm[us] Monrodat, Carbonieira, na Saura, na Laura, P. Alari, Mercier, P. Latier, R. Blanc, n'Andrieu.

Cui [2] carte seu litere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio impressa imago cujusdam canis, in cujus circumferentia erant tales littere : † *S. Deodati de Canilhaco.*

1. V. p. 46, note 1.
2 Ce qui suit est tiré de Doat.

Digitized by Google

36.

1245, octobre. Aubrac. — *Donation et confirmation faites par Raymond de Saint-Urcize, à Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, de possessions et de droits dans le mandement de Saint-Urcize* [1].

Anno Domini M° CC° XLV°, mense octobris, coram testibus infra scriptis. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Raimundus de Sancto Ursisio [2], non deceptus vel coactus set gratis et spontanea voluntate, per me et per omnes successores meos, bona fide et sine omni dolo, pro remedio anime mee et parentum meorum et antecessorum et successorum meorum dono, laudo, cedo et concedo in perpetuum vobis Duranto, dompno et preceptori Hospitalis de Altobracho, et fratribus et conventui ejusdem loci et successoribus vestris, nomine ipsius Hospitalis, ut in pascuis que sunt in honore et in mandamento castri de Sancto Ursisio et in omnibus aliis pascuis, quecumque et ubicumque ea habeo vel aliquis nomine meo vel pro me, quod in his omnibus peccora omnia et animalia et singula cujuscumque generis sint ejusdem Hospitalis et pastorum et servientum suorum possint pasci et liceat eis pascere ad voluntatem suam et ibidem herbis, aquis et nemoribus uti libere et quiete absque ullo precio vel mercede, ita quod ego vel aliquis nomine meo non possit aliquo modo a vobis vel a vestris occasione predictarum herbarum, nemorum et aquarum aliquid petere vel quolibet modo aliquid extorquere, set vos et vestros et vestra bona fide in predictis foveamus, defendamus et servemus pro nostris viribus liberos et indemnes, ita tamen quod si ego vel aliquis successorum meorum locaverimus dicta pascua vel herbas aliquibus aliis, tam vos et vestri quam illi utamini et possitis uti eisdem communiter et quiete et libere, ita quod hii vel illi non debent alios expellere de predictis. — *Item* eodem modo dono et laudo, cedo et concedo dicto Hospitali et vobis pro ipso recipienti in elemosinam quod

1. Doat, 134, fol. 86-89, copie d'après la grosse originale ; fol. 83-85, autre copie.
2. Cf. C. Felgères, *op. cit.*, p. 31.

Digitized by Google

si a feudatariis nostris cujuscumque terre poteritis terras vel possessiones vel census aut jura aliqua ex causa donationis vel legati vel emptionis vel conductionis vel locationis vel emphiteosis vel pignoris seu quolibet alio modo acquirere, predicti Hospitalis nomine, quod hoc vobis liceat facere de voluntate, assensu et concessione nostra et sic acquisita perpetuo possidere ; salvo tamen jure nostro in hoc ad quod ille vel illi feudatarii mei michi facere tenebantur, ad quod predictum Hospitale et dompnus, qui pro tempore erit, michi et meis pariter tenebuntur, salvo tamen ordine suo in omnibus et regula sua et honestate inviolabiliter conservanda. — *Item* laudo vobis et predicto Hospitali et concedo, corroboro et in perpetuum confirmo per me et per meos omnes donationes olim factas Hospitali predicto per patrem meum, scilicet Rodbertum de Sancto Ursisio, et per avum meum dominum Bompar et a nostris hominibus vel feudatariis meis ; quas donationes factas eidem Hospitali per dictos patrem et avum taliter confirmo et eas valere volo factas tam per me quam per omnes antecessores meos, ut omnes donationes hujus[modi] seu donata predictum Hospitale possit perpetuo possidere. — Quas omnes donationes supradictas tam per me quam per antecessores meos factas dicto Hospitali promitto per stipulationem vobis Duranto, dompno seu preceptori dicti Hospitalis, sub obligatione omnium bonorum meorum vobis semper et in perpetuum ratas et firmas habere et tenere et contra non venire ullo loco vel tempore, aliqua juris vel facti subtilitate vel aliqua ratione, unde renuntio specialiter illi legi... [*ut supra p. 57*]. — *Item* ego confiteor et in veritate recognosco me esse majorem XX^ti^ V° annis, unde ad majorem cauthelam specialiter renuncio beneficio minoris etatis et in integrum restitutionis. — *Item* et ego renuncio omni juri scripto... [*ut supra p. 57*] et hanc presentem cartam cum sigilli mei munimine facio roborari. — Actum apud Hospitale predictum, in presentia testium infrascriptorum qui interfuerunt vocati ad hoc et rogati: Pontius dels Sallens monachus, Bardo, Petrus Revellachas, Stephanus Blancs cellararius, Peyrolas, Johannes de Podavigna, Petrus de la Pojada capellanus.

Digitized by Google

Cui carte seu litere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio imago ursi impressa, in cujus circunferentia erant tales litere : † *S. R. Sancti Urcitii.*

37.

1246, 26 avril. Rodez. — *Lettres de sauvegarde accordées à l'Hôpital d'Aubrac par Raymond VII, comte de Toulouse* [1].

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos Raymundus, Dei gratia comes Tholose, marchio Provincie, religiosas domos defendere volumus, ut debemus, et illas specialiter in quibus exercentur opera caritatis. Quoniam igitur domui Hospitalis de Altobraco tam in religione quam in operibus caritatis laudabile testimonium perhibetur, dictam domum, fratres, servientes et colonos ejusdem domus cum omnibus bonis mobilibus seu immobilibus, bestiis et omnibus pertinentiis ejusdem domus per nos et per omnes fideles nostros sub nostre protectionis guidagio et conductu, universis fidelibus nostris districte precipiendo mandantes quatenus dictam domum in personis vel rebus offendere non presumant vel in aliquo molestare ; bailivis nostris insuper dantes firmiter in mandatis ut prefatam domum defendant et eam non permittant aliquatenus molestari. — In cujus rei testimonium presentes litteras fecimus sigilli nostri munimine roborari. — Datum Ruthene, VI kalendas maii, anno Domini M°CC°XLVI°.

38.

1246, 25 mai. Millau. — *Donation de deux pièces de terre à Durand Grimaldi, domp d'Aubrac, par Bertrand Roca, bailli du comte de Toulouse à Millau* [2].

Cunctis sit manifestum quod nos Bertrandus Roca, bajulus Amilhavi et etiam Ruthenensis diocesis pro domino comite Tolosano, nomine et mandato supradicti domini comitis, donamus in perpetuum tibi Duranto Grimaldi, domno et preceptori domus Hospitalis de Altobracho, nomine ipsius Hospitalis recipienti, et omnibus suc-

1. Doat 134, fol. 90-91, copie d'après l'original.
2. Doat, 134, fol. 95-96, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

cessoribus vestris, duas petias terre ad vineas plantandas : quarum tenet una a rivo de Galason usque ad fazendam R. de Sablo et a carreria publica usque ad vineam Vincentii Nigri ; et alia pecia confrontatur ex duabus partibus cum fazenda D. Delcros et tenet a carraireta, que tendit versus lo vinnier del Cresi usque ad vineam B. Cabannerii. — *Item* donamus tibi dicto Duranto, nomine et mandato predicti domini comitis, albergum quod dictus dominus comes in dictis duabus petiis et etiam quartum quod ibi in dictis duabus petiis terre habebat, quod albergum erat duarum partium de V. cavallers. — Ad hoc nos Durantus Grimaldi, domnus et preceptor dicti Hospitalis, pro nobis et successoribus nostris in perpetuum, promittimus vobis domino Bertrando de Roca, stipulanti et recipienti pro domino comite supradicto, pro istis et pro aliis beneficiis domui nostre a dicto domino comite collatis, tenere quendam sacerdotem qui assidue oret et cantet missas pro ipso domino comite et pro antecessoribus et etiam successoribus suis, in perpetuum, ad altare beate Marie Magdalene. — Actum in curia Amiliavi domini comitis supradicti, anno Domini M°CC°XLVI°, VIII° kalendas junii. — Testes rogati : Alamanus, P. Alamanni, R. de Vilareto, Bertrandus de Comballeriis, isti quatuor consules Amiliavi, D. Andree archipresbyter, S. Ade, W. Duranti, W. Arnaldi jurisperitus, D. Ros, Austor, Ugo Amirat et ego Willelmus [*un blanc*], publicus notarius Amiliavensis, qui rogatus a partibus hanc presentem cartam scripsi et signavi. — [*Seing, manuel du notaire*]. — Et ad majorem firmitatem hujus rei, nôs supradicti Bertrandus Roca et Durantus Grimaldi hanc presentem cartam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

39.

1246, 8 juin. — *Transaction passée entre le seigneur de Canillac et l'Hôpital d'Aubrac au sujet des Hermaux et des pacages de Gréseilhs* [1].

Anno Dominice incarnationis M° CC° XLVI°, octava die

1. Doat, 134, fol. 92-94.

Digitized by Google

intrante junio. Notum sit omnibus quod super controversia, quam habebat dominus Canilhac cum Hospitali de Altobracho super hoc castri dels Hermals et pertinentiis ejus et super discordia finium seu bolarum et terminorum de pascuis montanhe dels Greseilhs et circa, compromiserunt partes in dominum Guillermun de Salis militem et Stephanum Album, cellararium Hospitalis, sub hac forma : Dompnus seu preceptor Hospitalis de Altobracho, de consensu et voluntate sui conventus, juravit et promisit sub pena M. solidorum Turonensium stare et observare et non contra venire quidquid predicti duo, scilicet dominus Guillermus et dominus Stephanus, dicent, ordinabunt seu statuent super premissis inter eos, et ea faciet a parte Hospitalis in perpetuum observare, renunciando suo juri et omni legum auxilio civili et canonico, generali et speciali vel specialiter illi autentico quod incipit : *Decernit.* Dominus vero Canilhac juravit similiter observare et tenere per se et per suos numquam contra dictum arbitrium venire. Et hec omnia promiserunt ambo sub pena M. solidorun Turonensium si aliquis illorum contra dictum compromissum veniret, et quod quilibet dictorum arbitrum posset a parte non observanti dictam penam dare alteri parti et compromissum servanti. Promissit etiam dominus Bernardus de Senaret quod si dictus Canilhac veniret contra dictum dictorum arbitrum sub pena duo M. solidorum Podiensium, quos daret dictis dominis arbitris et staret pro summa predicta voluntati eorum ; promisit insuper Bernardus Sancti Stephani M. solidos Podiensium dictis arbitris si dominus Canilhac veniret contra dictum compromissum, quod absit. — Qui dicti arbitri taliter arbitrium suum protulerunt : quod dictus Canilhac haberet pacifice et quiete in perpetuum a rivo descendenti de Cantacogul, qui transit juxta sanham ecclesie dels Hermals et intrat es Sanha negra, et ita sicut dicti arbitri, scilicet dominus Guillermus et Stephanus Albus, metas posuerunt, et ab alia parte sicut Merceirs et Stephanus Bertrans dixerunt vel posuerunt, haberet et possideret quiete et pacifice herbas, pascua usque als Hermals, sine aliqua contradictione ; et

Digitized by Google

dompnus seu preceptor Hospitalis habeat et possideat in perpetuum quiete et pacifice omnes herbas et pascua, que sunt citra dictum rivum usque ad Hospitale predictum. — Dixerunt etiam dicti arbitri quod Canilhac quittaret et daret amore Dei IV. solidos, quos habebat in manso del Broilhet. — Dixerunt etiam dicti arbitri quod Canilhac posset redimere, quando voluerit, los Hermals. — Dixerunt etiam dicti arbitri quod si aliqua questio nasceretur inter dictos, scilicet dompnum et Canilhac, super premissis, decideretur per dictos arbitros et crederetur dictis eorum. Et hec omnia supradicta pronuntiaverunt dicti arbitri sub pena premissa et juramento ab utraque parte prestito rata et firma tenere in perpetuum ; et, ut presens scriptum robur obtineat perpetue firmitatis, dictus Canilhac et dompnus sigillis suis fecerunt communiri. — Actum hoc fuit in presentia domini Bernardi de Senaret et Bernardi Sancti Stephani et Guillermi Stephani ?, Uc Peletz, Raimundi Telhet, Stephani Mathei, Girmo Mercer, Raimundi Vesiat, Geraldi Salvet, Petri Gralh, Fizet, Geraldi Larger, Petri Larger Abauzit, Guillermi Andreu, Bernardi de Robanilhas presbiteri, Guillermi de Pradas, Petri de Peirolas, Petri Alsens, Deodati Mancip et plures alii.

Que carta seu littera erat divisa per alphabetum a parte superiori, cui erat etiam sigillum cereum appensum, in quo erat in medio impressa imago canis, in cujus circunferentia erant tales littere : † *S. Daude de Canilhac.*

40.

1246, [28 juillet ?]. Marvejols. — *Bail à fief par Astorg de Peyre du mas de Puechal, dans la paroisse de Saint-Laurent de Muret* [1].

In nomine Domini. Amen. Anno Ejusdem M°.CC°XL\ I°' et die sabbati, in festo sanctorum Nazarii et Sergii martirum.

1. *Arch. départ. de la Lozère*, H. (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 19 r° ; 440, reg., fol. XIIII r°. — Le registre 439 contient 39 copies d'actes faites au XVII° s. et signées par Tibbaldi, Delsherms et Ribayrolis, notaires expéditionnaires, ou par Simond, Aldini, Boet et Boyssonade, notaires recevants. Les actes copiés sont compris entre les années 1246 et 1608. Le reg. 439 contient encore une copie de la transaction du 14 octobre 1331, une consultation concernant les défrichés, une estimation de biens situés dans les communes de Ribènes, Saint-Denis, Laubies,

Digitized by Google

Notum sit omnibus hominibus presens scriptum audientibus quod ego Astorgius de Petra, non inductus aliqua fraude vel ingenio, set mea et spontanea voluntate dono et concedo atque trado domui Hospitalis Beate Marie de Altobraco et tibi Raymundo Fabri, hospitalerio domus Hospitalis de Marologio, nomine ejusdem dicte domus, omne jus et rationem quod habeo vel habere credo in manso de Puechal et in pertinentiis dicti mansi ; qui mansus confrontatur cum rivo d'Appione et cum prato vocato del Postel et cum territorio de la Vaysseria et cum terris meis et terris de Salcop et cum via pretendente le Bonalberco versus crucem dels Clausels et aliis suis confrontationibus, ad accapitum in perpetuum, retinens insuper unam gallinam nomine census et XX. solidos [nomine] accapiti, quos confiteor habuisse et recepisse a te supradicto Raymundo nomine Hospitalis, renuncians omni exceptioni non numerate pecunie et omni auxilio juris civilis et canonici, majoris pretii et minoris etatis. Ad majorem autem firmitatem, ego Astorgius supradictus dono tibi supradicto Raymundo, nomine dicte domus Hospitalis ejusdem et successoribus tuis presentes litteras in perpetuum valituras, proprio sigillo confirmatas. — Actum apud Marologium, in carreria publica, inter domum Castelli et domum Galteri, in presentia et testimonio Guillermi de Continac, Jaucellini domicelli, R. del Cambo, Galaberti senioris, P. de Ga, Jo. de Tornio, P. Chastel, S. Aldeg[er]ii, et mei S. Chati, qui *etc*...

41.

1246, [28 juillet ?]. Marvejols. — *Bail à fief par Astorg de Peyre du mas du Rocous, dans la paroisse de Saint-Laurent de Muret* [1].

In nomine Domini. Anno Ejusdem M°CC°XL°VI°, die

Saint-Gal et Saint-Amans (1790) et un registre de quittances féodales consenties à Antoine Jarrousse de Saint-Laurent-de-Muret par les fermiers du chevalier de Valady (1740-1751) et par le représentant du marquis de Roussille (1752-1755.) — Le reg. 440 comprend 37 copies entières et deux parties de copie d'actes, faites au XVII[e] s. (la plupart se trouvent déjà dans le reg. 439). Ces actes sont aussi compris entre 1246 et 1608. Les fol. I-V et les fol. LXVI et suivants manquent.

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 3[v°], copie en forme signée Tibbaldi not., extraite de l'original exhibé par frère Jean Bonal, commandeur de l'hôpital de Marvejols, XVII[e] s.

Digitized by Google

sabbati, in festo [SS.] Nazarii et [Sergii] martirum. Notum sit omnibus... quod ego Astorgius de Petra non inductus... dono et concedo [domui Hospitalis] Beate Marie de Altobraco et tibi Raymundo Fabr[i], hospitalerio domus Hospitalis de Marologio, nomine ejusdem dicte domus, omne jus et rationem quod habeo vel habere credo in manso del Rocoz et in pertinentiis dicti mansi ad acapitum in perpetuum, retinens insuper II. gallos faisanos nomine census annuatim [et] V. solidos accapiti, quos confiteor a te supradicto Raymundo nomine Hospitalis recepisse, renuncians omni exceptioni non numerate pecunie... Ad majorem autem firmitatem ego Astorgius supradictus dono tibi supradicto Raymundo, nomine dicte domus Hospitalis, et ejusdem successoribus presentes litteras in perpetuum valituras, proprio sigillo confirmatas. — Actum apud Marologium, in carreria publica, inter domum Pe. Castelli et domum Galterii, in presencia et testimonio Guilhermi de Guontinac et J. Jaucelini domicelli, Raymundi del Chambo, Galaberti senioris et Galterii minoris, Maimardi et P. de Ga, Jo. de Termo, P. Sinili, Bongni Gilli, P. Chastel, S. Aldig[er]ii Petri et mei S. Chati, qui *etc.*

42.

1246, août. — *Donation et confirmation faites par Gérald Revelhaca à Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, de possessions et de droits dans le mandement de Saint-Urcize* [1].

Anno Domini M° CC° XLVI°, mense augusti. Noverint presentes et futuri quod ego Geraldus Revelhaca [2], non deceptus vel coactus set gratis et spontanea voluntate, per me et per meos successores, bona fide et sine omni dolo, pro remedio ac salute anime mee et parentum meorum et antecessorum et successorum meorum, dono, laudo et cedo et concedo in perpetuum vobis Duranto, dompno et preceptori Hospitalis de Altobracho, et fratribus et conventui ejusdem loci et successoribus vestris, nomine ipsius Hospitalis, tertiam partem de Chalm sobei-

1. Doat 134, fol. 97-99.
2. Cf. C. Felgères, *op. cit.* p. 31.

Digitized by Google

ros cum omnibus juribus et pertinentiis, que ibi habebam vel videbar habere, et ut in pascuis, que habebam in honore et in mandamento castri de Sancto Urcitio, peccora omnia et animalia et singula cujuscumque generis sint Hospitalis predicti et pastorum et servientum suorum possint pasci et liceat eis pascere ad voluntatem suam, et ibidem herbis, aquis et nemoribus uti libere et quiete absque ullo pretio vel mercede, ita quod ego vel aliquis nomine meo non possit aliquo modo a vobis vel a vestris occasione predictarum herbarum, nemorum vel aquarum aliquid petere vel quolibet modo aliquid extorquere, set vos et vestros et vestra bona fide in predictis foveamus, deffendamus et servemus pro nostris viribus liberos et indempnes ; ita tamen quod, si ego vel successores mei locaverimus dicta pascua vel herbas aliquibus aliis, tam vos et vestri quam illi utamini et possitis uti eisdem communiter libere et quiete, ita quod hi vel illi non debent alios expellere de predictis. — *Item* et eodem modo dono, laudo, cedo et concedo dicto Hospitali et vobis pro ipso recipienti in helemosinam quod si a feudatariis vel hominibus meis poteritis terras vel possessiones vel census aut jura aliqua ex causa donationis vel legati vel emptionis vel conductionis vel locationis vel emphiteosis vel pignoris vel quolibet alio modo acquirere nomine predicti Hospitalis, quod hoc vobis liceat facere de voluntate, assensu et concessione mea et sic acquisita perpetuo possidere. — *Item* laudo vobis predicto Hospitali et concedo et corroboro et in perpetuum confirmo per me et per omnes meos omnes donationes olim factas eidem Hospitali per Falconem Revelhaca et per dominam Blaviam, avos meos, vel alios antecessores meos vel faciendas per successores meos, et etiam factas per homines meos et feudatarios, quas donationes factas dicto Hospitali valere volo ut eas seu donata predictum Hospitale possit perpetuo possidere ; promitto etiam vobis predicto dompno per stipulationem sub obligatione omnium bonorum meorum me eas donationes in perpetuum ratas et firmas habere et tenere et contra non venire ullo loco

Digitized by Google

vel tempore, aliqua juris vel facti subtilitate vel aliqua ratione. — *Item* et eodem modo dono et concedo in perpetuum dicto Hospitali et vobis dicto dompno, pro ipso recipienti, omnia bona et jura que habebam vel habere debebam vel videbar habere a rivo de Chamboleich versus dictum Hospitale, ubicumque sint vel quecumque sint, sive omni retenemento a dicto Hospitali perpetuo, quiete et pacifice plenarie possidenda ; unde renuncio specialiter illi legi... [*ut supra p. 57*] ; item renuncio in hoc facto omni juri scripto... [*ut supra p. 57*] et... omnia supradicta... promitto per me et per meos inviolabiliter observare, si Deus me adjuvet et sancta Dei evangelia a me corporaliter tacta. — Et nos Bertrandus et Stephanus Revilhacha, fratres predicti Geraldi, universa predicta et singula rata et grata habentes, ipsa promittentes nos perpetuo integre et fideliter conservare et contra aliquatenus non venire, si Deus nos adjuvet et sancta Dei evangelia a nobis corporaliter tacta. — Testes : Bernardus de Robanilhas, Petrus de Peiraficha, Petrus Blancs, Stephanus Blancs, Pontius de Pradis, Petrus Peirolas, Huc Rotavolp, Petrus Revilhaca. — Et Hugo Revilhaca, frater dicti Geraldi Revilhacha et frater Hospitalis predicti, concessit, laudavit omnia supradicta. — Et ego Geraldus Revilhacha memoratus ad majorem firmitatem et testimonium predictorum presentem paginam sigilli mei munimine roboravi.

Cui carte seu littere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio imago vasi impressa, in cujus circunferentia erant tales littere : † *Sigillum Geraldi Revilhaca.*

43.

1246, 10 octobre. Les Rives. — *Transaction passée entre G. de Peyre et Gérald, son fils, d'une part, et Durand Grimal, domp d'Aubrac, au sujet du mas de Poltilhac* [1].

Noscant omnes presentes et venturi quod contentio et querela, que erat inter dominum G. de Petra et Geraldum, filium ejus, ex una parte et Durantum Grimal, preceptorem et dompnum domus Altibracci, nomine ejusdem

1. Doat 134, fol. 60-61, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

domus ex altera, per Artallum Merulam militem, et per Guillelmum Cruveller presbiterum, arbitros a partibus communiter electos, per amicabilem compositionem in modum infra scriptum finem accepit. Petebant siquidem supradicti dominus G. de Petra et ejus filius mansum de Poltilac, dicentes et asserentes ipsum ad se pertinere ; que omnia predictus Durantus et conventus dicte domus penitus denegabant. — Tandem prescripti arbitri seu arbitratores dixerunt et componendo recitaverunt et sub pena D. solidorum Podiensium a partibus promissa et stipulata observari in perpetuum preceperunt, videlicet : quod idem dominus G. de Petra et G., ejus filius, si qua jura in dicto manso habere poterant seu debebant predicte domui d'Albrac et predicto Duranto, preceptori ejusdem, cederent penitus et dimitterent ; et quod idem Durantus nomine suo et nomine domus sue daret ipsis XX^ti^ libras Podiensium. Hanc autem compositionem, a predictis arbitris factam et recitatam, ambe partes laudaverunt et ratam habuerunt et ita sub sacramento corporaliter predicti dominus G. de Petra et G., ejusdem filius, prestito, in perpetuum per se et per omnes successores suos observari firmiter promiserunt. — Actum apud Las Ribas, anno incarnationis Domini M° CC° XLVI°, idus octobris, in presentia Armoini, militis de Monte Rotato, Armoini, filii ejus, P. Merle, Bernard[i] de Robanilas, Bernard[i] Fabre, fratrum dicte domus, et Stephani Pepi presbiteri et mei Bertrandi de Gredona, publici notarii domini regis, qui mandato partium presentem cartam scripsi et subscripsi, signum apponens et bullam. — [*Seing manuel du notaire*].

44.

1246, [lundi..... ?]. Marvejols. — *Bail à fief par Astorg de Peyre des mas de Gratapailha, de Rodetta et de Boscrovia* [1].

In nomine Domini. Anno Ejusdem M° CC° XLVI° et feria secunda, in festo sanctorum Juliani et Basilisse mar-

1. *Arch. départ. de la Lozère*, H. (Hôpital de Marvejols) 439, registre, fol. 30 r°, copie en forme signée Ribayrolis, notaire et commissaire du Parlement de Toulouse « ez requestes » et extraite de son original « treuvé dans ung livre des archifz

Digitized by Google

tirum. Notum sit omnibus hominibus presens scriptum audientibus quod ego Astorgius de Petra, non inductus aliqua fraude vel ingenio, set mea et spontanea voluntate dono et concedo atque trado domui Hospitalis Beate Marie de Altobraco et tibi Raymundo Fabri, hospitalerio domus Hospitalis de Marologio, nomine ejusdem dicte domus, omne jus et rationem quod habeo vel habere credo in mansis de Gratapailha, de Rodetta et Boscrovia et pertinentiis dictorum mansorum, ad accapitum in perpetuum, retinens insuper unam gallinam nomine census annuatim et XX. solidos accapiti, quos confiteor a te supradicto Raymundo, nomine Hospitalis, habuisse et recepisse, renuncians omni exceptioni non numerate pecunie et omni auxilio juris civilis et canonici, majoris pretii et minoris etatis. Ad majorem autem firmitatem ego supradictus Artorgius dono tibi supradicto Raymundo, nomine dicte domus Hospitalis, et ejusdem successoribus presentes litteras in perpetuum valituras, proprio sigillo confirmatas. — In cujus testimonio testes fuerunt vocati : R. Boscueris, R. Lespaseri loconi ?, S. Nellus, Jo. Andreas, R. Ducerii, P. Diveti, G. de Volmonieyra, R. Pojos, R. de Chasolz, B. Beyres, J. Cailar, P. Fabri, Amans... Et ego S. Chati, qui *etc*...

45.

1246, [lundi... ?]. Marvejols. — *Bail à fief par Astorg de Peyre de tous ses droits sur le mas de Gratapailha* [1].

In nomine Domini. Anno Ejusdem M° CC° XL° VI°, feria II[a], in festo [SS.] Julliani et Basilisse martirum. Notum sit omnibus.. quod ego Astorgius de Petra, non inductus aliqua fraude vel ingenio set mea et spontanea voluntate, dono et concedo atque trado domui Hospitalis Beate Marie de Altobraco et tibi Raymundo Fabr[i], hospitalerio domus hospitalis de Marologio, nomine ejusdem dicte do-

du sainct Hospital et couvent Nostre-Dame d'Albrac, couvert de rouge » exhibé et retiré par Jean Mazier prêtre, religieux et sindic des autres « Messieurs relligieulx dud. Albrac », le 2 juin 1667. — 440, registre, fol. XVII r°, copie informe papier.

1. *Arch. départ. de la Lozère*, H. (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 2 v°, copie en forme signée Tibbaldi notaire, extraite de son original exhibé par frère Jean Bonal, commandeur de l'hôpital de Marvejols, XVII[e] s.

Digitized by Google

mus, omne jus et rationem quod habeo vel habere credo in manso de Gratapailha et in pertinentiis dicti mansi ad accapitum in perpetuum, retinens insuper unam gallinam ratione census annuatim et XX. solidos accapiti, quos confiteor a te supradicto Raymundo, nomine Hospitalis, habuisse et recepisse, renuntians omni exeptioni non numerate pecunie et omni auxilio juris civilis et canonici, majoris pretii et minoris etatis. Ad majorem autem firmitatem ego supradictus Astorgius dono tibi supradicto Raymundo, nomine dicte domus Hospitalis, et ejusdem successoribus presentes litteras in perpetuum valituras, pro-[prio] sigillo confirmatas. — In cujus rei testimonio testes fuerunt vocati : R. Boscueyriis, R. Lespaserii loconi ?, S. Nellus, Jo. Andreas, R. Ducerii, P. Diveti, G. de Volmonieyra, R. Pojos, R. de Chasolz, B. Beyres, Jo. Cairaler, P. Fabri, Amand... et ego S. Chati, qui *etc...*

46.

1247, 1er mai, Peyre. — *Donation du Mas Comtal par Gui de Cerveria à Durand Grimaldi, domp d'Aubrac, et échange entre ce dernier et Bételh du susdit Mas Comtal contre partie du mas d'Escudierettes* [1].

Noscant omnes presentes et venturi quod ego Guido de Cerveria, miles, non deceptus nec coactus set mera et propria voluntate mea, pro anima mea et pro redemptione peccatorum meorum et pro elemosina, dono, cedo et concedo pura donatione inter vivos tibi Duranto Grimal, dompno et rectori domus Altibraci, nomine dicte domus recipienti, feudum mansi Comitalis appellati : qui mansus est el Saniga et in parrochia ecclesie de Rieutort, cum omnibus iuribus et servitutibus ad dictum feudum pertinentibus ; et volo et precipio quod predicta donatio tibi et domui predicte rata atque firma permaneat et de ea particulariter et universaliter pro voluntate tua disponas, sicut de aliis propriis rebus dicte domus, te ejus nomine dicte domus procuratorem facio in rem vestram, sub sacramento a me corporaliter prestito, tibi dicto Du-

1. Doat 134, fol. 58-59.

Digitized by Google

ranto, nomine dicte domus stipulanti, firmiter promittens quod contra predictam donationem nunquam veniam aliquo jure vel aliqua ratione neque aliquis successor meus meo consilio neque meo nomine vel mandato. — *Item* in continenti ego prescriptus Durantus, inspecta et intellecta utilitate predicte nostre domus Altibrachi, habito etiam super hoc prudentum virorum consilio et fratrum omnium dicte domus, prescriptum feudum del Saltigua tibi Betelho et uxori tue, Finas nomine, et vestris perpetuo successoribus promitto et ex causa concambii dono, cedo et concedo pro medietate alodii et feudi mansi Escudairetas appellati, qui mansus est in parrochia ecclesie de Nabinals, per stipulationem, sub obligatione omnium bonorum dicte domus, vobis stipulantibus ego predictus Durantus firmiter promittens quod contra dictam permutationem, cessionem et concessionem ego nec aliquis successor meus nunquam veniamus. Ego itaque Finas, supradicta uxor de Betelho, et ego Betelhos, vir ejus, nos ambo unanimiter, renuntiantes in hoc facto legi Julie *de fundo dotali* et omni alii legitimo auxilio, predictam permutationem facimus, volumus et laudamus et sub sacramento a nobis corporaliter prestito eam semper per nos et per omnes successores nostros promisimus observandam. — Actum apud Petram, in domo ejusdem Betelho, anno incarnationis Domini M° CC° XL° VII°, kalendas maii, regnante Ludovico rege Francorum, Odilo electo Mimatensi, in presentia et testimonio domini Astorgii de Petra, Astorgii, ejusdem filii, Stephani d'Alborsor presbiteri, Raimundi del Poch sacerdotis, Raimundi de Sancto Curcio, Galdini, Bernardi Castla, Willermi d'Alborsor. Et ego Bertrandus de Gredona, notarius publicus in vicecomitatu de Gredona, his interfui et utrinque rogatus hanc cartam scripsi et subscripsi, signum apponens et bullam.

Cui carte seu littere erat signum appositum et bulla plumbea appensa videlicet similis per omnia proxime superiori [1].

1. V. l'acte n° 49.

Digitized by Google

47.

1247, 7 octobre. La Fage-Saint-Julien. — *Permission donnée à D. Grimal, domp de l'Hôpital d'Aubrac, de faire des acquisitions dans la seigneurie de Garin de Castelnau* [1].

PRIVILEGIUM DOMINI DE ABCHERIO. — Nos Guarinus de Castronovo notum facimus universis presentibus pariter et futuris quod nos, non inductus nec deceptus set nostra mera voluntate, pro helemosina et salute anime nostre et parentum nostrorum, pro nobis et successoribus nostris, in perpetuum concedimus domui seu Hospitali de Altobraco et pauperibus seu fratribus dicte domus et D. Grimal, preceptori dicte domus, nomine suo et ejusdem domus et fratrum recipienti, quidqui[d] ipsi vel successores ipsorum in perpetuum acquiesierint vel acquirere poterint in feudo vel dominio nostro, ubicumque feudum vel dominium habeant, qualicumque vel quocumque titulo acquirere poterint sive legato vel helemosina vel emptione, pignoratione, donatione vel alio quocumque titulo ; hoc salvo quod, si titulo emptionis in predicto feudo nostro vel dominio aliqui[d] acquirerent, debent nobis denominare et denunciare et requirere consensum nostrum. Si vero in territorio de Beireschet vellent vel possent aliquid acquirere, debemus eis concedere et consentire cum dicto tamen domini Bertrandi de Brossadol, militis. Et, sicut superius dictum est, volumus et concedimus per nos et successores nostros quod quidqui[d] in predicto feudo nostro seu dominio de cetero acquisierint habeant et possideant in perpetuum pacifice et quiete et absque ulla molestatione sive inquietatione nostra et nostrorum successorum. Et pro hac concessione et helemosina confitemur et contenti sumus nos habuisse a dicto D., preceptore dicte domus, nomine suo et nomine fratrum dicte domus solvente, XX^{ti} V^{e} libras Podienses, renunciando exeptioni non numerate peccunie vel non recepte et omni alii juri quod nos super hoc in aliquo

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* — H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 21, fol. XLI r°-XLI v°. *A la marge* : correcta ; et n° 40, fol. LXXVII r°-LXXVII v°. — Doat, 134, fol. 101-102.

Digitized by Google

juvare posset et dicte domui et fratribus ejus nocere. Et omnia supradicta attendere et inviolabiliter observare et nunquam contravenire, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, juramus. — In quorum testimonium et ad habendam perpetuam firmitatem presentes litteras, sigillo nostro munitas, eidem preceptori et fratribus dicte domus concedimus in perpetuum valituras. — Actum a la Faja Sanh Jolia, presentibus et ad hoc vocatis testibus : Bertrando de Brossadol milite, Petro de Turlanda [domicello], Guillermo Brugier, S. Blanc, Bertrando de Robanilhas, Guillermo Massalop, Pons Barbarima, fratribus Hospitalis supradicti, in crastinum octabarum sancti Michaelis, anno Domini M° CC° XLVII°.

Cui [1] carte seu litere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio quoddam castrum in quoddam scuto impressum, in cujus circunferentia erant tales litere : † *S. Guari de Castelnou.*

48.

1247, 7 octobre. Termes. — *Transaction passée entre Garin de Castelnau et Durand, domp d'Aubrac, au sujet des mas de Colobrosa, Montpla, Guionenc, La Faja-vielha, La Faja-Montivernos et Garambal* [2].

Noverint universi presentes pariter et futuri quod cum controversia seu contentio esset inter nobilem virum Garinum, dominum de Castronovo, ex una parte, et Durantum, preceptorem Hospitalis de Altobracho, et fratres ejusdem Hospitalis ex altera, super quibusdam juribus et rationibus, que vel quas dictus dominus Garinus asserebat se habere in manso de Colobrosa et de Montpla et in manso Guionenc et de la Faja Velha et de la Faja Montivernos et in manso Garambal ; etiam esset contentio super metis seu terminis dictorum mansorum ; tandem compromiserunt partes pro se et suis successoribus in dominum Bertrandum de Brossadol et dominum Petrum de Sancto Jorio, milites, et magistrum Guillermum Lobeira, prestito hinc inde corporaliter sacramento et sub pena L. librarum Claromontensium a parte parti et arbitris cum

1. Ce qui suit est tiré de Doat.
2. Doat 134, fol. 103-107.

Digitized by Google

solempni stipulatione promissa, promittentes sub prestito juramento et sub predicta pena quod super predictis contentionibus seu controversiis et terminis starent dicto arbitrio seu omnimode dictorum arbitrorum voluntati. — Qui dicti arbitri, auditis hinc inde rationibus et terminis dictarum possessionum diligenter inquisitis et inspectis, finem dicte controversie seu contentioni dederunt ita videlicet pronunciantes : quod omnes dicti mansi et possessiones in perpetuum libere et quiete dicti Hospitalis de Altobracho sint et fratrum dicti Hospitalis, et si dictus dominus Garinus aliquod jus haberet vel habere posset in predictis mansis seu possessionibus, qualecumque vel qualitercumque haberet vel habere posset, totum illud daret per se et suos successores quittaret dicto Hospitali et fratribus de Altobracho in perpetuum pacifice possidendum, pro helemosina et redemptione anime sue et parentum suorum : quod in continenti dictus dominus Garinus fecit ; hoc apposito ab arbitris in dicto arbitrio seu laudo, quod dicti arbitri voluerunt et preceperunt quod dictus dominus Garinus et successores sui in perpetuum haberent forestagium in nemore de La Faja de Montivernos et dictum nemus custodirent, ita videlicet quod fratres Hospitalis de Altobracho et homines et pagesii et nuncii et familie et hominum suorum dicti Hospitalis, ubicumque essent vel habitarent, libere et absque ulla molestatione in perpetuum possent uti, frui de dicto nemore et pro voluntate sua accipere ; similiter et dominus dictus Garinus et homines sui eodem modo de dicto nemore possent uti, frui et accipere pro voluntate sua ; hoc adjecto quod dominus Garinus nec preceptor Hospitalis d'Albrac nec fratres non debent aliquod vendere vel donare de dicto nemore alicui extranco nisi solum hominibus suis, ut dictum est. — Fuit etiam appositum in dicta sententia arbitrorum quod preceptor Hospitalis d'Albrac pascua dictarum possessionum teneretur locare illis quibus dictus dominus Garinus pascua sua de Monte laurat locaret, ita scilicet quod illi, qui haberent pascua dicti domini Guarini, debent quolibet anno conducere pascua dictarum possessionum a preceptore

Digitized by Google

Hospitalis d'Albrac, antequam in illa intrarent vel infra octo dies ex quo intrassent ; et si de pretio dictorum pascuorum discordarent, debent convenire et concordare de dicto pretio per manum cujusdam fratris d'Albrac et alterius illorum, qui pascua conducerent, et tercii quem illi duo eligerent, si soli duo concordare non possent ; quod si infra octo dictos dies ex quo pascua intrassent non fieret, debent illi qui pascua conducerent de dictis pascuis exire et ea relinquere Hospitali ; animalia tamen grangiarum Hospitalis d'Albrac et mansorum supra dictorum, si aliqui dictos mansos investirent vel inhabitarent, debent semper libere et pacifice uti, frui dictis pascuis quicumque ea conduxissent ; si vero Hospitale d'Albrac vellet armenta sua vel cabanas tenere in dictis pascuis, non licet ei hoc facere hinc usque ad viginti annos, set necesse habet ea locare, ut dictum est. Ultra tamen dictos viginti annos potest et armenta sua et cabanas in dictis pascuis tenere et pro voluntate sua eisdem pascuis uti, frui sine omni molestatione et infestatione dicti domini Garini et suorum, hoc salvo quod non debet ea locare alicui nisi illis quibus dominus Garinus locaret sua, si tamen illis essent necessaria vel illis indigerent vel ea conducere vellent, quia si illi qui conducerent pascua domini Garini nollent ea conducere, preceptor dicti Hospitalis potest ea cuicumque vel quibuscumque locare et pro voluntate sua tanquam de re sua facere. — Postea dicti arbitri dictis mansis seu possessionibus terminos seu metas constituerunt et apposuerunt signa tales, videlicet : quod Peyrabruna desobre Colobrosa sit una meta et terminus inter dictas possessiones Hospitalis d'Albrac et terras domini Garini, et sicut ab illa petra directe descendit en la Peyrada de Riufriolos, et sicut ille rivus descendit usque ad rivum desotz lo Poihet, et sicut ille rivus desotz lo Poihet descendit usque ad inferiorem plancam d'Anglars et exinde continuatur et ascendit usque ad aliam metam, que vocatur Rocha Archa, et ab inde usque ad Petram Pudiceira et exinde in Rochacul et exinde usque ad tres petras, que sunt in passu fontis del Pe de Belregard et exinde ad Teulam del

Digitized by Google

pas desobre Beireschet et exinde a la Peyra Cuminal, que est inter mansum d'Issel et mansum de Priondas. — Et ita voluerunt et preceperunt dicti arbitri quod predicte mete et termini semper et in perpetuum dividerent terras Hospitalis d'Albrac et dicti domini Garini et essent mete et termini dictarum possessionum et terrarum ; et infra istas metas a parte terrarum Hospitalis d'Albrac sunt supradicti mansi et dicte possessiones, de quibus erat contentio inter dominum Garinum et preceptorem d'Albrac et super quibus fuerunt predicta pacta et conventiones facte super locandis pascuis illis, quibus dominus Garinus sua locaret. Quibus etiam mansis et pascuis a parte aliarum terrarum Hospitalis d'Albrac dicti arbitri terminos statuerunt, ne super his esset contentio quantum se extenderent quando preceptor Hospitalis locaret ea pascua illis, quibus dominus Garinus locaret sua, tales videlicet : sicut quedam strata sive carrals claudit dictos mansos et eorum pascua des Peyrabruna e passa per Montpla et al tible de Montivernos et al col de Montivernos et intra en la carral que passa justa la garda de Belregart et d'aqui esten si a la Teula del Pas desobre Beireschet. — Postea preceperunt partibus dicti arbitri sub prestito juramento et sub pena supradicta quod omnia predicta pacta et conventiones, sicut superius dicti arbitri in sua sententia protulerant et nominaverant et terminos statuerant, semper tenerent et attenderent et inviolabiliter observarent et nunquam per se vel per alium con[tra] venirent ; que omnia supradicta statim ambe partes semper bona fide attendere et observare et nunquam contra venire ad invicem promiserunt sub pena supradicta et sub debito prestiti juramenti ; et dictum seu sententiam predictorum arbitrorum in continenti laudaverunt et approbaverunt, et in testimonium predictorum et ad habendam perpetuam firmitatem tam dominus Garinus quam dicti arbitri sigilla sua apposuerunt huic carte. — Actum a Tremes, in cimiterio, presentibus vocatis testibus : Geraldo de la Corteta, Bertrando de Blancafort, militibus, Bernardo Fornerii, capellano de Tremes, Bernardo de Robanilhas, Stephano Blanc, Poncio Barbar-

Digitized by Google

rima, fratribus Hospitalis d'Albrac, Willermo Briber, Petro de Turlanda, domicello, et pluribus aliis, die lune post octavas sancti Michaelis anno Domini M°. CC° XLVII°.

Cui carte seu litere erat quoddam sigillum cereum appensum, in quo erat in medio quoddam scutum impressum, in cujus circunferentia erant tales littere : † *S. Gari de Castelnou.* — *Item* et aliud sigillum similiter cereum erat appensum in ea, in quo erat in medio quoddam scutum acutum a parte inferiore impressum, in cujus circumferentia erant tales litere : † *S. Bertran de Brossadol.* — *Item* et aliud sigillum similiter cereum erat appentun in ea, in quo erat in medio quoddam scutum rotundum a parte inferiori impressum, in cujus circunferentia erant tales litere : † *S. P. de Sancto-Jorio* — *Item* et aliud sigillum similiter cereum erat appensam in ea, in quo erat in medio flos lilii impressa, in cujus circunferentia erant tales littere : † *S. W. Lobeira.* Quod sigillum predictum erat propter vetustatem aliquantulum fractum a parte inferiori, set adhuc se tenebat totum in filo in quo pendebat et forma et litere predicte ipsius sigilli bene poterant discerni.

49.

1247, 2 novembre. Saint-Flour. — *Acte par lequel Hugues, évêque de Clermont, tenant la vicomté de Grèzes pour le roi de France, baille à emphythéose le Massibert, à Durand Grimal, domp d'Aubrac* [1].

Notum sit omnibus hanc scripturam audientibus quod nos Ugo, Dei gratia episcopus Claromontensis, tenentes et regentes vicecomitatum de Gredona pro domino Ludovico [IX], illustrissimo rege Francorum, inspecta et intellecta utilitate ejusdem domini regis, damus, cedimus et concedimus ad accapitum sive perpetuam emphiteosim vobis Duranto Grimal, dompno et preceptori domus Altibrachi, nomine ejusdem domus recipienti, alodium mansi lo Massicbert appellati, qui est in parrochia de Chirac, cum omnibus juribus et servitutibus et omnibus pertinentiis ad dictum alodium pertinentibus sub censu annuo unius denarii auri vocati Marbotini ; per stipulationem vobis predicto Duranto nomine dicte domus stipulanti, firmiter promittentes quod, salvo censu

1. Doat 134, fol. 108-109.

Digitized by Google

predicto annuo, contra predictum accapitum numquam veniamus nec aliquis successor noster ; imo renunciamus omni juri scripto vel non scripto, civili vel canonico, promulgato seu promulgando seu consuetudinario quo contra venire possemus. Ad majorem autem firmitatem et faciliorem hujus facti probationem, hanc cartam precepimus fieri per manum Bertrandi de Gredona, notarii publici in vicecomitatu predicto et bulla signoque ipsius confirmari. — Actum apud Sanctum Florem, in estra ?, juxta cimiterium, anno incarnationis Domini M° CC° XLVII°, IV nonas novembris, in presentia et testimonio Aldeberti de Petra, prepositi Mimatensis, Bernardi de Ternes archipresbiteri, Bertrandi Yterii, Bertrandi de Vineto et mei Bertrandi de Gredona, publici notarii domini regis, qui *etc.*

Cui carte erat signum appositum et bulla plumbea appensa, in qua bulla erat ab utraque parte in medio flos lilii impressus, in cujus circunferentia erant ab una parte tales littere : † *Sigillum, Ludovici ;* item et ab alia parte tales videlicet : † *regis Francorum.*

50.

1248, avril. Valcaylès. — *Reconnaissance par Marthe de Bénaven et Henri, son fils, des droits que l'Hôpital d'Aubrac percevait sur une terre sise à St-Chély-d'Aubrac* [1].

Notum sit universis cartam presentem inspecturis quod nos domina Martha de Benaven et nos Adhenricus, filius suus, non decepti nec ab aliquo circumventi set gratis et spontanea voluntate, certi de jure et de facto, confitemur et recognoscimus quod domus Hospitalis de Altobraco habet IX. solidos Ruthenensis monete censuales in quadam apendaria, quam tenuit quondam P. Bertrandi nomine pagesie, que apendaria est in villa sancti Eligii ; et dictos IX. solidos habet et debet habere dicta domus in dicta apendaria nomine legati et helemosine, quam fecit domina Guiamars, mater quondam domini B. de Benaven, eidem Hospitali pro redemptione anime sue, cu-

1. Doat. 134, fol. 110-111, copie d'après la grosse originalle. — Sommaire du même acte coté A, cf. reg. n° 19, fol. 1 r°. Il porte : *Marqua de Benaven.*

Digitized by Google

jus domine erat tunc temporis dicta apendaria. Et quidam homines, qui vocantur li Pelatos, debent solvere de dicto censu annuatim IV. solidos, et P. Cancels II. solidos, et B. Tornaire II. solidos, et B. de Rengart XII. denarios, pro his que omnes predicti tenent in apendaria predicta. — Et nos dicta Martha et dictus Adhenricus promittimus vobis Duranto Grimaldi et juramus super sancta Dei evangelia pro nobis et nostris successoribus quod de cetero permittamus dictum Hospitale et dompnum ejusdem percipere in dicta apendaria dictum censum in perpetuum pacifice et quiete, nec numquam contra veniemus nec aliquis nomine vel ingenio nostro. — Actum apud castrum de Valcastles, mense aprilis, anno Domini M°CC°XLVIII°. — Testes sunt hujus rei : Guirbertus de Benaven miles, et Moysen et Rigaldus Ac ?, domicelli, et Willelmus de Bar et B. de Robanilhas, fratres Hospitalis predicti, et P. de Carlato, maritus dicte Marthe. — In cujus testimonium nos predicta Martha ad perpetuam hujus rei memoriam, de voluntate dicti Ahenrici et mandato, sigillum nostrum apposuimus huic carte.

51.

1250, 14 avril. Marvejols. — *Confirmation faite par Raoul du Roure, bailli de Gévaudan, de la cession faite par Hugues, évêque de Clermont, à l'Hôpital d'Aubrac* [1] *et de plusieurs maisons à Marvejols* [2].

Anno Verbi incarnati M° CC° L°., XVIII° kalendas maii. Ad noticiam perveniat singulorum quod ego Radulphus del Roure, bajulus Gaballitanus pro illustrissimo rege Francie et senescall[o] Bellicadri, nolens alicui injuriam irrogare, inquisita veritate ex testibus fide dignis, quod quondam venerabilis pater dominus Claromontensis episcopus, tenens locum dicti domini regis in vicecomitatu de Gredona, dedit et concessit domui Altibraci in perpetuum alodium mansi Sicberti apellati, retento ibidem domino regi uno denario auri vocati Marbotini, unde ego predictus Radulphus, cognoscens legitime et juste hanc

1. V. l'acte n° 49.
2. Doat, 134, fol. 112-113. — Cf. *Hist. de Languedoc*, IV, 258.

Digitized by Google

donationem seu concessionem esse factam, auctoritate et potestate michi commissa a dicto domino rege et a dicto senescallo, dictam donationem et concessionem ratam habeo, eandem confirmans et approbans dicte domui et tibi Duranto, dompno Altibraci, nomine dicte domus eandem recipienti, volens dictam donationem nunc et in perpetuum valituram. — *Item*, eodem modo quo supra, confirmo et approbo quandam laudationem et confirmationem, quam fecit bajulus quondam venerabilis dicti domini episcopi, sicut in instrumento inde confecto plenarie continetur, scilicet de venditione quarumdam domorum facta dicte domui Altibraci, scilicet a Salvano de Morers ; que domus sunt in villa de Marojolis, confrontantur ex una parte cum domibus Willelmi Vert, ex alia cum orto Willelmi Torchas. — *Item* confirmo et approbo dicte domui et dompnis, qui pro tempore ibi fuerint, quasdam domos in perpetuum possidendas, sicut retroactis temporibus et longissimo tempore, nomine dicte domus possesse fuerunt ; que domus sunt site in castro de Marojolis, scilicet : altera illarum infra muros et altera extra, supra castrum, que vocatur domus Hospitalis de la Clarser (?), et omnia alia que usque modo pacifice possederunt. Et ut predicta majorem habeant firmitatem et ne possit ab aliquibus qui pro domino rege ibi fuerint infirmari, confiteor et recognosco quod universa predicta et singula feci ego predictus bajulus, de consilio et assensu Willelmi de Codolis, judicis generalis, Audardi de Villeriis?, senescalli Bellicadri et Nemausensis, coram quo judice fuit predictorum series et veritas declarata. — In cujus rei testimonium, huic carte confecte per manum Stephani Chat, notarii domini regis in vicecomitatu de Gredona constituti, bullam domini regis apposui. — Actum apud Marojolis, in domo Raimundi Bonal, anno et die quo supra, in presentia et testimonio Raymundi de Sancto Baudilio judicis, fratris Petri de la Pojada, Willermi Cohonuti (?), sacerdotum, Bernardi Fabre et Peyrolas, fratrum dicti Hospitalis, et mei Stephani Chat, publici notarii domini regis in dicto comitatu constituti, utrinque rogatus et vocatus, qui *etc.*

Digitized by Google

Cui erat signum appositum et bulla plumbea appensa, scilicet illa eadem que est superius in alia carta proxime designata, illa eadem dico in [similitudine] [1].

52.

1250, 15 juillet. Mur [-de-Barrès.] — *Transaction entre Hugues IV, comte de Rodez, et Durand, domp d'Aubrac, au sujet de biens situés dans le mandement d'Aurelle* [2].

Clarum et indubitatum sit universis quod controversie vertebantur inter dominum Hugonem, Dei gratia comitem Ruthenensem, ex una parte, et Durantum, dompnum de Altobracho, nomine Hospitalis Altibrachi, ex altera, super quibusdam terris et possessionibus in Altobracho constitutis et, sicut pars domini comitis dicebat, erant in mandamento d'Aurella ; de quibus terris et possessionibus seu questionibus facta fuit compositio per dominum Deodatum de Canilhaco et Dalmacium de Vesino et Moletum de Panosa, et ipsos tres dicte partes constituerunt arbitros seu arbitratores et promiserunt servare et adimplere quidquid per dictos arbitros dictum seu statutum fuerit super premissis, sub vinculo juramenti et sub pena C. marcharun argenti ab ipsis partibus ad invicem stipulata et promissa, sic quod pars inhobediens in parte vel in toto teneatur dare et solvere dictam penam parti obedienti, et, dicta pena soluta, nichilominus ipsum arbitrium maneat in sua firmitate. — Qui dicti arbitri, visis et auditis rationibus utriusque partis et inspectis locis et confinibus dictarum terrarum seu possessionum ad occulum, ita difinierunt et determinaverunt predictas questiones ut infra sequitur, videlicet : quod terre secundum quod protenditur strata vetus illa, que dicitur de La Boleira, usque al Peiro de Chazaletz et a Peirone de Chasaletz usque in summitatem montis, qui est super dictum Peironem, et a summitate montis predicti, prout protenditur crista montis Ville veteris, et a crista dicte Ville veteris usque ad Caslar de La Bossa et plana Sambuchi et plana Bosse et plana del Pendoliu sunt Hospitalis predicti. Et terre, sicut des-

1. V. l'acte n° 49.
2. Doat, 134, fol. 114-115.

Digitized by Google

cendit rivus, qui movetur del Caslar de La Bossa et transit pels Enjhalatz, a parte Aurele sunt dicti comitis et ab alia parte sunt dicti Hospitalis ; et sicut dividitur lo Monteils ab Merdalhac et sicut descendit rivus de Malaura, a parte de Pradas sunt ipsius Hospitalis et ab alia parte predicti comitis. — Et secundum prefatam divisionem seu diffinitionem voluerunt et statuerunt et preceperunt dicti arbitri, sub pena predicti juramenti et sub pena predicta C. marcharum argenti, quod servaretur in perpetuum et quod de cetero sit pax et finis inter predictas partes super predictis terris et possessionibus ; et omnia predicta et singula laudaverunt, confirmaverunt et approbaverunt predicte partes ; et ad omnimodam firmitatem et testimonium omnium predictorum hanc presentem cartam per alphabetum divisam suorum sigillorum munimine roboraverunt. — Actum est apud Murum, anno Domini M° CC° L°, idus julii, in presentia et testimonio Guillermi de Montrodat et Stephani Blanc, magistri Petri Moisset archidiaconi, fratris Guillermi de Cabrelhac presbiteri, fratris Guillermi Massalop presbiteri, Geraldi La Vaisseira, Petri Perri, Willermi Ugonis, Fabri, Durantis Mauri, Willermi de Cuzac laici, Geraldi Jolian, Bernardi Sicardi, judicis domini comitis, magistri Guillermi de Cussac presbiteri, Willermi Aimerici.

Que carta seu littera predicta erat divisa per alphabetum a parte inferiori ; cui etiam erat sigillum cereum appensum, in quo erat impressa in medio imago leonis, in cujus circunferentia sunt tales littere : † *S. Ugonis comitis Ruthenensis.* — *Item* et sigillum similiter cereum dicti Hospitalis erat appensum in ea, cui erat impressa in medio imago cujusdam peregrini tenentis in manu quemdam baculum ; item et quoddam altare erat impressum in eo, in quo erat desuper quedam crux figurata ; in cujus circunferentia sunt tales littere : † *Sigillum Hospitalis domus de Albrac.*

53.

1250, 21 septembre. Plagnes. — *Cession faite par Jordan de Salles, à Durand, domp d'Aubrac, de ses possessions à Chantecoujoul, Mailhebiau et autres lieux* [1].

Noverint universi presentem cartam inspecturi quod nos

1. Doat 134, fol. 117-118.

Digitized by Google

Jordanus de Salis, domicellus, donamus, cedimus et concedimus Deo et Hospitali de Altobracho et vobis Duranto, preceptori seu dompno, nomine ipsius domus, seu fratribus vel conventui predicte domus, quidquid jus habebamus seu habere poteramus in Chantocogul et e Mailhabou ; et cognoscimus et recognoscimus supradictos mansos dedisse ac cessisse a domina Stephana, matre mea, dicto Hospitali. Et nos damus, cedimus et concedimus Deo et predicto Hospitali quidquid jus habebamus vel habere poteramus in medietatem de Comba Felgosa, scilicet alodium ; et recognoscimus quod dictum Hospitale nobis, donatione facta et accepta, dedit XX^ti^ oves et par bovum et XX^ti^ sextaria frumenti et VII. libras Podiensium, de quibus dictum Hospitale nobis satisfecit. Et confitemur et recognoscimus supradicta recepisse et habuisse et predictam donationem seu cessionem ratam et firmam habemus et semper habebimus et per nos et per nostros in perpetuum confirmamus ; et concedimus predicto Hospitali omnia prenominata pacifice possidenda, promittentes, per stipulationem in solidum sub obligatione omnium bonorum nostrorum, omnia supradicta tenere et servare et nunquam aliquo jure contra venire ; et ad majorem utilitatem dicti Hospitalis, supradicta et singula tenere et servare et contra non venire, super sancta Dei evangelia corporaliter tacta juramus. Promittimus etiam supradicta tenere et servare et hanc presentem cartam cum sigilli nostri munimine roboramus. — Acta fuerunt hec juxta portam ecclesie Sancte Fidis de las Planhas. — Testes ad hec vocati et rogati : Willermus Massalopz presbiter, en Nogaretz, Willelmus de Petra, Amoros, Alamanda, Blanchaflors, fratres predicti Hospitalis, Willelmus de Monteferrando domicellus, Pons Rascas, Raymundus de la Cumba. — Actum anno Domini M° CC° L°, mense septembri[s], kalendas XI° octobris.

Cui carte seu litere erat sigillum cereum appensum, in quo erat in medio quoddam scutum impressum in cujus circunferentia erant tales litere : † *S. J. de la Sala.*

Digitized by Google

54.

1250, 30 octobre. Aubrac. — *Transaction passée entre Gaillard, commandeur de La Capelle [-Livron] et Durand, domp de l'Aubrac, au sujet de terrains situés entre Nasbinals, Marchastel, Les Hermaux et le chemin de Marvejols à Marchastel* [1].

Noverint universi presentem scripturam inspecturi quod cum discordia et controversia verteretur vel verti speraretur inter religiosos viros fratrem Gailhardum, preceptorem domus de Cappella militie Templi, Caturcensis dyocesis, et fratres ipsius domus, nomine ipsius domus, ex una parte et fratrem Durantum, dompnum Hospitalis de Altobraco, et fratres ipsius Hospitalis, nomine ipsius Hospitalis, ex altera, super omnibus et singulis controversiis et discordiis et petitionibus, quas dicte partes aliquo modo habebant vel habere poterant inter se ad invicem super possessionibus, terris et pascuis que sunt infra terminos infrascriptos, quas utraque pars asserebat ad se pertinere ratione domus sue, videlicet inter dictum Hospitale et Nabinals et Marcastel et Hermals et stratam, qua itur de Marujol versus Marcastel. — Tandem, post multas rixas et contentiones, compromiserunt dicte partes in nos Guillermum de Pradis, rectorem ecclesie de Mandailhas, tanquam in arbitrum seu arbitratorem sive amicabilem compositorem super omnibus et singulis supradictis, promittens quelibet pars, sub virtute a se prestiti corporaliter juramenti, cum tribus sociis et pena adjecta C. librarum Ruthenensium, quam pars, non servans dictum nostrum laudum vel arbitrium vel voluntatem nostram, tenetur dare servanti, dicto nostro laudo seu arbitrio seu voluntate in suo robore permanente, dictum nostrum laudum seu voluntatem in perpetuum inviolabiliter super premissis omnibus et singulis observare. Fuit etiam cautum in compromisso quod dictum nostrum laudum seu voluntatem possemus quolibet loco et die proferre, partibus presentibus vel non pre-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron* H. Hôpital d'Aubrac, original parchemin avec restes des doubles queues de trois sceaux, coté A. ; original parch. semblable, coté lettre I et n^os^ 10, 12, 14. — Doat, 134, fol. 119-120.

Digitized by Google

sentibus, juris ordine servato vel non servato, stando vel sedendo.

Nos vero, auditis rationibus utriusque partis et diligenter intellectis, habito etiam consilio peritorum, pensata utilitate utriusque partis, propter bonum pacis, dictum nostrum laudum seu arbitrium seu voluntatem protulimus in hunc modum, ita videlicet : quod dictus dompnus et successores sui, nomine predicti Hospitalis, habeant et possideant in perpetuum pacifice et quiete et sine contradictione et molestia dicti preceptoris et successorum suorum vel alicujus, nomine militie Templi, omnia pascua et possessiones et terras, tam in vestitu quam in heremo, integre et sine diminutione, que sunt ab aqua, que vocatur Bez, et a Malo passu, qui est ibi de prope, et a via qua itur a dicto Malo passu, usque ad locum, qui vocatur Duas Sorores [1], et ab ipso loco Duarum Sororum de[s]cendendo directe usque in rivum d'Apio versus Faltre, directo aspectu per landam ibi positam, prout limitatum est per lapides per nos impositos usque ad dictum Hospitale, super omnibus istis et singulis dicto preceptori et successoribus ejus perpetuum silencium imponentes. — Dicimus etiam quod dictus preceptor et successores ejus, nomine militie Templi, habeant et possideant pacifice et quiete in perpetuum et sine contradictione dicti dompni et cujuslibet, nomine dicti Hospitalis, omnes terras et possessiones et pascua, in vestitu et heremo, que sunt a dictis terminis de dicto [2] Malo passu et dicte vie et Duarum Sororum usque in aquam de Bez et rivum Cahonier [3], super hiis dicto dompno et successoribus suis perpetuum silencium imponendo. — Utraque vero pars adhuc in nostra presencia constituta, presentibus etiam multis fratribus utriusque partis, omnia et singula supradicta laudavit, comprobavit et viva voce confirmavit, facientes inter se ad invicem dicte partes pactum de non petendo aliquid super adjudicatis sibi seu assignatis. — Super questione vero que vertebatur inter dictas partes super possessionibus et pascuis parrochie Sancti Andioli, cum plene nobis non

1. Variantes de l'orig. parch. coté n° 10 : *Due Sorores*.— 2. *dicto* manque.— 3. *Caonier*.

Digitized by Google

liqueret, nichil ad presens duximus terminandum. Et tam dictus dompnus quam dictus preceptor, de consilio fratrum suorum, ad majorem firmitatem presentem paginam sigillorum suorum munimine roborarunt. — Actum apud dictum Hospitale, die dominica ante festum Omnium Sanctorum, anno Domini M°CC°L° — Testes : P. de Maurs, R. de Caerci, Arnaldus de Gailhagoz, S. Fornerii, fratres militie Templi, Poncius de Pradis, P. della Pojada, W^us^ Massalop, S. Blans [1], P. Blancs, W^us^ de Bas, P. Reveilhacha, fratres dicti Hospitalis, et multi alii.

Cui [2] carte seu littere erat quoddam sigillum cereum appensum, in quo erat imago cujusdam peregrini tenentis in manu baculum et ad collum suum cornu impressa et quoddam altare cum quadam cruce a parte superiori similiter in eo impressum, in cujus circunferentia sunt tales littere : † *Sigillum Hospitalis domus de Albrac.* — *Item* et aliud sigillum similiter cereum est in ea appensum, in quo est in medio impressum quoddam clocherium cum duabus campanis, in cujus circumferentia sunt tales littere : † *S. Guillelmi de Pradas.* — *Item* et aliud sigillum similiter cereum est in ea appensum, in quo videtur esse impressa in medio imago bovis sive cervi deferentis desuper in squina sua crucem, in cujus circumferentia sunt tales littere : † *S. preceptoris Capelle Templi.*

55.

1252, 14 juillet. Marvejols. — *Donation par Bernard de Cénaret, à Durant, domp d'Aubrac, d'un setier d'avoine et de deux setiers de seigle* [3].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M°CC° LII°, pridie idus julii, indictione IX^a^, Ludovico [IX], rege Francorum, regnante. Noscant presentes et futuri quod ego Bernardus de Cenareto juvenis, bona fide et absque omni fraude et sine aliqua machinatione, non errans, nec invitus, nec circumventus in aliquo set mente spontanea et libero arbitrio et absque conditione et retentione, dono, cedo et concedo in perpetuum Deo et Hospitali Beate Marie de Altobracho et tibi Duranto, dompno

1. Orig. parch. n° 10 : *Blancs.*
2. Ce qui suit est tiré de Doat.
3. Doat 134, fol. 123-124.

Digitized by Google

dicti Hospitalis, et omnibus fratribus et sororibus, qui in eo Hospitali jam sunt vel in futurum fuerint III. sestaria bladi, videlicet : I. avene et II. siliginis, in manso del Vilaret Aimart, in parrochia Sancti Romani de Chirac. Predictam autem donationem, cessionem, concessionem facio, ut supra dicitur, solius Dei pietatis intuitu, meram et puram pro elemosina et salute mea et parentum meorum et amicorum tam pro vivis quam pro defunctis, retento michi et meis heredibus jus et dominium principale ; et dono tibi dicto dompno, fratribus et sororibus dicti Hospitalis in mandatis ut in rerum vobis superius donatarum possessione vestra intretis auctoritate... [*formules de droit*]. — Promitto tibi dicto dompno, sub prestito juramento a me tibi superius facto, quod domina Azemara, uxor mea, predicta omnia approbabit et confirmabit et assensum et aucthoritatem suam et laudimium prebebit et renunciabit specialiter legi Julie *de fundo dotali*, jurejurando ab ipsa prestito. — Acta sunt hec, apud Marojolum, in curia Mercaderii bajuli. — Rogati testes interfuerunt : Raimundus Guisberti, Lordetus miles, Armandedus Dausde, Robert, Stephanus de Sancto Salvatore, Stephanus d'Arbussor, Bertrandus de Charols, et ego Stephanus de Alis, publicus notarius domini regis Francorum in diocesi Mimatensi, *etc*...

Cui carte seu littere erat signum appositum et bulla plumbea appensa videlicet similis per omnia proximis superioribus [1].

56.

1252, 13 novembre. Saint-Chély. — *Attestation donnée au sujet de la sentence arbitrale, réglant le différend existant entre Bégon de Calmont et Durand, domp d'Aubrac* [2].

Anno Dominice incarnationis M° CC° L° II°, idus novembris [3]. Noverint universi presentem paginam inspecturi quod nos Motetus de Panosa et Bernardus de Montusanicis,

1. V. l'acte n° 49.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, original parchemin avec fragments des lacs des deux sceaux, coté lettre B, n°' 24, 96 et Num° VII, liasse XXXIII, titre 3.

3. *On pourrait lire aussi* : M° CC° L°, II° idus novembris. — Cf. l'acte n° 58.

Digitized by Google

milites, unanimiter et concorditer cum Ramundo Berengario de Glesiola, domicello, ut arbitri a partibus electi, fecimus compositionem inter nobilem virum Begonem de Caumon ex una parte, et Durantum, dompnum Hospitalis de Altobracco, nomine dicti Hospitalis ex altera, de consensu dictarum parcium, de questionibus, quas inter se dicte partes habebant, prout dicta compositio continetur in duabus cartis per alphabetum divisis et de dicta compositione fecimus fieri et scribi, cum notarium non haberemus, duas cartas per alphabetum divisas, quarum quelibet incipit post annum et verbum novembris : *Noverint presentem paginam inspecturi*, et finit : *sigillis pendentibus imponendo* ; et dictas cartas dicte partes juramento ab eis prestito corporali et sub pena L. marcharum argenti sibi ad invicem promiserunt sigillare, silicet dictus Bego de Caumon cum sigillo proprio et dictus dompnus cum sigillo predicti Hospitalis. — Et hec acta fuerunt apud Sanctum Elegium, in presentia Aimerici de Capella militis, Ramundi de Marcennac, capellani Sancti Elegii, Guillermi de Pradas capellani, Rotgerii capellani et plurium aliorum, et in presentia nostra et dicti Ramundi Berengarii, qui inter dictas partes composuimus ; et nos duo ad instantiam dicti dompni huic presenti pagine sigilla nostra pendentia apposuimus.

57.

1254, 30 mars. Vimenet. — *Bail à fief d'un pré situé à Vimenet par Durand, domp d'Aubrac* [1].

Anno ab incarnacione Domini M° CC° L° IIII°, mense marcii. Conoguda causa sia alz presenz et alz esdevenidors que aquesta presen carta veirau ne auzirau que nos Duranz, donz del Ospital d'Albrac, a bona fe essas engan et ab cossel et ab cossentimen de fraire P. Azemar cavaller, donam et autorgam adz acapte et ab aquesta presen carta liuram a te P. Teiseire et a ta moler et a tos efanz et a totz tos sucsessors ·I· prat

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettre Q, n° 127 et VII^x IIII^xx VII.

Digitized by Google

que nos aviam el mas de Cuiha, loqals pratz se cofronta daus la una part ab lo flum de l'aiga, ques apellada Cuihia, e daus l'altra part ab lo davandih mas, tot aquest prat sobredih ab sos intrars et ab sos isirs et ab tot aco que al dih saperte nes deu apertener te donam et autorgam per ·VIII· solz de Rodanes, que n'avem autz e resseuputz totz complitz de te P. Teiseire per nom d'acapte, si quenz tenem ben per pagaih, et solvem et clamam quiti del dih acapte e renontiam tientalmen ad xcepcio d'aver no nombrat e de non aut e de non resseuput ; e renoncam a tota lei que recomense de maihor pres, e que non o puoscas vendre a maihor de te ne a menor se no fazias ab voluntat et ab autorgamen delz procuradors del daundih Ospital, et ·XII· den. Rodanes quen deus donar cessalz cadanz a Nadal e vendas se o vendias, de quec sol ·I· den. ; e qui ren ti demandava ne ti amparava, nos prometem ti que ten siam giren a dreh de tot contradizen de part totz los rectors elz procuradors del davandih Ospital. Teste[s] sunt mandati : G. de Faet clerges , Peirolas , Uc Giscartz, D. Brunelz, P. de Camros e Joha[n] e Gi de Camros, fraire del dih P., Joha[n] Teiseire, S. Maurelz, puplicus notaris, qui cartam scripsit per mandamen del daundih don et meum signom posuit. — Factum est oc, die lune post festum Concepcio Beate Marie, el luocs e l'estrada que ieis da Vimenet per ond om s'en va vas Crosetz. — [*Seing manuel du notaire*].

58.

1254, 30 mars. Vimenet. — *Bail à fief par Durand, domp d'Aubrac, du mas de Cuja* [1].

Notum sit omnibus hominibus hanc cartam audientibus quod nos Duranz, donz del Ospital d'Albrac, a bona fe essas engan et em presencia delz seiors preveires e fraires del davandih Ospital, co es asaber : D. Rohbertz, P. de la Poihada, G. de Belluoc, preire, G[u]illems de Bar, P. Azemar,

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie) coté lettre R, n° 111 et VII° LXI. — V. l'acte n° 86.

Digitized by Google

S. Blanc, Peirolas, ab autorgamen et ab bona volunt[at] delz daundihz fraires, nos dihz donz donam et autorgam et ab aquesta presen carta liuram per aras e per totz tems a te P. de Camros et a tos fraires et a vostras mollers et a vostres efanz et a totz vostres sucsessors lo mas de Cuiha a benifizi, loqals mas se cofronta coma daus solel levan ab lo mas de la Borgada e daval ab la apendaria delz Aldebertencs e daus l'altra part ab lo flum de l'aiga, ques apellada Cuiha, e daus l'altra part ab l'afar d'en Raols de Canac; et el davandih mas autorgam te los pratz que nos i avem vistz et asignatz, liqal prat se cofronto ab la diha apendaria delz Aldebertencs e daus l'altra part ab lo dih mas et altre prat ques ten ab lo prat de P. Teiseire; per aqui meteus nos ti autorgam e ti donam ·I· na eminada de terra franca e que fazas ort. Tot aquest mas sobredih te donam et aau[tor]gam a benifizi e que tu dihz P. el teu ne siatz totz tems leial paihes al Ospital d'Albrac, tot en aisi com desobres es dih to donam e to autorgam, acceptat lo prat de P. Teiseire, loqals es el dih mas, per. XL. solz de Rodanes que n'avem autz e resseuputz totz complitz de te, P. de Camros, per nom d'acapte, si quenz en tenem ben per pagaih. E renonciam tientalmen ad exceptio d'aver no nombrat e de non aut e de non resseuput, e renonciam a tota lei que recomense de maihor pres; e per .V. solz de Rodanes que mi deus donar cessals cadanz a Nadal et ·I· sester de civada a meisos, el cart de totz los blat que las teras del dih mas gitaraun, e qui ren ti demandava ne ti amparava nos prometem per nos e per rectors e per los procuradors del daundih Ospital que ten sion giren a dreh de tot contradizen; per aqui meteus pausam que tu dih P. nel teu non o poscat vendre ne alianar a maihor ne a menor de vos se non o faziatz ab voluntat et ab autorgamen del dih Ospital, e vendas ses vendia, de cec sol ·I· dener. Aquest sobre dihz acaptes fon donatz et autorgatz a la Roca de Valserga, e la maio Gaucem del Bosc, el tems que nos dihz donz teniam plaihz ab lo seior [1] en Bec de Calmon per l'afar del Sere [2], et apres fon

1. *Ms.* seror. — 2. Cf. l'acte n° 56.

Digitized by Google

autorgat per nos dihz donz e per en P. Azemar e per G. de Faet, clerge, e per Peirolas, compaiho de nos dihz donz, en l'estrada que ieis da Vimenet essen davala vas Crosets. — Testes sunt mandati : Uc Giscartz, D. Brunelz, P. Teiseire, Joha[n] Teiseire, Duranz Teiseire, S. Maurelz, puplicus notaris, qui(d) cartam scripsit et (a)signom posuit per mandamen e per auctoritat de seihor davan dih don. — Factum est oc, an[n]o ab incarnacione Domini, M°CC°L°IIII°, mense marcii, die lune post festum Concepcio Beate Mar[i]e. Signum.—[*Seing manuel du notaire.*]

59.

1254, 2 novembre. Aubrac. — *Sentence arbitrale prononcée par Bernard de Montusan et Bernard Chaslan entre Astorg de Peyre et Durand, domp d'Aubrac* [1].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LIV°, indictione XII[a], IV nonas novembris, Ludovico, rege Francorum, regnante. Noscant presentes et futuri quod controversie seu questiones vertebantur inter dominum Austorgium de Petra ex una parte et Durantum, dompnum Hospitalis de Altobracho, et conventum ejusdem Hospitalis ex altera ; et erant questiones seu controversie inter partes predictas super VII. mansis infrascriptis, quos quelibet pars scilicet dominus Austorgius de Petra et dictus dompnus et conventus de Altobracho, nomine dicti Hospitalis, dicebant ad se pertinere ratione possessionis et proprietatis, scilicet : dictus dompnus et conventus dicebant dictos mansos ad dictum Hospitale pertinere, et predicti mansi sunt in territorio quod est inter grangiam de Salellis et Malam Gazanam, videlicet : mansus dels Fornets et mansus de las Beseiras et mansus dels Forns et mansus de Grant Vilar et mansus de la Vedrina et mansus dels Alatius et mansus del Pelegri. — *Item* erat questio inter predictas partes super equabus interfectis, vulneratis quas dictus dompnus, nomine Hospitalis, dicebat bajulos et nuncios dicti domini Austorgii vulnerasse in predictis mansis et maximum dampnum

1. Doat, 134 fol. 129-132, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

dedisse ex dicta vulneratione dicto Hospitali. — *Item* petebant dicte partes ad invicem expensas factas ratione predictarum questionum. — *Item* petebant ad invicem fructus predictorum mansorum. — Super quibus omnibus predictis questionibus et super omnibus aliis, quas partes ad invicem faciebant vel facere poterant ratione predictorum mansorum vel dictarum equarum, expensarum vel fructuum, promiserunt predicte partes, sub pena L. marcarum argenti Bernardo de Montusano, Bernardo Chaslani per stipulationem promissa et sub corporali prestito juramento a dicto domino Austorgio et a predicto dompno, de concessu expresso dicti conventus, se stare omnimode voluntati predictorum Bernardi de Montusano et Bernardi Chaslani ; hoc exacto inter partes quod pena predicta soluta et exacta, dicta vel recitata vel prolata a predictis Bernardo et Bernardo arbitratoribus nichilhominus remaneant in sua firmitate cum pene obligatione. Et hoc promisit dictus dominus Austorgius, sub dicta pena et juramento et sub obligatione omnium bonorum suorum, et dictus dompnus, nomine dicti Hospitalis, sub dicta pena et juramento et sub obligatione dicti Hospitalis et bonorum ipsius Hospitalis.

Qui dicti amici seu arbitratores... Bernardus et Bernardus omnibus predictis questionibus et singulis amicabiliter et de consensu partium finem imposuerunt, ita videlicet : quod dictus dominus Austorgius de Petra et sui habeant in perpetuum duas partes predictorum VII. mansorum et dictum Hospitale de Altobracho habeat aliam tertiam partem; et quod predicti VII. mansi dividantur per quatuor probos viros a partibus electos sive eligendos, ita quod dominus Austorgius per dictam divisionem habeat duas partes dictorum mansorum ex parte de Malagazana, et dictum Hospitale habeat tertiam partem ex parte grangie de Salellis ; et in dicta tertia parte, que perveniet ad dictum Hospitale, habeat dictus dominus Austorgius et sui ta[n]tummodo in perpetuum cognitiones, examinationes et punitiones omnium criminum, salvis dicto Hospitali examinationibus et determinationibus in dicta tertia parte realium et

Digitized by Google

personalium actionum et questionum ; tamen dictus dominus Austorgius et sui successores non debent se intromittere de fratribus dicti Hospitalis, si contingeret ipsos crimina committere in dicta tertia parte ad dictum Hospitale pertinente. — *Item* dicte partes absolverunt se ad invicem, predictis Bernardo et Bernardo componentibus, ab omni petitione expensarum factarum et ab omni petitione fructuum perceptorum predictorum mansorum. — *Item* dictus dominus Austorgius debuit dare et solvere promisit dicto dompno, nomine dicti Hospitalis, D. solidos Viennenses pro damno dicto Hospitali dato a bajulis et servientibus dicti domini Austorgii in vulneratione et interfectione dictarum equarum, que vulneratio vel interfectio fuit facta in manso del Deroc, ita tamen quod dictus dominus Anstorgius et omnes sui bajuli et servientes et alii cum dictis D. solidis a dicto damno dictarum equarum sint immunes ; de quibus D. solidis dictus dominus Austorgius in continenti satisfecit dicto dompno in C. solidis Podiensibus. Quam dictam compositionem.... utraque pars laudavit, concessit et confirmavit et se rata[m] habere in perpetuum et tenere sub dicta pena et sub dicto juramento promisit. — *Item* dictam compositionem... laudaverunt et concesserunt infrascripti fratres dicti Hospitalis pro se et pro dicto Hospitali, scilicet : Deodatus Rotberti, Willelmus de Ecclesia, Willelmus de Rocolis, Petrus Saltelmi, Raymundus Porta, presbiteri, Stephanus Blancs cellararius, Petrus Coustolis, Gaifredus Durbans, Nugaurols, Petrus Revellachas, Stephanus Serventi, Guillelmus Massalops, Bardonerii, Willelmus del Pi, Peyrolas, Guirbertus de Faieit, et omnia supradicta sub dicto juramento semper se habere rata habuerunt et promiserunt. — *Item* convenerunt partes quod de presenti conventione et compositione due carte divise per alphabetum conficerentur et scriberentur per manum Stephani de Alis, publici notarii in Gaballitano, et etiam bullarentur et sigillarentur cum sigillis pendentibus dicti domini Austorgii et dicti Hospitalis, et quod quelibet pars haberet unam de predictis cartis ad eternam rei memoriam conservan-

Digitized by Google

dam. — Hec acta fuerunt apud dictum Hospitale, in ecclesia, coram istis rogatis testibus : Beteylo, bajulus de Petra, Gaucelinus Galdis, Ugo de Corvo monachus, Gordega Maquari, Salessa, Petrus de Senareto domicellus, Raymundus de Montusano clericus. — Et est certum quod, anno quo supra, VI° idus novembris, ego Stephanus de Alis, publicus notarius domini regis in Gaballitano, quanvis supradictis non interfuerimus, de mandato predictorum arbitrorum Bernardi et Bernardi hanc per alphabetum divisam scripsi et ad majorem firmitatem habendam de mandato dicti domini Austorgii de Petra et de mandato dicti Duranti, dompni de Altobraco, cum sigillis ipsorum pendentibus sigillavi et de mandato predictorum arbitrorum et predictarum partium signavi et bullavi. — [*Seing manuel du notaire.*]

60.

1254, Aubrac. — *Echange fait entre Déodat de Canillac et Durand, domp d'Aubrac, de certains droits à Combefalgouse et à Montfalgoux* [1].

Permutatio de Combafelgoza e de Monfelgos facta per dominum Deodatum de Caniliaco. — In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LIIII°. Noverint universi presentes pariter et futuri quod ego D. de Caniliaco dono, solvo et quito vobis D., dompno Hospitalis Beate Marie de Altobraco, et fratribus ejusdem Hospitalis, ratione cambii seu permutationis, V. solidos Podienses, qu[os] habeo censuales pro alodio in Comba Felgoza, et unam eminam avene et unum sextarium avene, qu[e] habebam eodem moto a Monfelgos, et omne jus et dominium, quod habebam in locis seu territoriis predictis : hoc tamen rettento michi et meis pro dominio, quod si tale delictum seu comissum in dictis locis seu pertinenciis eorumdem fieret vel comiteretur, quod delictum exigeret mutilationem, suspensionem vel aliam corporis destructionem, hoc michi remaneat puniendum ; et si effusio sanguinis ibidem fieret, medietatem illius pene

1. Doat, 134, fol. 125-126. — *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Aubrac, *livre des transactions*, n° 8, fol. XVIII r° XVIII v°.

Digitized by Google

ego habeam et percipiam, et alteram Hospitale percipiat ; si vero aliquis delinquens in dictis locis mutilationem vel destructionem suam redimeret pena peccuniaria, in hoc similiter habeat et percipiat medietatem predictum Hospitale. — Et nos D., dompnus Hospitalis Beate Marie de Alto Braco, de consensu et voluntate conventus nostri, damus ratione excambii quod nobis fecistis de locis predictis illam medietatem mansi del Fugos, que ad nos pertinet, cum omnibus suis et pertinentiis ejusdem medietatis vobis domino [Deodato] de Caniliaco et vestris in perpetuum. Et si unquam aliqua discordia seu discentio inter nos fuerit, illam ad invicem concorditer et amicabiliter volumus an[n]ullari. — Actum apud Hospitale, in ecclesia Beate Marie de Altobraco [1]. — Testes qui ad hoc vocati fuerunt : Deodatus Robert, capellanus major Hospitalis, Bernardus de Telet, capellanus sancti Urcitii ; Raymund[us] Sancti Urcitii, Motetus de Panosa, Raymundus de Veireiras, milites, Stephanus Blanc cellariers, Hugonet de la Canorga, Ricardus, Geraldus de Faet, clerici, Guillermus Ferriers, et ego Petrus Willermi, publicus notarius domini Deodati de Canilhaco, qui *etc*... — In cujus rei testimonio nos Deodatus de Canilhaco et Durantus, dompnus Hospitalis de Altobracho predicti, propriis sigillis presentem cartam fecimus roborari.

Cui carte seu litere erat quoddam sigillum cereum acutum a parte inferiori appensum, in quo erat imago canis in medio impressa, in cujus circunferentia erant tales littere. † S. *Daude de Canillac.* — *Item* et aliud sigillum similiter cereum erat appensum in ea, in quo erat impressa in medio imago peregrini tenentis in manu baculum et ad collum videtur deferre cornu et quoddam altare est similiter impressum in eo cum cruce a parte superiori, in cujus circunferentia erant tales litere. † *Sigillum Hospitalis domus de Albrac.*

61.

1255 (n. s.), 10 mars. Château de Cénaret. — *Confirmation par Azémare de la donation d'un setier d'avoine et de deux*

1. Ici s'arrête le texte du *Livre des transactions.*

Digitized by Google

setiers de seigle faite â l'Hôpital d'Aubrac par Bernard de Cénaret, son mari [1].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LIV°, indictione XII^a^, VI° idus martii, Ludovico, rege Francorum, regnante. Noscant presentes et futuri quod ego Adzemara, uxor domini Bernardi de Cenareto junioris, certa de facto et certificata de jure, non seducta nec cirumventa in aliquo set gratis et de mera voluntate mea et mandato dicti domini Bernardi, laudo et approbo et confirmo et assensum et auctoritatem prebeo donationem, cessionem, factam Deo et Beate Marie de Altobracho et Hospitali de Altobracho per dictum dominum Bernardum de Cenareto, virum meum, de III. sextariis bladi, scilicet : I. de civada et II. siliginis in manso del Vilaret Aimart, in parrochia Sancti Romani de Chiraco, sicut plenius continetur in instrumento publico [2] facto per manum Stephani de Alis publici notarii, renuntians in toto hoc facto sciens et prudens omni juris auxilio michi competenti vel competituro, canonico et civili et specialiter legi Julie *de fundo dotali.* — Actum apud castrum de Cenareto, in domo dicti domini Bernardi de Cenareto. — Rogati testes interfuerunt : Petrus de Cenaret, filius dicte Adzemare, Johannes Pellicerii, Bonetus de Ponte, Eralha, domicella dicte Adzemare, Guillermus Colhionutz, frater dicti Hospitalis, qui hoc recepi mandato dicti Hospitalis, et ego Stephanus de Alis, publicus notarius domini regis in Gaballitano, *etc...*

Cui carte erat signum appositum et bulla plumbea appensa videlicet similis per omnia proximis superioribus [3].

62.

[1257 (n. s.), 18 mars.] Marvejols. — *Fragment d'un testament, reçu par Guillaume Sudre, notaire royal de Gévaudan et contenant la fondation de l'Hôpital de Marvejols* [4].

.....

[Si fratres Hospitalis de Altobraco] in dicta domo Hos-

1. Doat 134, fol. 127. — 2. Cf. l'acte n° 55. — 3. Cf. l'acte n° 49.

4. *Arch. départ. de la Lozère* H. (Hôpital de Marvejols), 440, registre, fol. VI r°-VI r°, copie informe papier signée Tibbal not. et extraite de l'original scellé du

Digitized by Google

pitale non fecerint, prout supradictum est, volo quod dicta domus ad heredem meum universalem, quem in hoc testamento instituo, redeat et ipsius sit ; si autem domus seu fratres dicti Hospitalis dictam cappellaniam instituere, tenere et procurare renuerint, volo quod dicta vinea et dicta quatuor cestaria bladi ad heredem universalem meum redeant, ita quod ille heres ponat ibi capellanum et conferat hoc alicui cappellano, qui pro animabus predictorum dominorum meorum et mea cantet ; quod si meus heres facere noluerit, remittantur bona predicta, videlicet vinea predicta et dicta quatuor cestaria bladi, ad domum regis et ipsius sint.

Le testateur ajoute : Je lègue 1.000 sous du Puy à Guillerma, ma femme, sur le mas dit lou Regourdel, dont elle percevra les fruits jusqu'à complet payement du legs. — Je lègue 10 sous de Vienne à Etienne d'Arboscol chapelain et je le charge de partager autres 10 s. de Vienne entre les chapelains de Marvejols et de Colonhet. — Je lègue un setier de froment à la maison del Chambo et 2 setiers de froment à celle de Mercœur. — Je lègue pour dot à Bienvenue (Benevenita), ma fille, 6.000 sous du Puy, observant que « Pelogomus », son mari, a déjà touché 4.000 s. du Puy et 20 livres de Vienne ; les 30 livres de Vienne restantes seront prises sur la créance de Me « Quinque de Turnello ». — Je lègue à la même le cens de 7 setiers de blé et de 5 sous de Vienne que je possède sur le mas de l'Espinasse, paroisse de Notre Dame de las Salellas. -- Je lègue encore à la même le mas appelé lou Bosc del Pla, situé près des fourches de Marvejols, à l'exception du moulin sis près du pont de Marvejols, du pré attenant aud. moulin « subtus furcas », du pré tenu par Guillaume Gazels, du pré de Radulphe de Marcastel et de la vigne de la Comba, que je donne et lègue à mon héritier sous-dit. — J'institue mon héritier

sceau royal, à Marvejols, le 3 janvier 1556 (a. s). A Vacheri, juge, Barrau substitut *signés*, exhibé et retiré par Jean Bonal, commandeur de Marvejols et religieux d'Aubrac. — Ce testament doit être celui de Etienne Mercadier de Robis ? qui d'après un mémoire du XVIIIe s. fonda l'Hôpital de Marvejols, le 15 des calendes d'avril 1256 (a. s.). Cf. *Arch. départ. de la Lozère*. H. (Hôpital de Marvejols), 441. — V. p. 109.

Digitized by Google

universel Etienne Salgues, « nepotem meum, filium dicte Benevenite, filie mee », auquel « Solerarius Sancte Divine » remettra tous les titres que j'ai déposés chez lui, à la charge par mon dit héritier universel de payer les susd. legs... — Fait à Marvejols, dans la maison du testateur, « in camera que est juxta fornellum et respicit curiam ». Présents : Etienne d'Arboscol chapelain, Raymond de Porta, A. Chat, prêtres, Me Robert juge, S. Chayrossi, Michel de Marcastel, Guillaume Bacniranc, Raymond Losemet, Pierre del Pos. Notaire recevant : Guillaume Sudre, not. royal « in Gaballitano ».

63.

1258, 25 avril. Marvejols. — *Donation à l'Hôpital d'Aubrac de plusieurs biens situés dans le mandement de Fabrèges, par Jaïcelin de Muret damoiseau* [1].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem Mo CCo LVIIIo, VIIo kalendas maii, indictione XVa, Ludovico, rege Francorum, regnante. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Jaicelinus de Mureto domicellus, non deceptus, nec coactus ab aliquo vel aliquibus nec in aliquo circumventus set propria et spontanea voluntate mea, dolo et faude remotis penitus et exclusis, sine omni michi et meis retentione, conditione et exceptione, per me meosque liberos et heredes, cum hoc presenti instrumento donationis jure proprio dono et trado et titulo perpetue et vere donationis concedo donatione inter vivos, pure, libere et simpliciter, nulla propter hoc deinceps ingratitudine revocanda, vobis domino Channac de Marolojio presbitero, presenti et recipienti nomine Hospitalis Beate Marie de Altobraco, et ipsi Hospitali et ejus conventui et fratribus donatisque professis pro elemosina et redemptione peccatorum et parentum meorum et pro sepultura, medietatem videlicet indivisam mansi del Bosco Roverio, qui mansus confrontatur ab una parte cum manso de Rovoireta, quodam rivo in medio, et ex alia cum pendaria Raimundi Ymberti et ex alia cum ne-

1. Doat 134, fol. 133-135.

Digitized by Google

more Berengariorum de Turre et ex alia cum terra Johannis de Solerio ; — et quartam partem indivisam mansi de La Licheira, qui mansus confrontatur ab una parte cum manso del Rochos, rivo d'Apio [in] medio, et ab alia cum manso de Chasalfustet et ab alia cum manso del Boscos Bernardi del Boscos et ab alia cum manso dels Valhielas ; — et medietatem indivisam cujusdam parranee, que conjungitur ab una parte cum alia parra delz Vallelhas et ex alia cum parra Johannis de Solerio et ex alia cum eo quod possidet Bos Alberts. Que omnes terre sunt site in mandamento de Fabricis et que spectant ad me pro feudo et allodio et omni dominio principali. Dono, inquam, res predictas vobis dicto domino Channac, nomine dicti Hospitalis, donatione predicta cum omni jure et actione, usu seu requisitione, commodo et utilitate michi realiter vel personaliter directa, mixta et utili ex ipsis rebus quoquo modo competente ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid dicto Hospitali et ejus dompno vel ejus conventui absentibus deinceps placuerit faciendum, omnia, ut predixi, sit heremum vel vestitum, in integrum in presenti. Quas res me, nomine dicti Hospitalis et ejus conventus, constituo possidere donec intraverit vel vos, domine Channac, nomine ejusdem Hospitalis intraveritis corporaliter possessionem, in quam intrandi licentiam vobis nomine ipsius Hospitalis et ipsi Hospitali vestra auctoritate concedo... [*Formules de droit ordinaires.*] — Ad hoc ego Saura Jaicelina, uxor dicti Jaicelini, presens huic donationi vel cessioni, propria voluntate mea concedo et de jure ypothecarum certiorata omni juri meo ypothecario quod in predictis rebus habebam vel habere debebam gratis renuntio..... [*Formules de droit.*] — Actum Marologii, in domo dicti Hospitalis deinfra murum, coram Raimundo Fabri presbitero, Astrugo Teront clerico, Michaeli de Ga, Ponceto Privati, Bastida, Bernardo Farino, Cassiano, Willelmo Cointo ?, Stephano Arnaldi, na Channaga, laicis testibus presentibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis, et coram me Willelmo [Dolcivi], notario publico domini regis Francorum in Gaballitano, qui *etc*...

Digitized by Google

Cui carte, littere seu etiam instrumento erat signum appositum et bulla plumbea appensa scilicet similis superiori proxime designate [1].

64.

1258, 9 novembre. Aubrac. — *Acte par lequel Guibert Vales, damoiseau et clerc, déclare tenir en fief franc de Durand, domp d'Aubrac, le mal del Riou* [2].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LVIII°, V° idus novembris, indictione I^a^, Ludovico, rege Francorum, regnante. Notum sit omnibus... quod ego Guisbertus Vales, domicellus ac clericus, filius quondam Vale militis, non inductus ad hoc aliqua arte, aliquo malo ingenio nec deceptus ab aliquo vel aliquibus set propria, pura, mera, libera et spontanea voluntate mea, cum hoc presenti publico instrumento, coram infra scriptis testibus confiteor et in veritate recognosco et coram vobis domino Duranto, dompno Hospitalis de Altobraco, nomine ipsius Hospitalis presenti [et] stipulanti, quod pater meus predictus quondam dedit et reliquit michi, causa portionis et legitime mee, in ultima voluntate sua quando decessit, mansum de Rivo sic apellatum cum suis pertinenciis et juribus, situm in parrochia Sancti Laurencii de Faiha Montivernos, Mimatensis diocesis, confrontatum ex una parte cum manso de Beiresc et ex alia cum terra dicte ecclesie Sancti Laurentii, et omnia jura et actiones, que et quas habebat vel habere debebat dictus quondam pater meus cum ecclesia Sancti Laurentii predicti ; et confiteor, inquam, quod dictus pater meus predicta nisi a Deo solum non tenebat ab aliquo homine seu muliere [3] ; unde dictus Guisbertus, volens ab aliquo dictum mansum supra confrontatum et dicta omnia jura et singula teneri, volo et affecto perpetuo me et meos heredes teneri a Deo et sancto Alazario Hospitalis de Altobracho predicti et vobis domino D., dompno Hospitalis predicti, [pro vobis] et vestris successoribus stipulanti nomine ipsius Hospitalis et ipsius conventus, et illa omnia et singula in presenti a vobis dicto dompno, nomine ipsius

1. V. l'acte n° 49. — 2. Doat 134, fol. 137-139. — 3. Cf. Cl. Felgères, *op. cit.*, p. 45.

Digitized by Google

Hospitalis, et vestris successoribus et conventu ipsius Hospitalis in feudum francum recipio et accipio, cum ab aliquo ego non tenerem ; in quibus omnibus supradictis do et concedo perpetuo vobis dicto domino dompno, stipulanti nomine ipsius Hospitalis, et dicto Hospitali et ejus conventui VI. Podienses censuales annuatim ipsi Hospitali solvendos ; pro quo feudo facio vobis dicto dompno, ejusdem Hospitalis nomine, homagium et fidelitatem promitto perpetuam et successoribus vestris et dicto Hospitali et ejus conventui, genibus flexibus, manibus complosis, fide osculata ore proprio et requisita ; imo promitto vobis et convenio dicto dompno, nomine quo supra, quod predicta nec singula ab alio ad feudum nec alio quolibet modo deinceps nulla occasione, nulla ratione, nullo jure, nulla fraude recipiam seu recognoscam ; quin etiam promitto dicto vobis dompno, nomine quo supra stipulanti, quod ego nomine feudi predicti et recognitione predicta vobis dicto dompno, nomine quo supra, et vestris successoribus, nomine ipsius Hospitalis, reddam et tradam sine contradictione et impedimemto quotienscumque et quandocumque nomine et ratione feudi franci petetis... [*Formules de droit.*]. — Et ego Bertrandus Vale domicellus, frater dicti Guisberti, presens dictam fratris mei recognitionem et receptionem predictorum et omnia universa et singula volo et concedo et assensum do et laudo et approbo, promitto et convenio vobis dicto dompno, nomine quo supra stipulanti, quod contra hanc recognitionem et receptionem nec aliquid de predictis per me nec alium non veniam aliquo jure seu ratione, imo promitto per me et meos nunc et semper ita tenere et in nullo contra facere vel venire. — Actum apud dictum Hospitale, in ecclesia, coram dominis Deodato Robert, Petro de la Pojada, Johanne d'Arborsor, Guillermo de Chirac, presbiteris, Petro Revilhaca, Peyrolas domicello, Guillermo Mayngot milite, Petro Costoli et pluribus aliis ad hec testibus vocatis et rogatis specialiter et coram me Guillermo Dolcivi, notario puplico domini regis Francorum in Gaballitano, qui *etc*...

Digitized by Google

Cui carte seu litere erat signum appositum et bulla plumbea appensa videlicet similis per omnia proxime superiori [1].

65.

[Vers 1259]. — *Bail à fief du mas des Masels viels consenti à P. et à Bérenger de Belvézet, frères, par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Noverint universsi presentes pariter et futuri quod nos Durandus, domnus Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, de consensu et voluntate conventus nostri, non decepti nec coacti nec dolo inducti, immo bona fide, omni fraude atque calliditate remota, damus et concedimus nomine dicti Hospitalis P. de Belvezer et Berengario, fratri suo, et omnibus eorum successoribus et cuicumque voluerint dare, legare distraere, permutare, vendere seu quocumque alio modo alienare, exceptis sanctis et militibus et militaribus personis et locis religiosis, in accapitum et jure accapiti mansum dels Mazels viels, qui est in parrochia de Gabriac [3] et confrontatur ex una parte cum manso delz Angles et ex alia cum manso dels Mazels, qui est de l'abadessa [3], et ex alia cum fazenda de Berenguier W. et ex alia cum manso de Cavapa; hunc totum mansum prout confrontatum est cum suis introitibus et excitibus, prout dictum est, damus nomine dicti Hospitalis P. et Ber. fratribus supradictis et omnibus eorum successoribus jure accapiti pro XX solidis et uno capone, [quos] [3] habuimus et recepimus ita quod nichil indebite penes vos remansit; et renunciamus exceptioni accapiti non traditi; item promitimus vobis et vestris omnibus successoribus quod contra predictum accapitum non veniemus nec venire aliquem faciemus ullo loco vel tempore, immo ab omni contradicenti jure semper vos defendemus. Item volumus quod si predicta vel aliquid de predictis dici seu intelligi per aliquem melius possent ad proficuum vestrum atque vestrorum, ita dici seu intelligi precipimus. Item promitimus quod si predictum accapitum modo plus valeret

1. V. l'acte n° 49. — 2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig parchemin avec cinq ratures et interlignes de l'époque de la rédaction de l'acte, côte BB. V. l'acte n° 84. — 3. 1re rédaction : *Vone ; las abadessas ;* accapiti pro *uno capone quem;* laudo ; suis.

Digitized by Google

precio memorato aut in futurum ratione vestre meliorationis aut vestrorum plus valere poterit, quod contra illam magis valenciam non veniemus per nos nec per aliquam personam interpositam, immo totum illud gratis vobis et vestris successoribus damus nomine dicti Hospitalis atque concedimus cum hoc presenti instrumento in perpetuum valiturum (*sic*) ; et vos debetis dare annuatim sepedicto Hospitali duo sextaria ad mensuram Amiliavensem, silicet : unum ciliginis et aliud avene in festo beati Andree, nomine census. Unde hec omnia laudamus [3] vobis, hoc salvo et exceptato quod dictum Hospitale retinet penes se quod possit pascere herbas cum animalibus suis vel homines habitantes in grangia de Leborinis, seu alii nomine dicti Hospitalis possint accipere sive capere ligna et poma et pira contentas seu contenta infra terminos sepedicti mansi, et omnes alios fructus que servando servari non possunt, salvis aliis dominiis nostris [3], ut in partibus istis observantur ex jure et consuetudine aprobata, renunciando omni juri divino vel humano, legali vel canonico, confecto seu conficiendo et omni privilegio seu constitutioni per quod seu per quam contra venire possemus. — Testes : W. de Ecclesia, Ugo Revellaca, W. Arnaldi, P. Grimaldi, P. Rocca, Deodatus Mazels.

66.

1260, 27 mars. Espalion [1]. — Bail à fief par Adémar de Moriers, au nom de sa femme Hélène, fille de feus Hélène et Guion de Roquelaure, à Pierre Martini de St-Chély (*Sancto Hele*), de la fazenda, que posséda feu Robert Delpon, au terroir del Fezelesc, paroisse de St-Chély. Droit d'entrée : 35 sols Rod. Censive annuelle : 9 deniers Rod. à la St-André. Toute seigneurie réservée. — Fait à « Spelieu », maison de Raimond de Codornac ; présents : Pierre Husercha, Raimonda Garneria, Pierre et Etienne del Boisso. Notaire recevant : Déodat Francia, not. du seigneur de Calmont.

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., côté lettre B et n[os] 8 et 151. — Sommaire du même acte, côté B., Cf. reg. n° 19. f° 1[re].

Digitized by Google

67.

1260, 16 novembre. St-Flour. — *Hommage rendu à Durand, domp d'Aubrac, par Jean Balhat* [1].

Noverint universi... quod ego Johannes Balhatz, considerata in hoc utilitate diligentius et pensata, recipio pro me et meis et recognosco in perpetuum me tenere a fratre Duranto Grimaldi, preceptore et dompno Hospitalis Altibracci et a suis successoribus universis, nomine ipsius Hospitalis, in feudum franchum terciam partem mansi de Montelho et medietatem mansi de la Valheta cum suis pertinenciis universis, que predicte possessiones posite sunt in parrochia de Calidis Aquis ; et de predictis et nomine predictorum pro me et meis eidem fratri Duranto, recipienti pro se et suis successoribus nomine ipsius Hospitalis, homagium feci et fidelitatem promisi cum prestito juramento, confitens me habuisse et recepuise ab eodem fratre Duranto centum solidos Claromontenses, quos michi dedit libertatis gratia et amoris, tanquam fideli suo et homini ligio de predictis ; est tamen actum et conventum inter me et dominum Durantum preceptorem quod si ego vel mei predictas res aliquo tempore venderemus, debemus dare nomine vendicionis perfecte predicto preceptori sive suis successoribus pro precio quadraginta quinque librarum Claromontensium, et ipse preceptor vel sui successores tenentur michi vel meis tantum dare et solvere venditionis nomine de predictis ; et ego predictus Johannes, pro predictis omnibus et singulis attendendis fideliter et in perpetuum observandis etiam specialiter et expresse pro meis nepotibus, liberis quondam Petri Balhatz, fratris mei, ne veniant per se vel per alium de cetero contra predicta vel in aliquo de predictis, nec faciant seu procurent tale quid propter quod aliquid predictorum minorem habeat perpetuo firmitatem, dedi fidejussorem dominum G. Revelhacha militem, obli-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté n° 62, reste des lacs d'un sceau ; les lacs et l'autre sceau ont disparu. — *Livre des transactions*, n° 31, fol. LX r°-LX v°. *En tête et à la marge* : RECOGNITIO QUAM FECIT JOHANNES BALAT, Correcta.

Digitized by Google

gantem se predicto preceptori sive suis successoribus in quinquaginta libras Claromontenses pro me et de voluntate mea specialiter et mandato. Et ego predictus G. fidejussor pro dicto Johanne Balhat me penitus obligo in quinquaginta libras Claromontenses penes eundem preceptorem, recipientem pro se et suis successoribus nomine ipsius Hospitalis, ad observantiam integre predictorum fidejussionis nomine supradicte, renunciando exceptioni cuilibet... [*Formules de droit*]. — In cujus rei testimonium, perhennem memoriam atque fidem, ego predictus Johannes et B. de Vernes, archipresbiter Sancti Flori, sigilla nostra apposuimus huic carte. — Actum et recognitum in presentia et testimonio fratris Hugonis Revelhacha, fratris Dordeti militis, fratris P. Saltel, fratris Guillermi Massalop, Stephani de Costa, capellani de Jabru, R. de Garda clerici, Correi de la Moleta et fratris sui Guillelmi, magistri Guillermi Freideira, Bertrandi de Ruppe, et plurium aliorum. — Datum Sancto Floro, die martis post festum sancti Martini hyemalis, anno gratie M°CC°LX°, mense novembris.

68.

1261, 10 juillet et 1265, 22 septembre, Marvejols. — *Hommage et reconnaissance faits par Durand, domp d'Aubrac, au roi de France* [1].

Anno Verbi incarnati M° CC° LXI°, VI° idus julii, indictione III^a^, Ludovico, rege Francorum, regnante. Noverint universi... quod nos frater Durantus, dompnus et preceptor domus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, recognoscimus nos, nomine dicti Hospitalis, nos et ipsum Hospitale tenere et tenere debere a domino rege Francorum man-

1. Doat 134, fol. 140-146, copie d'après la grosse originale. — *Arch. départ. de la Lozère*, H. Hôpital d'Aubrac, 428, copie en forme papier du 7 mars 1686, côtée 00 et signée : Boyer, greffier, faite à Aubrac par Vitalis de Michel, conseiller du roi, juge en la cour du bailliage de Gévaudan, commissaire député par la cour de Parlement de Paris, à la réquisition de Gelly du Massibert, et ce en présence de Vidal, commandeur de Chirac, et en l'absence de César de Grollé-Virville, comte de Peyre, dûment assigné. Noyeux, agent de Monseigneur de Châlons, domp de l'Hôpital d'Aubrac, Antoine Rigal et Rocher, prêtres, chanoines réguliers dudit Aubrac, tous trois gardes des archives, exhibèrent et retirèrent le grossoyé en parchemin portant une fleur de lys sur le sceau et une autre sur le contre-sceau.

Digitized by Google

sum appellatum Montfelgos cum pertinentiis, qui mansus confrontatur cum manso de Las Planias et cum manso de Lautardes et cum manso de Combafelgosa ; pro quo nos debemus dare domino regi de bladis que in domneria se crescerent, de V. gerbis II. — *Item* recognoscimus... Mansum Sicbert, cum pertinentiis suis, situm in parrochia Sancti Romani de Chiriaco, qui confrontatur cum manso de Monte et cum manso de La Devesa ; pro quo nos et dictum Hospitale debemus dare domino regi I. denarium auri cum aliis juribus que habemus pro regiis [1]. — *Item* illud affare et territoria quod et que nos et dictum Hospitale habemus in tenemento de Turreta, in parrochiis Sancti Romani de Chiriaco et Sancti Petri de Altrenatio, quod affare et territoria nos et dictum Hospitale habuimus pro Guicharda de Turreta, sorore dicti Hospitalis, uxore quondam Aldeberti de Turreta, et ab Amorosa, filia sua ; pro quo affari et territoriis nos et dictum Hospitale debemus dare et facere albergum domino regi cum III. militibus annuatim. — *Item* unam peciam terre in manso de Granerio, que respondet pro quatuor ortis ; pro qua nos et dictum Hospitale debemus dare domino regi annuatim XII. denarios Melgorienses censuales ; que petia terre confrontatur cum campo B. Chatnac et cum campo Petri de Putheo. — *Item* unum pratum in manso de Granerio, confrontatum cum prato quodam dels Brus Forners et cum prato Petri Fajola ; pro quo nos et dictum Hospitale debemus dare domino regi III. den. Melg. censuales. — *Item* unam vineam quam dedit Mercaderius Guallicus Hospitali nostro pro capellania [2] ; que confrontatur cum vinea quadam domus Templi et cum alia Petri de Putheo et est in parrochia Sancti Martini de Colonieto ; pro qua debemus nos et dictum Hospitale dare domino regi et domino Astorgio de Petra VI. den. Melg. censuales. — *Item* aliam vineam in eadem parrochia, que confrontatur cum via qua itur de Marologio versus Chalmen et cum vinea Petri Palmerii ; pro qua nos et dictum Hospitale debemus dare

1. V. l'acte n° 49. — 2. V. note 2, p. 99.

Digitized by Google

domino regi et domino Astorgio de Petra XII. den. Melg. censuales. — *Item* aliam vineam in tenemento Marologii, que confrontatur cum vinea Vitalis Lauret et cum via que transit per Cenoart ; pro qua nos et dictum Hospitale debemus dare domino regi et domino Astorgio de Petra III. den. Melg. censuales. — *Item* quandam peciam terre que respondet pro duobus ortis, que confrontatur cum campo Johannis Majoreli et cum rivo qui descendit de Cenoart ; pro qu[a] debemus dare nos et dictum Hospitale domino regi et domino Astorgio de Petra VI. den. Melg. censuales. — *Item* aliam petiam terre que respondet pro uno orto, que confrontatur cum quodam orto Leprosorum et cum via qua itur versus Cenoart ; pro qua debemus nos et dictum Hospitale dare domino regi et domino Astorgio de Petra III. den. Melg. censuales. — *Item* alium ortum in manso Marologii, qui confrontatur cum prato Fabrisse et cum prato Petri de Putheo ; pro quo debemus nos et dictum Hospitale dare domino regi et domino Astorgio de Petra III. den. Melg. censuales. — *Item* alium ortum supra fontem de La Landa, qui confrontatur cum quodam orto Johannis Bonafos et cum via qua itur versus dictum fontem ; pro quo nos et dictum Hospitale debemus dare domino regi et domino Astorgio de Petra III. den. Melg. censuales. — *Item* alium ortum confrontatum cum orto Raimunde Letoine ? et cum quodam orto Gualterii ; pro quo debemus dare nos et dictum Hospitale domino regi et domino Astorgio de Petra I. cartallum frumenti censuale. — *Item* confitemur et recognoscimus nos et dictum Hospitale tenere a domino rege mansum appellatum l'Ermet et mansum de La Merchadaria et mansum de Clapairet et duas partes alterius mansi, qui est in tenemento mansi de Montfelgos, et mansos de Lautardes et de Ransedas et de Las Planias et de Combafelgosa, qui omnes mansi sunt in tenemento castri de Nogareto, in parrochia Sancti Andree de Trellans ; et confrontatur mansus de Merchadaria cum manso de Ermet et cum manso de Ransedas et cum Lautardes ; et mansus de Lautardes, cum manso de Montfelguos ; et mansus de Montfelguos, cum manso de Las Planias et

Digitized by Google

cum manso de Lautardes et cum manso de Combafelguosa ; et mansus de Las Planias, cum manso de Clapairet et cum manso ecclesie de Las Planias ; et mansus de Clapeyret, cum manso ecclesie de las Planhas ; et mansus de Combafelgosa, cum manso de Lautardes et cum manso de Montfelguos. — *Item* tenemus nos et dictum Hospitale a domino rege mansum appellatum Nogardel, situm in parrochia Sancti Petri de Nogareto, in tenemento castri de Nogareto. — *Item* mansum apellatum Malhiobuou et territorium de Chantacogul ; qui mansus et territorium sunt contigui et confrontantur cum manso de La Vaissa et cum manso de Sanha clausa et sunt in parrochia Sancti Andree de Trellans. — *Item* X. sextaria avene, que habemus censualia in tenemento Chiriaci in diversis petiis terre ; et unam domum in villa Chiriaci et aliam domum in qua est constructum Hospitale, in quo recipiuntur pauperes. — *Item* domos quasdam Marologio, infra castrum, que confrontantur cum domo Petri Chalerii et cum domo Boneti Fornel ; et alias duas domos, sitas in Carcere, cum quodam orto eis contiguo, que confrontantur cum orto Guillelmi Roponnii et cum via publica, qua itur versus fontem Borrella. — *Item* aliam domum que fuit Salcoche mulieris, sororis nostre, que est Marologio juxtam ecclesiam ; et aliam domum ejusdem Salcoche, que confrotatur cum quadam parranea de Chatnac et cum via, qua itur versus fontem appellatum Borrella, et alium ortum in manso de Granerio confrontatum cum quodam campo liberorum quondam Guillelmi Bertrandi. — *Item* quasdam domos quas habemus sitas Marologio, in mercato, que confrontantur cum domibus liberorum Privati Hisnardi ; et aliam domum in qua est constructum Hospitale Marologii, in quo recipiuntur pauperes. — *Item* medietatem mansi de Las Ressenadas et generaliter omnia alia quecumque in Gaballitano, per nos vel per alios, nos et dictum Hospitale habemus, tenemus et possidemus vel quasi possidemus, que ab avo domino vel ab aliis dominis nos tenemus. — Item tres petias terre in manso de Las Blacheiras, in quibus possunt semenari duo sextaria bladi.

Digitized by Google

Interrogatus dictus dompnus quid debet facere domino regi pro predictis, dixit quod ea que supra dicta sunt pro illis in quibus census est impositus, et pro aliis quibus nullus census est impositus, debet dare ipse et dictum Hospitale domino regi I. denarium Marobotinum legalem et optimum censualem. — Interrogatus si debet amplius facere domino regi pro predictis, dixit quod sic : recognotionem et homagium et sacramentum fidelitatis et orationes fratrum. — Actum Marologio, ante majorem portam ecclesie. — Presentibus testibus : fratre Lordeto, fratre Guigone de Coforcs, fratribus dicti Hospitalis, domino Stephano d'Arborsol presbitero, Ricardo de Turre, Deodato Guischardi, et me Guillelmo Sudre, publico notario domini regis Francorum in Gaballitano, [qui mandato] Michaelis de Chatriis, bajuli Gaballitani pro eodem domino rege, dicentis se super hoc recepisse mandatum a domino senescallo, hanc recognitionem recepi, nomine domini regis, salvo ipsi domino regi in omnibus jure suo et hanc cartam mandato dicti dompni scripsi et subscripsi et signum meum et bullam apposui.

Et post, anno Verbi incarnati M°CC°LXV°, X. kalendas octobris, Guillelmus de Valle, bajulus Gaballitani pro domino rege Francorum, requisivit dompnum de Altobraco quod specificet et declaret illud generale quod posuit supra in fine recognotionis sue postquam requisitionem addidit ; et dixit dictus dompnus se, nomine dicti Hospitalis, tenere a domino rege mansum de Brolleto, situm in parrochia Sancti Petri de Nogareto, confrontatum cum manso de Cambafelgosa et cum manso Hugonenc domini Deodati de Canilhaco. De pluribus dixit se non recordari, protestans se plura recogniturum quando ad ejus noticiam pervenirent. — Interrogatus quid debet facere domino regi pro dicto manso, respondit quod pro ipso et pro aliis quibus nullus census est impositus debet dare domino regi quolibet anno I. denarium Marobotinum, ut supra dictum est, in festo Sancti Andree, anno quolibet exsolvendum. — Et post, dictus bajulus precepit dicto dompno quod, hinc ad festum Omnium Sanctorum, specificet et recognoscat illud quod non specificavit nec recognovit, et hoc

Digitized by Google

sub pena omnium feudorum que tenet a domino rege. — Et post interrogavit eum idem bajulus si ea que recognovit tenet ad censum vel ad feudum. Qui respondit quod ad feudum et sicut supra in dicta recognitione continetur. — *Item* fuit ei injunctum per dictum bajulum quod, hinc ad diem predictam, respondeat si plus debet facere pro predictis domino regi quam supra dixit et hoc sub pena predicta et sub fidelitate qua tenetur domino regi. — Actum Marologio, in operatorio Guillelmi Dolcivi, presentibus testibus : ipso Guillelmo Dolcivi notario, fratre Lordeto et multis aliis et me Guillelmo Sudre, publico notario domini regis Francorum in Gaballitano, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire*].

69.

1261. — *Compromis et accord au sujet du mas Bernardenc et du mas Folet, sis dans les appartenances de La Roque-Valzergue* [1].

Compromissum et accordium inter Hospitale et Ramundum Ricardi et Ramundum de Bosco, per quod apparet quod Hospitale debet habere de bonis Gaucelini de Bosco deffuncti quicquid habebat in manso Bernardenc et in manso Folet, videlicet terciam partem predicti mansi Bernardenc et medietatem dicti mansi Folet cum juribus et pertinenciis eorumdem ; declarando quod in dicta tercia parte mansi Bernardenc continentur due partes omnium censuum et serviciorum, que consueverunt prestari a quibusdam hominibus et mulieribus de Sancto Saturnino predicto Gaucelino ; instrumento sumpto per Ramundum Gaufredi, anno M° CC° LXI°, signato littera B.

1. *Arch. départ. de l'Aveyron* H, Hôpital d'Aubrac, registre coté n°s 333 et 24, contenant « invantaire des tiltres et documens de la terre de La Roque-Valzergue, que j'ey vérifiié et croisé [marqué d'une † en marge] ceux que j'ey treuvés en mon pouvoir et touts ceux qui n'estoint pas inventoriés, 1629 », fol. 1 r°. Ce registre (F. 1-38) a pour titre : « *Documenta Ruppis vallis sergie, de Ceveyraco, de Roquonibus et de Sancto Saturnino, Hospitali de Altobraco pertinentia.* » Il contient 105 analyses : les analyses de A à RRRR., rédigées en latin, datent de 1466 ; les autres de SSSS. à XXXXX. datent de 1629 et sont écrites en français. Comme l'indiquent les † placées à la marge, les titres inventoriés en 1466 existaient presque tous en 1629. Il ne nous est parvenu qu'un petit nombre des actes ci-dessus mentionnés.

Digitized by Google

70.

1262, 17 avril, Aubrac. — *Donation faite par Guillaume d'Albiac, damoiseau, frère de l'hôpital d'Aubrac, à Durand, domp dudit Hôpital* [1].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LXII°, XV° kalendas maii, indictione IV^a^, Ludovico, rege Francorum, regnante. Notum sit omnibus... quod ego Guillelmus d'Albiac, domicellus, frater Hospitalis Beate Marie de Altobracho, per me et successores meos, spontanea voluntate mea et gratis, dono et cedo nunc et in perpetuum donatione inter vivos... vobis domino Duranto, humili dompno et administratori dicti Hospitalis, nomine Hospitalis ejusdem et pro ipso, et ipsi Hospitali et conventui, fratribus et donatis ipsius, causa helemosine et pro redemptione anime mee et parentum et benefactorum meorum et omnium defunctorum et quia michi placet, videlicet VII. sestaria siliginis et III. sestaria avene que habeo censualia in manso et grangia de Pradis, que sunt site in parroquia Sancti Laurencii de Pradis ejusdem, et spectant ad dictum Hospitale pro omni dominio Prade heredem, et VII. agnos et VII. spatulas porcorum et V. sol. Caturcensium et omnes census et omnia usatica et eorum perceptionem, que habeo, percipio... in bobus et hominibus commorantibus apud villam de Pradis et parroquia predictis, ratione forestarie seu vigarie vel alio modo ; et generaliter omnia jura et actiones, que realiter vel personaliter habeo, percipio, per me vel alium... in hominibus et mulieribus et rebus eorum et censibus et usaticis predictis et aliis quibuscumque rebus ex predictis et loci predicti michi competentia quoquo modo, ad tenendum, habendum, possidendum et quidquid vobis nomine dicti Hospitalis et ipsi Hospitali deinceps placuerit faciendum, salvo et retento michi in predicta grangia uno mutone censuali. Que omnia constituo me vestro nomine possidere, donec intraveritis possessionem, in quam in-

1. Doat 134, fol. 147-149, d'après une « grande peau parchemin ». — *Arch. dép. de l'Aveyron.* H., Hôpital d'Aubrac, copie informe papier, XVII^e^ siècle, cotée : Num° IV, liasse XXVII, titre ?.

Digitized by Google

trandi licentiam vobis, vestra authoritate, concedo ; nec hujus donationis sive concessionis nomine, litem aliquam nec controversiam per me nec alium movere nec alia qualibet occasione vel exceptione michi competenti vel competitura ; de quibus rebus et omni jure et actione michi ex ipsis competente me divestio vel quasi et vos investio... ita quod possitis contra quosdam detentores vel injuriatores rerum earumdem agere possibiliter et vos experiri tuerique confitendo, negando et alia faciendo, directis et utilibus, realibus et personalibus actionibus, promittens vobis... [*Formules de droit.*] — Actum apud dictum Hospitale, in fornello, coram dominis : Deodato Roberti, Raymundo Marie, presbyteris, Geraldo Revelhaca milite, fratre Bernardo de Campanhac cellarario, Petro Peirolas, fratre Petro Costoli, laicis et fratribus dicti Hospitalis, testibus presentibus..., et coram me Guillermo Dolcivi, notario publico domini regis Francorum in Gaballitano, qui, *etc.*

Cui carte seu litere erat signum apposidum et bulla plumbea appensa videlicet similis per omnia proxime superiori [1].

71.

1262, 20 juin. Belvézet. — *Transaction entre Guillaume de Belvézet et le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Compromissum Guillermi de Belvezer. — Notum sit universis presentibus et futuris quod anno Domini M°CC° LX° II°, mense junii, die martis ante festum beati Johannis Babtiste, Ludovico, rege Francorum, regnante. Compromiserunt in dominum Lordetum de Chirac, militem et fratrem domus Hospitalis d'Albrac, et Radulphum d'Albiac et B. Pelardit, bajulum domini de Calmon, Guillermus de Belvezer pro se et fratribus suis ex una parte, et dominus D. Grimaldi, dompnus dicti Hospitalis, pro dicto Hospitali ex altera, super petitionibus et questionibus, quas movebat adversus dictum Hospitale seu movere intendebat dictus Willermus de Belvezer super fazendam de

1. V. l'acte n° 49.

2. Arch. départ. de l'Aveyron, H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 35, fol. LXI r°-LXII v°.

Digitized by Google

Calmlonga et fazendam de Landa Johan ; et utraque pars promiserunt per stipulationem et sub pena M. solidorum Ruthenensium a partibus ad invicem stipulata inter se et promissa, prestito juramento, sacrosanctis quatuor evangeliis corporaliter tactis, quod dictum predictorum arbitrorum firmiter in perpetuum observarent et tenerent quidquid ipsi ad quecumque modo et loco et quacumque hora dicerent seu componerent aut amicabiliter diffinirent ; et hoc juravit dictus Guillermus et Drogo, frater suus ex una parte ; et pro dicta pena solvenda, si necesse fuerit, fidejussit pro ipsis dicto dompno prefati Hospitalis B. de Fons ; et pro parte dicti Hospitalis juraverunt P. Saltels presbiter et P. de Peirolis, frater Hospitalis ; et pro pena solvenda, si neccesse fuerit, fidejussit pro Hospitali Guillermo de Belvezer Guillermus de Mandalhas ; et quocienscumque aliqua partium contra dictum predictorum arbitrorum sua temeritate venire presumpserit, tociens pars dicto arbitrorum inhobediens vel contradicens parti hobediendi et dictum servanti penam persolvere teneatur, dicto tamen predictorum arbitrorum in sua durabili firmitate permanente.

Supranominati vero arbitratores et amicabiles compositores, cum diu coram ipsis fuisset super premissis a partibus litigatum, apud semetipsos habita bona fide, amicabili deliberatione, rationibus et positionibus et allegationibus et responsionibus et atestationibus a partibus hinc et inde propositis auditis et diligenter inspectis, Xristum per occulis habentes, dictum sive arbitrium suum pronunciaverunt seu promulgaverunt taliter inter partes dicentes : quod dictus Guillermus de Belvezer, pro se et fratribus suis, solvat et quitet fratribus predicti Hospitalis quidquid juris aut actionis sive petitionis habet vel habere debet seu habere visus est ipse et sui antecessores in toto territorio de Calmlonga et territorio de Landa Johan, retento sibi et [h]abitatoribus de Belvezer usu herbarum sive pasturalium, tamen sine tala pratorum et bladorum a rivo qui nominatur de Sostanso usque ad stratam de la Peirieira et usque ad territorium, quod nominatur de la Geta. Quod dictus Guillermus, ad mandatum arbitrorum, statim

Digitized by Google

solvit et quitavit predictis fratribus Hospitalis, salvo tamen toto jure condominorum suorum castri de Belvezer et majoris dominii. — *Item* dixerunt quod dictus dompnus dicti Hospitalis pro se et fratribus dicte domus solvat et quitet Guillermo de Belvezer qui[d]quid juris et actionis et proprietatis dicta domus Hospitalis habet vel habere debet seu habere visa est a broa que est subtus stratorium quod dicitur de Pelhuca, que broa protenditur a passu, qui passus est supra Roca corba, versus rivum de Sostansso et descendit dictus rivus usque in rivum de Boralda, et sub passu predicto de Roca corba descendit quidam rivulus usque in rivum de Boralda, quicquid infra predictos terminos habet dicta domus solvat et quittet dicto Guillermo ; exepto prato delz Azagatz, cum ingressibus et egressibus suis libere et quiete, quod dicte domui retinemus ; et retento infra dictos terminos usu herbarum seu pasturalium ad opus dicte domus usque ad castrum de Belvezer, tamen sine tala pratorum et bladorum et aliarum culturarum. Quod si mansio in dicto castro in tribus locis fieret sive tres fossi aut tres familie in eodem castro habitarent, non debent animalia dicte domus causa pascendi infra dictos terminos aliquatenus introire. Et ad mandatum dictorum arbitrorum dictus dominus, habito fratrum dicte domus concilio et assensu, dicto Guillermo, prout supra determinatum est, ea que habebant infra dictos terminos bona fide solvit et quitavit, Et ambe partes renunciaverunt omnibus juribus et legibus generalibus et specialibus, divinis et humanis, canonicis et civilibus, scriptis et non scriptis, confectis et conficiendis et omnibus exeptionibus et constitutionibus, usibus et consuetudinibus et omnibus consiliis et auxiliis et privilegiis, quibus contra predictum arbitrium sive compositionem venire possent ipsi aut aliqui eorum nomine sive dictum arbitrorum aliquatenus impedire. — Et nos supradicti arbitratores Lordetus et Radulphus et B. tali compositione dicimus et precipimus quod super his sit perpetua pax inter ipsos ; at partes responderunt : Fiat, fiat, et dictum approbaverunt. — Acta sunt hec sub castro de Belvezer, prope furnum. — Testes sunt : Tomas, R. Maria, P. Saltels, Guillermus de Ro-

Digitized by Google

colis, Aldebertus, Hugo del Boi, B. Peliciers, fratres Hospitalis, P. d'Estan, Olricus, Deodatus Cortada, P. de Sancto Amancio, Guillermus de Boraldeta, Guillermus et B. d'Erizzac,et ego magister Deodatus Francia, publicus notarius domini de Calmon, qui hec vidi et audivi et hoc instrumentum composui et signum meum apposui.

72.

1262, 23 octobre. Laguiole. — *Engagement fait à l'Hôpital d'Aubrac par Guillaume de Belvézet de redevances au mas de la Fabrègue* [1].

Anno ab incarnatione Domini M° CC° LX° II°, X° kalendas novembris. Sit certum cunctis presentibus... quod Guillermus de Bellovisu, domicellus, bona fide... obligavit et pro pignore tradidit Hospitali de Altobraco et P. Peirolas, donato dicti Hospitalis, presenti et recipienti nomine dicti Hospitalis, silicet II. sestaria bladi censualia, silicet : I. sestarium siliginis et alterum sestarium avene ad mensuram Spelei et VII. solidos Ruth. censuales : que II. sestaria et dictos VII. solidos confessus fuit se habere in manso qui vocatur la Fabrega, qui mansus est in parrochia ecclesie Beate Marie de Condor ; et dictus mansus confrontatur, ut dicitur, ex una parte cum manso dicte ecclesie et ex alia cum manso vocato lo Pueh et ex alia cum manso vocato la Rigaldia ; que II. sestaria et dictos VII. solidos Ruth. obligavit et titulo pignoris tradidit dicto Hospitali et dicto P., recipienti nomine dicti Hospitalis, pro D. solidis Podiensibus, quos confessus fuit plene et integre habuisse ab ipso P., nomine dicti Hospitalis, renuncians dictus Guillermus... ; et promisit dictus Guillermus dicto P. stipulanti..., pro se et heredibus suis, prestito juramento, se nunquam repetiturum nec quoquo modo recuperaturum predictum censum, donec dicto Hospitali vel alteri [2], nomine ipsius Hospitalis, de dicta peccunia ab eodem Guillermo solvendo et numerando fuerit sastisfactum... — *Item* dictus Guillermus reco(n)gnovit

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettre D, Num° VII, liasse XXXV titre 1er et n°s 27, 31 et 45. — V. l'acte n° 81. — 2. *Ms.* alerii.

Digitized by Google

et confessus fuit se tenere in feudum honoratum quicquid juris habet vel habere potest vel debet in dicto manso a dicto Hospitali, salvo jure alterius. — Actum apud Gliolam, in domo Guilhalmonis. — Testes fuerunt vocati et rogati : dominus R. Marie, presbiter et frater dicti Hospitalis, Guilhalmonus, Yterius Bonafos domicellus, P. Fabri, Johannes Malotz, P. Gavaldas, B. del Pueh, B. Primairas, Et ego R. de Milicia, publicus notarius castri Glesiole et tocius mandamenti, qui *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

73.

1262, 18 décembre. Gabriac [1]. — Bail à fief par Durand Grimaldi, domp de l'Hôpital d'Aubrac, du consentement de Guillaume « de Ecclesia » prêtre, de Guiral Revelaca chevalier et de Guillaume d'Albiac, damoiseau, frères de l'Hôpital d'Aubrac, à Déodat, Raimond, Guillaume, Guiral, Pierre et Bernard Guitberti, frères, de la moitié par indivis du mas de Lenso, paroisse de Saint-Affrique, confrontant avec le mas de Lavaur, terre de Rostang, de Boissojols et terre de l'église de Saint-Affrique ; n'est pas comprise dans le bail une maison que l'Hôpital se réserve. Droit d'entrée : 22 livres 10 s. Rod. Censive annuelle : 10 s. Rod. et une géline, à la Saint-André, pour les prés faits et à faire « e las bartas », cazals, moulin, aire-sols, maisons et jardins ; et le quart des fruits sur le restant. Droit de lods et ventes : 1 denier par sol. — Fait à Gabriac, maison de B. de Ulmo, présents : Gallard de Gabriac, Ratier clerc, B. de Ulmo, P. Catalas, S. Richonie, U. Airaldi, W. de Ulmo, Rostang de Boissojols. — Notaire recevant : Bérenger Gallardi, not. de Laissac. — [*Seing manuel du notaire.*]

74.

1262. — *Compromis et sentence entre l'Hôpital d'Aubrac et Ramond de Meyrueis au sujet de terres situées à Saint-Saturnin* [2].

Compromissum et pronunciatio inter Hospitale et Ra-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie), coté lettres HH et n° 8 et IIII[e].

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n° 333 et 24, fol. 1 r°.

Digitized by Google

mundum de Mayrueys domicellum, videlicet quod idem domicellus habeat illam terre peciam, que est juxta pontem ecclesie Sancti Saturnini et juxta aquam Serre et confrontatur cum campo Ferros dicti R. et cum via publica, salvo quod idem R. solvat Hospitali medium quartum bladi. — *Item* adjudicantur dicto Hospitali due pecie terre, quarum una confrontatur cum dicta aqua Serre, cum prato Hugonis de Croset ; alia vero confrontatur cum campo Privati de Vebra et cum dicta aqua ; instrumento sumpto per Stephanum Maurelli juniorem, anno M° CC° LXII°, signato littera C.

75.

1263 (n. s.), 6 février. — *Bail à fief par R. Gaucems, damoiseau, du terroir de Monnet* [1].

Anno ab incarnacione Domini M° CC° LX° II°, VIII° idus febroarii. Conoguda causa sia alz presenz et alz esdevenidors que aquesta presen publica carta veirau ne auzirau que eu Raimonz Gauce[m]s, donzelz, a bona fe e sas engan, no forsatz, costrehz ne deseuputz ne per altra hopresion enduihz ne per altra soma d'aver ad aizo fazedor coromputz, anz de bon grat e de bon coraihge e de ma bona e propria voluntat, certz de dreh done et autorge adz acapte e per titul d'acapte et yn imphiteosim a te Raimon Marti et a ta moller et a totz los teus sucsesors presenz et esdevenidors, per far totas tas voluntatz, vendre, donar, alienar, permudar, establir en dot ho cumqueira, ho tot altra causa far, zo es a saber un camp el terrador da Monnet ; lo cals cams se cofronta daus le fermaria ab lo camp de Bertran Gary e del seihor en Guigo ab altre camp, e daus l'altras partz clau se ab la via publica per ond om va a la Capella et ab l'estrada que te vas S. Hadorni. Tot aquest camp sobredih ab sos intrars et ab sos issirs et ab tot zo que si aperte ne apertener si deu dinz los fines sobredihz, aisi com desobres es dih on melz

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettre D, n°s 288 et LXI. — Sommaire du même acte coté lettre D, cl. reg. coté n°s 333 et 24, fol. 1 v°.

Digitized by Google

pot esser entendut, pero exceptat cavallers e personas de cavallaria e maio e sirven de seihor de castel, to done e to autorge a benifizi et a pagesia per ·XX· solz de Rodanes que n'ai autz e resseuputz totz complitz de te, Raimon Marti davandih, per num d'acapte, si que men teih ben per pagatz e per aondos e ihamai non dirai que pagatz non sia e que ben per pagatz non sia e que ben per p[a]gatz no me meiha, si que renoncie cientalmen ad excepcio d'aver no nombrat e de non aut e de non resseuput e d'acapte no pagat e noi a fah, ni dih ne per adzenan noi farai nei dirai per que lo davan dihz acaptes meihz puosca valler ; e se plus val o plus pot valer aras ne per adzenan done to de bon dreh per num de do e per pura e per clara donacio entrelz vius, salvas e retengudas mas seihorias, zo es a saber : lo cart tot per ent[i]er delz blatz quel dihz cams gitara nei fructifiara en eis lo terrador, e qui ren ti demandava ne ti amp[a]rava el tot ho en alcuna partida, eu davam dihz R. promet te, per ferma e valedoira estipulacio e sub hobligacio de totz los meus altres bes, q[ue] [e]u ten serai guirenz a dreh de tot contradizen, si que se ren perdias nen metias per ampa[ram]en ne per demandamen que hom ni femena ti fezes, el tot ho en alcuna partida, q[ue] eu to emendes sas tot plaih al teu somonimen, ho se negus dreih o alcuna leis es escriha ho non escriha, civils o pretoria, reials ho personals, mixtas, canonica o divina ho alcuna razos ho costuma per que eu davan dihz R. Gaucems poges venir encontra, [e]u davan dihz R. renoncie al tot per ferma e valedoira estipulacio ab dos deners Roda[n]es quen deus donar cessals quadanz a Nadal, e vendas se o vendias de quec sol ·I· den. — Faih fo lo dia e l'an que desobres, el bescalm S. Maurel, em presencia et en testimoni : Andreu Dalfon, Bernart Teisedre, Jorda Buou, Peire Borihes, e me Esteve Maurel, publics notaris del castel de la Roca e de lapertenemen, que de mandamen de las dihas partz [h]anc cartam scripsi et meum signum aposui. — [*Seing manuel du notaire.*]

Digitized by Google

76.

1264 (n. s.), 1er mars. Marvejols. — *Sentence arbitrale entre le domp de l'Hôpital d'Aubrac et Raymond de Muret au sujet du cens et de la seigneurie du mas de Vernhecroze, paroisse de Saint-Laurent-de-Muret* [1].

In Dei nomine. Amen. Anno incarnationis Ejusdem Mo CCo LXIIIo, indictione VIa, kalendas martii, Ludovico, rege Francorum, regnante. Noverint universi presentes et futuri : Comparuit dominus Lordetus, miles Hospitalis Altibrachi, nomine domni Altibrachi ex una parte, et Raymundus de Mureto pro seipso ex altera, apud Marologium, coram domino Astorgio de Petra. Dixit Raymundus de Mureto coram vobis Astorgio de Petra se esse et bona sua in causa absolutionis pentionis, quam fecit contra ipsum dominus Durantus, preceptor domus de Altobraco, coram vobis ponendo se et sua domui predicte dedicari, et ad hoc ponit quod dictus Raymundus habet uxorem, et ponit [quod] habebat causam tempore quo dicit dictus preceptor se et sua Deo et dicte domui dedicasse, et ponit quod cognovit eam carnaliter ante tempus quo dicit dictus preceptor ipsum Raymundum se et sua contulisse domui predicte et filios procreaverat, et ponit quod habuerat uxorem ante tempus predictum et tenuerat per octo annos, protestatur quod non tenuisset ingressum nec quidquid [secutum] fuit ex eo ut obhiit ; petiit Raymundus responderi predictis posit[io]nibus, et facta recognitione, petiit acta omnia ut possit habere consilium et deliberare. — Assignata fuit dies de concensu partium. — Postmodum ipsa die facta fuit amicabili[s] compositio inter dictum dominum Lordetum, militem Hospitalis Altibrachi, nomine domus et conventus dicti Hospitalis ex una parte, et dictum Raymundum de Mureto ex altera, super predictis petitionibus, mediante nobili viro Astorgio de Petra, qui, perquisitis voluntatibus singulorum, determinando predictas questiones et componendo amicabiliter inter partes predictas dixit, voluit et precepit quod

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 16 r°, copie informe, XVIIe s. — 440, registre, fol. XII r°, copie informe XVIIe s.

Digitized by Google

dictus Raymundus det et dare teneretur terciam partem omnium bonorum suorum immobililium, ut in carta quadam cont[inentur] publica confecta per manum Guillermi Sudre, publici notarii [regii], dicte domus domno nomine ejus ; et hoc salvo voluit et precepit dictus dominus Astorgius quod dicti Hospitalarii et domus absolvant dictum Raymundum de Mureto ab omni petitione quam faciebant contra ipsum ; qu[am] compositionem predictam [utraque] pars laudavit et tenere promisit et voluit et juravit. — Actum apud Marologium, anno et die quibus supra, in domo nova Guillermi Ebrardi, presentibus testibus ad hoc vocatis : nobili viro Deodato de Canilhaco et domino Guillermo de Petra et Folqueto de Turre Mirando, militibus, et Ricardo et Lordeto de Chiraco, domicellis, et ego Durantus Vimeneti publicus notarius domini Pape et nobilis viri domini Astorgii de Petra et dominorum Montisrodati, [qui] *etc.*

77.

1264, 13 mai. Les Bourines [1]. — Bail à fief par frère Durand Grimaldi, domp de l'Hôpital d'Aubrac, du consentement des frères dudit Hôpital, savoir : Lordet chevalier, Guillaume « de Ecclesia » prêtre, P. Roca, Guillaume Bonet, P. Matatz, à Bernard de Ulmo du terroir de Belas Mentas, confrontant avec l'estrade (strata) de Gabriac à Palmas, « cum bola desotz la Broa de la Grefoleira sicut se extendit usque ad metam dels pratz apradatz da Dordo », pré dels Catz, terroir de Rofiac et terre de Rostagn de Boissuejols « sicut se extendit usque ad stratam predictam. » Droit d'entrée : 50 sols Rodanois. Cens annuel : 6 sols Rod. « in pratis et in pradals » ; et sur tout le reste, un setier « ras » de seigle, un setier d'avoine « comol », une émine de froment « raza », mesure de Gabriac, à la Saint-Michel, sans quart ni quint ; le preneur y construira les maisons qu'il voudra ; le bailleur se réserve « toltam seu questam... secundum usum terre aliorum nostrorum ho-

1. Arch. *dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. papier, coté lettres DD, n° 352 et III° XLVIII.

Digitized by Google

minum tali modo si tu faciebas ibi ignem et continuam mansionem cum familia tua..... » ; plus « usum pascendi animalium dicti Hospitalis perpetuo secundum usum aliorum nostrorum hominum », avec lods et ventes à raison d'un denier par sol. Les susdits frères ont approuvé et confirmé ledit bail. — Fait « apud domum de Leborinas », témoins : S. Veziani, D. Gozis, P. Carbonels, Guillaume de Ulmo. Notaire recevant : Bérenger Galhardi, not. de Laissac.

78.

1264, 31 mai. Salgues. — *Compromis et sentence arbitrale entre Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac d'une part, et Guillaume de Mandailles et n'Avinens, sa femme d'autre part, au sujet des mas de Saint-Jean et de Salguettes* [1].

Anno ab incarnatione Domini M° CC° LXIV°, pridie kalendas junii. Sit certum cunctis presentibus pariter et futuris quod cum questio, controversia, demanda seu rancura verteretur vel verti speraretur inter religiosum virum dominum Durantum, dompnum Hospitalis de Altobraco, pro se et conventu dicti Hospitalis, nomine ipsius Hospitalis ex una parte, et Guillelmum de Mandalhas et uxorem suam n'Avinens pro se et successoribus suis ex altera, et specialiter super controversiis, que habebant dicte partes super manso de S. Johan et super manso de Salguetas et super omnibus aliis controversiis expressis et non expressis, demandis, actionibus realibus et personalibus seu mixtis et quibuscumque aliis controversiis, que alteri parcium... competebant vel competere poterant usque in hodiernum diem, dicte partes compromiserunt amicabiliter, alte et basse in magistrum P. de [Roma], rectorem ecclesie de La Gliola, et B. Rotberti, rectorem ecclesie de Veitrac et ipsos arbitros, arbitratores [seu] amicabiles compositores dicte partes elegerunt, promittentes dicte partes sub pena L. librarum Ruth., a parte parti stipulata et promissa cum juramento prestito corporali de mandato dicti domini dompni a P. de Peirolas et a predictis Guil-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté lettre D et Num° V, liasse XXVIII, titre 3°.

Digitized by Google

lelmo et uxore sua quod quidquid dicti arbitri... dixerint, ordinaverint... super omnibus controversis universis et singulis predictis, totum illud inviolabiliter perpetuo observabunt, hoc addito quod pars inhobediens dictis seu recitatis a dictis arbitris solvat penam predictam parti parenti et hobedienti... Et pro pena solvenda et pro omnibus universis predictis et singulis complendis, atendendis et firmiter observandis fidejussores pro dicto domino dompno Geraldus de Merinhac, et eodem modo pro dictis Guillelmo et uxore sua fidejussit Martinus de Merinhac. — Actum apud Salguas, in domo sive in escura de n'Esclarmonda. Testes fuerunt vocati et rogati : dominus Lordetus, dominus D. Rotberti, capellanus dicti Hospitalis, Guillelmus d'Albiac, capellanus de Condor, fratres dicti Hospitalis, D. de Melarot presbiter, Gregorius. Et de voluntate et consensu dictarum parcium fuit dies continuata usque in crastinum.

Et in crastinum predicti arbitri, recepto in se compromisso, auditis racionibus,... dictarum parcium, dictum suum et voluntatem suam sub pena et juramento predictis, pro bono pacis et concordie, de concensu dictarum parcium in hunc modum protulerunt, videlicet : quod dictus Guillelmus et uxor sua predicta et heredes sui teneantur dare et solvere annuatim IV. solidos Ruthenenses dicto Hospitali, ratione census, pro manso predicto de S. Johan, videlicet pro pratis que modo possidet dictus Guillelmus in dicto manso, et XII. denarios Ruth. pro manso de Salguetas. — *Item* dixerunt predicti arbitri quod dictus Guillelmus et uxor ipsius et heredes sui teneantur dare et solvere dicto domino dompno et conventui dicti Hospitalis, nomine ipsius Hospitalis, annuatim ratione census et dominii pro prato del Teron V. solidos Ruth., ita tamen quod dictus dominus dompnus et conventus dicti Hospitalis teneantur dare et solvere annuatim XII. denarios de illis predictis V. solidis luminarie seu ecclesie beati Petri d'Aunac, quos XII. denarios dicta ecclesia d'Aunac debet habere super dicto prato. — *Item* dixerunt predicti arbitri quod dictus Guillelmus et uxor ipsius et heredes sui teneantur dare et solvere dicto Hospitali II. solidos Ruth.

Digitized by Google

pro territorio quod condam fuit fratris Hugonis Senhorel, quod territorium te[net] idem Guillelmus des Mossaur essai a parte del Castelnou. — *Item* dixerunt predicti arbitri et pronunciaverunt quod dictus Guillelmus et uxor sua quitent et solvant dicto Hospitali in perpetuum VI. copatas avene, quas idem Guillelmus et uxor sua predicta dicebant habere in manso predicto de S. Johan, et quod quitent et solvant in perpetuum predicto Hospitali l'alberc seu II. solidos et VIII. denarios Ruth. quos petebant idem Guillelmus et uxor sua et dicebant habere in manso de la Pojada, cum nichil coram ipsis arbitris super dicta avena o l'alberc seu denariis predictis probaverint sufficienter. — *Item* dixerunt predicti arbitri quod dictus Guillelmus et uxor sua et heredes ipsorum habeant, teneant et possideant omnia predicta, prout supra sunt scripta, a dicto Hospitali pacifice et quiete sub annuo censu memorato et quod solvant predictum censum dicto Hospitali annuatim circa festum beati Andree, ita tamen quod dictus Guillelmus et uxor sua predicta et heredes sui non possint dare, vendere, permutare seu alio modo alienare predictas possessiones militibus, clericis, locis religiosis et bajulis potentum sine voluntate et consilio dicti domini dompni et conventus predicti Hospitalis, et quod ita super premissis sit finis et pax in perpetuum inter dictas partes. Quod dictum et recitationem predictam utraque pars laudavit et verbis expressis approbavit. — Actum apud Salguas, in camera predicti Guillelmi. Testes fuerunt vocati et rogati : dominus Lordetus, Guillelmus d'Albiac, fratres dicti Hospitalis, P. de Peirolas, Bernardus de Fonte, Besseira, Poncius Balitrans, P. Massalop, Guillelmus Rotavolp, B. Farina, et eguo R. de Milicia, publicus notharius castri Glesiole et tocius mandamenti, qui *etc.*. — [*Seing manuel du notaire.*]

Digitized by Google

79.

1264, 24 août. Riutortet ; 4 septembre. Marvejols. — *Compromis et sentence arbitrale entre Durand, domp d'Aubrac, et Mirand de Chirac, damoiseau* [1].

Compositio Hospitalis et Miraudi de Chirac. — In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LXIV°, indictione VI^a^, Ludovico, rege Francorum, [regnante], O., episcopo Mimatensi, IX kalendas septembris. Noscant presentes et futuri quod dominus Durantus, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, nomine ipsius Hospitalis ex una parte, et Mirandus de Chiraco domicellus ex altera compromiserunt super omnibus questionibus, queri moniis et rancuris quas inter se habebant vel habere poterant in nobilem virum dominum Austorgium de Petra tanquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem, promittentes sibi invicem dicte partes sub pena X. librarum Viennensium, que fuit a parte parti per stipulationem promissa, stare et sequi dictum et cognitionem predicti domini A. ; hoc acto inter partes quod idem dominus Austorgius procedat de plano, si voluerit, observato ubi voluerit juris ordine et ubi voluerit penitus pretermisso, omni die, omni hora, licet feriato vel non feriato, et quod partes veniant ad diem vel ad dies, locum et loca ab ipso domino A. assignandos vel assignanda, et quod teneantur reddere pignora ipsi domino A. ratione expensarum, quas idem dominus A. faceret ratione sui scriptoris vel assessoris ; hoc etiam acto quod pena predicta commissa et exacta, si committi contigerit, dictum seu arbitrium ipsius domini A. in sua semper permaneat firmitate et ita tenere et observare et contra non venire predicte partes promiserunt et juraverunt, renuntiantes juri dicenti : *compromissum cum jurejurando non debere vallari*. Fidejussit pro pena et dicto servando pro domino dompno penes dictum M. dominus Guillermus de Marcastello, miles, qui renunciavit principali ; et pro dicto M.

1. Doat 134, fol. 150-152, « extrait d'une grande peau parchemin ». — *Livre des transactions*, n° 32, fol. LVIII r°-LIX r°.

Digitized by Google

fidejussit penes dictum dominum dompnum Poncius dels Salhens, qui renunciavit eo modo quo supra. — Actum apud Riutortet, in platea. — Testes interfuerunt ad hoc vocati : frater Stephanus Blancs et Johannes del Coforc et dominus Folquetus de Turre, miles.

Et post modum anno quo supra, pridie nonas septembris, indictione VI[a], Ludovico, rege Francorum, [regnante], O., episcopo Mimatensi. Noscant presentes et futuri quod nos Austorgius, dominus castri de Petra predictus, in nomine Domini, perquisita parcium voluntate, ob bonum pacis, statuimus et ordinamus et volumus quod dictus dompnus de Altobraco, nomine ipsius Hospitalis, desamparet et quittet ipsi Mirando et suis in perpetuum omne jus et demandamentum, quod poterat facere contra ipsum usque in diem presentem ratione M. et D. solidorum Podiensium, quos ab ipso petebat vel quocumque alio modo aut ratione medietatis mansi de Las Ressenadas et pertinentiarum, quam dicebat idem dompnus ad se, nomine Hospitalis predicti, pertinere, quod et fecit in continenti. — *Item* voluimus et statuimus quod, ratione predictarum quitationum scilicet denariorum predictorum et mansi predicti, videlicet medietatis de Las Ressenadas, dictus M. solvat annuatim per se et suos heredes in perpetuum dicto Hospitali et preceptori ejusdem V. sextaria bladi siliginis bone et convenientis ad mensuram Chiriacensem et V. solidos Podiensium cum dominio in festo Omnium Sanctorum censuales. — *Item* voluimus et statuimus quod dictus Mirandus quittet et desamparet omnem questionem, quam habebat vel facere poterat contra dictum Hospitale ratione mansi de Las Planhas, et quod dictus mansus ad dictum Hospitale de cetero pertineat pleno jure ; et hec omnia observari precipimus in perpetuum sub commissione dicte pene et religione prestiti juramenti ; quod dictum promulgatum a nobis et recitatum utraque pars laudavit et approbavit et promissit se numquam contra predicta venire aliquo jure vel aliqua ratione vel contra aliquid de predictis et quod omnia instrumenta, si que sunt obligatoria facta inter partes, nullam de cetero obtineant firmitatem et quod sint cassa et irrita et nullius

Digitized by Google

valoris existant. — Actum apud Marologium, in domo Templi. — Testes interfuerunt ad hoc vocati : magister Stephanus Bacaldos et Poncius dels Salhens domicellus et dominus Geraldus Revelhacas et Bernardus Moltos et Willelmus Baralha et ego Durantus Vimeneti, publicus notarius domini Pape et domini Astorgii de Petra et dominorum Montis rodati [1], *etc.*

Cui [2] carte seu littere erat signum appositum et bulla plumbea, in qua erat ab una parte aquila impressa in quodam scuto in medio ipsius bulle, in cujus circumferentia erant tales litter : † *S. Astorgii de Petra* ; item et ab alia parte erat quoddam castrum impressum in medio ipsius bulle, in cujus circumferentia erant tales littere : † *S. Astorgii de Petra.*

80.

1264, 24 août. Rieutort ; 4 septembre. Marvejols. — *Compromis et transaction entre Durand, domp d'Aubrac, et Pons des Salhens au sujet du mas des Salhens* [3].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M°CC° LXIV°, indictione VI^a^, Ludovico, rege Francorum, [regnante], O., episcopo Minatensi, IX kalendas septembris. Noscant presentes et futuri quod dominus Durantus, [dompnus] Hospitalis Beate Marie de Altobraco, nomine ipsius Hospitalis ex una parte, et Pontius delz Salhens ex altera compromiserunt super omnibus controversiis et querelis, quas habebant inter se vel habere poterant, in nobilem virum dominum A. de Petra, tanquam in arbitrum..., promittentes sibi invicem dicte partes sub pena X. librarum Viennensium, que fuit a parte parti promissa et stipulata, stare dicto et cognitioni ipsius domini A. super omnibus querelis ; hoc acto inter partes predictas quod idem dominus A. possit cognoscere de plano et sine strepitu judicii, observato juris ordine...; et fidejussit pro dicta pena et dicto servando pro dicto domino domno penes ipsum Pontium Petrus da Vabres..., et pro dicto Pontio penes dominum domnum dominus Azemarius de

1. *Livre des trans.* Montis rosati. — 2. Ce qui suit est tiré de Doat.

3. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, copie informe, pap., cotée H. et n° 167.

Digitized by Google

Moreriis miles... — Actum apud Riutort. — Testes interfuerunt ad hoc vocati, in carreria dicti mansi : dominus Folquetus de Turre miles, et S. Bacaldos, et Hugo Deodati, jurisperiti, et dominus Petrus Chalvet presbiter et Philippus de la Besseyra.

Et consequenter, anno Domini M.CC°LXIV°, indictione VI^a^, Ludovico, rege Françorum, [regnante], O., episcopo Mimatensi, pridiè nonas septembris. Noscant presentes et futuri quod nos A., dominus castri de Petra, arbiter... super dictis omnibus querelis seu controversiis, visis et auditis que [predicte] partes coram nobis proponere voluerunt, habitoque super hoc prudentum virorum consilio, in nomine Domini, dictum nostrum seu voluntatem dicimus et statuimus in hunc modum... scilicet : quod ratione octave partis mansi dels Salhens, siti in parrochia de Nabinals, et ratione juris quod dictus Pontius dels Salhens habebat in dicto manso et pertinentiis seu visus est habere aliquo jure seu aliqua ratione, dictus domnus de Altobraco et ipsum Hospitale det, solvat, dare et solvere teneatur annis singulis de cetero in futurum, in festo Omnium Sanctorum, ipsi Pontio suisque heredibus C. solidos Pod. vel monete equipollentis ; et quod idem Pontius solvat et quittet ipsi domno, nomine ipsius Hospitalis, et ipsi Hospitali omne jus et demandamentum quod in dicto manso facere poterat usque in diem presentem, jure aliquo seu aliqua ratione. Et hoc fieri precipimus a dictis partibus sub comissione dicte pene et religione prestiti juramenti, quod dictus Pontius fecit in continenti ; hoc salvo quod si dictus Pontius vellet vendere predictos C. solidos, quos percipiet de cetero in dicto manso, quod Hospitale de Altobraco habeat prerogativam quod possit habere dictos C. solidos eodem pretio quod ab aliis inveniret, scilicet ut tantum daret dictum Hospitale in dictis C. solidis quantum et alius emptor sine fraude vellet dare, salvo laudimio domini castri de Petra. Et est sciendum quod predictos C. solidos, quos dictus Pontius percipiet de cetero in dicto manso, tenet a nobis A., domino castri de Petra ; quos dictos C. solidos, si dictum Hospitale emeret, nam hoc sibi concedimus et

Digitized by Google

illos tenebit a nobis et tenere debebit. Quod dictum recitatum utraque pars laudavit et approbavit... — Actum apud Marologium, in Templo, testes interfuerunt : domini Pelamorgue, milites, Aldebertus de Petra clericus, magister Stephanus Bacaldos jurisperitus, et dominus S. d'Alborsol presbiter et Bernardus Moltos et Michael de Gano et ego D. Vimeneti, notarius publicus domini Pape et domini A. de Petra, habitatoris Montisrotati... hanc cartam scripsi et subscripsi et signum meum apposui atque bullam domini A. de Petra predicti.

81.

1264, 22 septembre. — *Vente faite par Guillaume de Belvézet de censives au mas de la Fabrègue* [1].

Anno ab incarnatione Domini M° CC° LX° IV°, X. kalendas octobris, regnante illustri domino A., comite Pictavi et Tholose. Sit certum cunctis presentibus... quod eguo Guillermus de Bellovisu, domicellus... vendo... nomine et titulo mere ac perfecte venditionis... Hospitali de Altobraco et dompno... et vobis P. de Peirolas, donato dicti Hospitalis presenti et recipienti pro vobis et Hospitali... videlicet unum sestarium siliginis et aliud sestarium avene censualia et VII. solidos Ruth. censuales, que habeo super toto et universo manso vocato la Fabregua, qui mansus est in parrochia ecclesie de Condor, pro precio XL et IV. librarum Podiensium, quas habui et recepi a dicto domino dompno... Et confiteor et reco(n)gnosco quod omnia que habebam in dicto manso tenui a dicto Hospitali in feudum honoratum... ; volens et concedens quod coloni seu pagesi dicti mansi teneantur dictum censum vobis et dicto Hospitali solvere quolibet anno, quando a vobis vel ab alio nomine dicti Hospitalis fuerint requisiti. — Actum apud Gliolam, in domo Deodati Bertuol. — Testes fuerunt... : dominus capellanus de Condor, frater dicti Hospitalis, Guillelmus Alazartz, P. Rozerguas, Barreira, Estevenis Torniers, Poncius Bocafera domicellus. Et eguo R. de Milicia, publicus notarius castri

1. *Arch dep de l'Aveyron*, H., Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté lettre E. Num° VII, liasse XXXV, titre 2 et n° 46. Copie informe papier, non cotée. — V. l'acte n° 72.

Digitized by Google

Gliole et totius mandamenti, qui *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

82.

1264. — *Ratification de la donation faite à l'Hôpital d'Aubrac d'un mas sis ès appartenances de La Roque-Valzergue* [1].

Ratifficatio Ramundi Gaucelini domicelli donacionis facte per Guillermam de Riba, matrem dicti Ramundi, Hospitali de manso del Savinha, in quo dominus comes Tholosanus recipit medium quartum, sito prope locum Ruppis Vallissergie ; confrontatur ab ortu solis cum via veteri, qua transitur ad mansum de Cadeneda, et ab occasu cum via, qua itur de Monneto ad Sanctum Genesium, et protenditur usque ad stratam, qua itur Ruthenis, et confrontatur cum terra Bertrandi Gari. Alie confrontationes plures sunt in instrumento de his sumpto per Stephanum Maurelli juniorem, anno M° CC° LXIIII°, signato littera F.

Queratur novum accapitum de dicto manso per Hospitale factum.

83.

1264 [.....]. Les Bourines [2]. — Bail à fief par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Hugues Ga[de], de la moitié par indivis du pré de Botieiras, par. de [Vimenet], confrontant avec pré de B. d'Artiz, relevant dud. l'Hôpital, et pré du susdit Hugues Ga[de]... P. de Montanhac. Droit d'entrée : 20 s. Rod. Censive annuelle à la Saint-André : 2 den. Rod. Droit de lods et ventes : 1 den. par sol. — Fait « apud Eborinas », présents : Guillaume « de Ecclesia » prêtre, Hugues Montanha prêtre, Lordet, Hugues de Monteils, chevaliers. — Notaire recevant : Astruc de Agazsaco, not. de Palmas. — [*Seing manuel du notaire.*]

84.

1265, 22 octobre. Les Bourines [3]. — Bail à fief par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Bérenger et à Pierre de Bellovisu, de Vonco, du mas dels Masels, paroisse de

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°° 333 et 24, fol. 2 r°.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., en partie rongé (charte partie), coté lettre S, n° 123 et VIIc IIIIxx VIII.

3. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté F, n° 344 et III° XLV. — V. l'acte n° 65.

Digitized by Google

Gabriac, confrontant avec terres d'autre mas dels Masels des religieuses du Monastère-sous-Rodez et terres des mas de Bosco, de Cantaloba et de Cavapa. Droit d'entrée : 110 s. Rod. Censive annuelle : 1 set. froment, 1 set. seigle et 1 set. avoine, mesure de Vonco, à la Saint-Michel. Manœuvre : « unum jornal hominis faciendum in pratis de Leborinis, quolibet anno, e segazos » ; une géline par maison à construire sur ledit mas ; droit de pacage et de forestage dans ledit mas, réservé à l'Hôpital ; sans quart ni quint. — Fait « in sala de Eborinis », présents : Guion de Coforc, P. Aimonis, Guitbert Jordani, P. Ademarii, chevaliers, Hugues Montanha, Guillaume « de Ecclesia », prêtres, Pons Guion. — Notaire recevant : Astruc de Agazsaco, not. public de Palmas.

85.

1265. — *Cinq reconnaissances féodales de terres situées ès appartenances de La Roque-Valzergue et parvenues à l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Recognitio Bernardi Mayre parrochie de Cappella Ago, facta Hugoni d'Aurela, filio quondam domini Guillermi d'Aurela, de omnibus que tenet in emphiteosim in manso del Croset Gago, excepto campo del Ficat, qui est Sancti Petri de Caneto, prout confrontatur cum terris Ramundi Berengarii, Pe[tri] Carbonelli, Bernardi del Triador : in quibus sunt tres orti et due seicheyrate prati in duobus locis, sub censu unius sestarii avene, IIII^{or} sol. Ruth. et quartorum omnium fructuum, arboribus exceptis nisi fuerit vinea, exceptis etiam ortis et pratis.

Ibidem Petrus Carbonelli parrochie predicte de Cappella recognovit dicto Hugoni d'Aurella omnia que habebat in dicto manso del Croset Gago, et sui confines confrontantur cum terris mansi de Solatges et cum levers daus Pomayrols et cum territorio de la Coleta et cum terra mansi de Lalsoliere (*sic*), sub censu unius sestarii avene mensure Sancti Genesii et quinti omnium fructuum, exceptis arboribus ut in precedenti.

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^{os} 333 et 24, fol. 1 v°.

Digitized by Google

Item Ramundus Armengaus, Poncius et Guillermus Hermengaus recognoverunt dicto Hugoni quitquid habent in manso del Serre, parrochie de Ma[r]nhaco, prout confrontatur cum terra mansi de la Obregia et de la Roqueta, sub censu XIIII. den., unius emine avene mensure de Ruppe.

Item Ramundus et Poncius Hermengaus recognoverunt eidem Hugoni unam vineam et unum ortale, sita in dicto manso, confrontantur cum terris domini Ramundi de Crolio (*sic*) et delz Hermengaus, sub censu unius emine avene.

Ramundus de Brolio presbiter, Ramundus del Croset et Stephana, uxor Ramundi, recognoverunt Hugoni d'Aurela predicto omnia que habent in manso del Serre dicte parrochie de Marnhaco, superius confrontat[o], sub censu III. eminarum avene mensure de Ruppe, III. solid. ; instrumento sumpto de supradictis V. recognitionibus per Astrugum de Agassaco notarium ; cui deffuncto Berengarius de Agassaco sig[navit] et sub anno M° CC° LXV° ; et signatur littera E.

Sciendum quod Hospitale successit in his per medium nobilis sorroris Dulcie d'Aurella, religiose dicti Hospitalis. Et fuerunt facte alie nove recognitiones eidem Hospitali.

86.

1266, 6 avril. Les Bourines [1]. — Bail à fief par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Guion, Jean, Pierre et Guiral de Campros, frères, de Vimenet, du mas de Cuje (Cuja), paroisse de Vimenet, confrontant avec le ruisseau de Cuje, terre dels Aldebertencs, chemin de Vimenet « versus teulam del Cause » et terre du mas de la Borgada : droit d'entrée : 50 sous Rodanois ; censive annuelle : 4 set. froment, 4 set. seigle, 7 set. avoine, à la Saint-Michel, 5 sous Rod. à la Noël et une géline par feu ; sans quart ni quint ; droit de lods et ventes : 1 denier par sol. — Fait dans l'église « de Eborinas », présents : Lordet, Guion Dominis,

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie), cote lettres AA, n° 117 et VII° LVI. — V. l'acte n° 58.

Digitized by Google

P. Ademarii, chevaliers, Guillaume « de Ecclesia », prêtre, R. de Garda. — Notaire recevant : Astruc de Agazsaco, not. public de Palmas et de l'Hôpital d'Aubrac. — [*Seing manuel du notaire.*]

87.

1266, 6 avril. Les Bourines [1]. — Bail à fief par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Etienne del Moli de la moitié par indivis du mas Daguez, que ledit Hôpital a eu de feu Etienne Daguez, l'autre moitié appartenant à R. de Rupe, chevalier ; le susdit mas, dans la paroisse de Vimenet, confronte avec terres des mas de Podio et de la Raolfia. Droit d'entrée : 10 s. Rod. Censive annuelle : 3 set. froment et 4 set. avoine, mesure de Vimenet, à la Saint-Michel ; une géline par feu, à la Noël ; sans droit de quart ni de quint. Droit de lods et de ventes : 1 den. par sol. — Fait dans l'église « de Eborinas », présents : Lordet, Guion Dominis, P. Ademarii, chevaliers, Guillaume « de Ecclesia » prêtre, R. de Garda. — Notaire recevant : Astruc de Agazsaco, not. public de Palmas et de l'Hôpital d'Aubrac.

88.

1266, 26 avril. — *Reconnaissance et hommage faits au seigneur de Saint-Juéry par le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Recognitio domini de Chalier prima quam dominus de Chalier habet sigillatam sigillo Hospitalis de Altobraco et secundum istam fecit recognitionem dominus Durantus in loco de Ferrayrolis. — Noverint universi presentem litteram inspecturi quod nos Durantus, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, de concensu et voluntate fratrum nostrorum, tenemus et in veritate recognocimus nos tenere pro nobis et nostris successoribus universis et nomine ipsius Hospitalis a vobis G. de Chalerio, domino castri superioris Sancti Jorii, in feu-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté lettre X, n° 125 et VII° LXIIII.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 48, fol. LXXXXVI v°.

Digitized by Google

dum francum mansum Bereschet cum pertinenciis suis, situm in parrochia Sancti Laurencii. Qui mansus predictus fuit condam domini Mayngot militis ; qui dictus Mayngot dedit dictum mansum pro helemosina donatione inter vivos sepedicto Hospitali, et dicto Mayngot vivente et presente et deferente habitum dicti Hospitalis, dictum Hospitale possedit dictum mansum pacifice et quiete et adhuc possedit ; et pro predicto manso fidelitatem promitimus vobis domino G. de Chalerio militi, recipienti pro Robberto filio suo et nomine ipsius Robberti, domini castri superioris memorati pro nobis et nostris successoribus et nomine ejusdem Hospitalis. Hanc autem recognitionem quilibet nostrorum successorum debet facere semel, ut tenetur, ab eodem domino requisitus. — Datum die lune post festum beati Marchi evangeliste, mense aprilis, anno Domini M° CC° LXVI. — In cujus rei testimonium presentibus litteris sigillum Hospitalis duximus apponendum.

89.

1266, 7 mai. Aubrac [1]. — Bail à fief par Durand [2], domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Besseria, de Salgues, du territoire ou fazenda dit Montagne dal Bes, paroisse de Saint-Chély (Sancti Elegii), confrontant avec le mas del Quier, du chef avec l'estrade ancienne, le mas de Cols qui appartient à Bernard de Cerfeus, et le ruisseau de Regausso. Droit d'entrée : 100 s. Rod. Censive annuelle : le quint des blés ; 12 d. Rod. pour chaque « chechorata » de pré qui s'y trouvera et une géline par maison à y construire du consentement du bailleur, à la Noël... — Fait à Aubrac, présents : led. domp, Pierre de Peyroles, baille del Serre. — Notaire recevant : Deodat Boadonis, not. dudit Hôpital.

90.

1266, 20 mai. Salecroup ; 17 juillet. Bonnefon ; 27 août. Calmlonga. — *Compromis, ratification de compromis et sentence arbitrale, portée par A. de Peyre, au sujet des dif-*

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Vidimus parch. du 6 septembre 1372, coté FFF, n° 97 et Num° VII, liasse XXXIII, titre 4. — 2. *Ms.* Deodatus.

Digitized by Google

férents entre Guillaume d'Estaing, Maurin de Roquelaure et Guibert de Cruéjouls d'une part, et Durand, domp d'Aubrac, d'autre [1].

COMPROMISSUM HOSPITALIS ET DOMINORUM SANCTI HELEGII. — In nomine Domini. [Amen.] Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LXVI°, indictione VIII^a^, Ludovico, rege Francorum, regnante, O., episcopo Mimatensi, existente, die jovis post octavas [2] Penthecostes. Noscant presentes et futuri quod nobilis vir Guillelmus de Stagno et dominus Guirbertus de Cruejols et dominus Maurinus de Rocalaura pro se ex una parte, et Durantus, dompnus Hospitalis de Altobraco, nomine ipsius Hospitalis, cum consensu et voluntate conventus dicti Hospitalis, scilicet : domini Geraldi Revelhacha et Lordeti et Guigonis Dumini et Deodati Rotberti et Deidonati et P. de Peirolis et Guill^elmi de Petra et Deodati Capio et capellani de Vilaro et P. Costoli et Bernardi Peccorerii et P. Girbaldi et Hugonis Cancelli et Stephani Servientis et Ambrosii, fratrum dicti Hospitalis, ex altera, compromiserunt in nobilem virum A., dominum de Petra, tanquam in arbitrum..., super rancura seu discordia, que vertebatur inter eos vel verti sperabatur ratione herbarum et herbagiorum et aliis quibuscumque rebus, stare dicto suo et omnimode voluntati ipsius, prout incipit claudi et terminari ab oratorio dicti Hospitalis versus molendinum dicti Hospitaliis et dirigitur versus Ruscles et prout conjungitur cum aqua de Mossaur et descendit per ipsam aquam de Mossauro usquequo conjungitur cum terra domini de Calomonte, et iste confrontationes versus meridiem ex una parte sunt, et ex alia parte incipiunt dicte confrontationes ad dictum oratorium dicti Hospitalis et protenduntur usque in rivum qui dicitur Aqua [2] de Guillelmo et prout descendit per ipsum rivum quousque conjungitur cum territorio dicti domini de Calomonte, licet alodium prescriptorum dominorum extendat se ulterius ad plures partes et in

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 30, fol. LII v° — LV r°. *A la marge et en tête* : Correcta ; Correctum est cum originali. — Sommaire du même acte coté C., cf. reg. n° 19, fol. 1 r°. — Doat, 134, fol. 153-159, copie d'après la grosse originale. — Abbé Deltour, *op. cit.* p. 56. — 2. *Livre des trans.* : festum ; — aque.

Digitized by Google

diversis locis ; compromiserunt, inquam, predicte partes in dictum dominum A. stare dicto suo et omnimode voluntati super premissis quidquid dictus Dominus A. super premissis dicat, statuat et arbitretur et pronunciet, diebus feriatis vel non feriatis.., et ita voluerunt et promiserunt dicte partes quod dictum ejus et voluntas semper obtineat perpetui roboris firmitatem. — *Item* promiserunt predite partes eidem domino A. stipulanti tenere dictum semper et voluntatem ipsius..., sub pena C. librarum Viennensium, que pena fuit a partibus predictis. . eidem domino A. promissa et stipulata ; et quod ipse possit eas retinere seu donare dictas C. libras Viennenses ubicumque voluerit, si predicte partes veniebant contra dictum ipsius seu voluntatem. — *Item* promiserunt predicte partes quod venient ad diem, dies, locum seu loca eis ab ipso domino A. assignandas seu assignanda. — *Item* fuit actum quod dictus dominus A. possit levare et percipere dictam penam a partibus predictis tociens quociens predicte partes venirent contra dictum ejus et omnimodam voluntatem. — *Item* fuit actum quod pena commissa et exacta, si comiti contigerit, nichilominus dictum ipsius domini A. et voluntas in sua semper permaneat firmitate. — *Item* promiserunt predicte partes et, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, ambe partes corporaliter juraverunt omnia predicta et singula se tenere semper servare et complere et contra non venire de cetero per se vel alium seu contra aliquid de predictis, aliquo jure eis competenti vel competituro ratione compromissi vel personarum recipientium in se compromissum. — *Item* fuit actum quod dictus dominus A. possit facere firmare et dictare presens compromissum generaliter et specialiter, si defectus aliquis in eo reperiretur, ad arbitrum alicujus sapientis vel sapientium, prout sapienti vel sapientibus videbitur expedire ad diem, scilicet quam predictis partibus assignabit. — *Item* fuit actum in eodem compromisso quod licet aliquis ordo juris fuerit in principio servatus per ipsas partes vel alteram earumdem, quod non possit nocere partibus vel alteri earum in processu seu diffinitione vel post diffinitionem, si dictus arbiter diffiniebat vel pronuntiabat

Digitized by Google

vel arbitrabatur super premissis vel altera earum vel etiam super aliis quibuscumque questionibus seu rancuris expressis vel non expressis que inter predictas partes esse poterant quovis modo, usque in hodiernum diem, etiam necnon si arbitratus fuerit jure vel amore in quibusdam et in aliis juxta sue libitum voluntatis. — Et fuit fidejussor pro predicta pena predicto Guillelmo de Stagno penes dictum dominum A., pro pena et dicto servando Moyses de Chairac ; et pro dicto domino Maurino de Rocalaura, fuit fideiussor pro eodem penes ipsum dominum A. dictus Guillermus de Stagno : qui predicti ambo fidejussores renunciaverunt nove constitutioni de principali reo prius conveniendo et omnibus induciis quadrimestri temporis et petitioni libelli et omni alii juri canonino et civili ; et pro dicto domino dompno fuit fidejussor pro eadem re penes dictum dominum A. et eodem modo renunciavit quo supradictus Moises de Cairac. — Actum apud mansum de Solacrop. — Testes interfuerunt ad hoc vocati : dominus Guillermus de Petra miles et dominus R. de Marcenac presbiter et Rigaldus Petri de Stagno jurisperitus et Alricus, bajulus dicti domini de Stagno, et plures alii.

Et post, anno eodem quo supra, idus junii [1], apud Bonafon, presentibus testibus ad hoc vocatis magistris B. Granerii et S. Bacaldonis et P. Brolheti et Johanne del Gua jurisperitis, dominus Guirbertus de Cruejols et Maurinus de Rocalaura, milites, presentes alias ratificaverunt predictum compromissum. Et dominus Ademarius de Moreriis compromisit in dictum dominum A. de Petra sub modo et forma et conditionibus et pena in compromisso predicto contentis. Et ex adverso dictus dompnus de Altobraco promisit sub eadem pena C. librarum Viennensium, per stipulationem predictis scilicet Willelmo de Stagno et Guirberto de Cruejols et domino Maurino et domino Ademario se procuraturum et facturum quod conventus dicti Hospitalis habebit ratum et firmum dictum compromissum et dictum seu voluntatem quam dictus dominus A.

1. *Livre des transactions* : XVII julii. — Le texte de Doat et le texte corrigé du livre des trans. diffèrent beaucoup entre eux.

Digitized by Google

inter partes duxerit promulgandam per se vel per alium, prout in dicto compromissio continetur.

Et post, anno Domini M°CC°LXVI°, die veneris post octavas Assumptionis Beate Marie, dicta controversia seu controversie finem acceperunt in hunc modum : Statuit enim, voluit et precepit, in nomine Domini, dictus dominus A. de Petra predictis partibus et sub commissione pene et religione prestiti juramenti quod animalia hominum et dominorum Sancti Ylerii habeant jus pascendi cum animalibus suis et familie et suorum et faciendi *pargue* cum animalibus terre ipsius, exceptis pratis et bladis dicti Hospitalis et salvo quod Hospitale possit suas proprietates, si locus accideret, investire, infra limitationes que inferius continentur. Et e converso dictum Hospitale possit pascere similiter cum animalibus terre ipsius cum animalibus mense ipsius Hospitalis et suorum, infra dictas limitationes, cum illis scilicet animalibus que estivabit et hyvernabit, et in proprietatibus dominorum dicti castri nisi jus pascendi in ipsis haberet. De quibus proprietatibus statuit et voluit, salvo jure dicti Hospitalis, dictus dominus A. quod animalia supradicti Hospitalis et hominum possint cum animalibus grangiarum et pastorum suorum pascere unacum animalibus hominum Sancti Ylerii, in proprietatibus dominorum predictorum. — Limitationes vero infra quas concessum est jus pascendi dominis et hominibus castri Sancti Ylerii et suis in futurum hee sunt, scilicet : a podio de Las Rivas [1] de la Peyra [2] aguda en aval, ut rectius bolari poterit usque ad viam que venit de Bonofonte et tendit versus Albrac [3] ; item a dicto podio de Las Rivas [4], a Petra aguda predicta, usque ad rancum del Pog del Brosses [5]; item a dicto podio del Brosses [5] usque a La Garda del Calcadis et a dicta Garda del Calcadis usque ad podium del Mergos ; item a dicto podio del Mergos usque ad rivum de la landa Jona [6] ; item a dicto rivo usque ad lapidem qui vocatur lo quaire [7] de Chalmlonga [8], et a dicto quaire [7] usque ad favum de Chalmlonga [8], et a dicto favo usque ad lapi-

1. *Livre des transactions*; 1. Ribas. — 2. Peira. — 3. Albiacum. — 4. Ribas. — 5. Pueh del Brossos. — 6. Johan. — 7. Caire. (*Arch. dép. de l'Aveyron*, H, Hôpital d'Aubrac, *Reg.*

Digitized by Google

dem album dels chasals [9] de la Peira et usque ad stratam publicam ; item a strata publica quemadmodum inferius descendit versus Espeleu [10]. — *Item* voluit quod utrique parti sit salvum jus suum in omnibus predictis in futurum, quantum ad merum et mixtum imperium et jurisdictionem ; et hoc fuit dictum et voluntas dicti domini A., arbitri supradicti. Quod dictum precepit et voluit a partibus predictis sub commissione pene et religione prestiti juramenti in perpetuum, ut supra dicitur, observari et contra in aliquo non venire. — Actum in montana de Chalmlonga [8]. — Testes interfuerunt vocati et rogati : dominus Berengarius de Senareto junior, miles, et magister Stephanus Bacaldonis, Mimatensis, et Philippus de La Bessieira, bajulus de Petra, et dominus B. Berenguarii et Gaucelinus de Belvezer et dominus Raimundus de Marcenac et Hugo Rotavolp et Raimundus Duranti et Thomas presbiter et Lordetus et Guillermus Blancs, fratres dicti Hospitalis, et ego Durantus Vimeneti, publicus notarius domini Pape et nobilis viri domini A., domini de Petra, et dominorum Montisrodati, hiis omnibus interfui et, mandatus a dicto domino A. de Petra et a dicto dompno, hanc cartam scripsi et subscripsi et signum meum atque domini A. de Petra apposui bullam. — [*Seing manuel du notaire*].

91.

1266, 2 juillet. Hôpital d'Aubrac. — *Reconnaissance et hommage faits en faveur de A. de Peyre, par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LX° VI°, indictione VIII^a^, Ludovico, rege Francorum, re-

n° 19, fol. 2 en marge : Nota, lo cayre es près lou rieu de land ? care sur lou pas de Trengeie esquines.) — 8. Calmlonga. — 9. Casals. — 10. Espalieu.

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols.) Minute ? papier placée entre le n° 439 et le n° 440. — Doat, 135, fol. 95-97 (confirmation de 1338) et fol. 108-109, 109-112 (confirmation de 1353.) — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *livre des transactions*, n° 19 fol. XXXV v°-XXXVI v° : *en tête* : Recognitio facta domino de Petra per dominum Durantum et secundum hanc recognitionem recognovit dominus B. domino Mauricastri ; *à la marge* : Correcta ; ista comprehenditur in ultima compositione quoad mansos de Luxal et alia usque ad mansum de Scudairetas,

Digitized by Google

gnante, O., episcopo Mimatensi, existente, VI° nonas julii. Noscant presentes et futuri quod nos Durantus, dompnus Hospitalis de Altobraco, nomine dicti Hospitalis, cum concensu expresso conventus dicti Hospitalis, recognoscimus vobis domino A.[1] de Petra nos tenere et tenere debere, nomine ipsius Hospitalis, et ipsum Hospitale sub dominio vestro mansos et possessiones mansorum inferius nominatorum et confrontatorum, videlicet : mansum dels Forns et mansum de Fornesc[2] et mansum de Gran Vilar et mansum de las Bessieyras[3] et mansum de la Vedrina et mansum dels Alatieus[4] : qui mansi sunt in parrochia Sancti Johannis de Montevernos[5], Mimatensis dyocesis, qui mansi confrontantur ex una parte cum via qua itur versus la Reyreguarda[6] usque versus collum de Montevernos et extend[un]tur a dicto collo versus viam forc del Cros et de Gran val et exinde clauduntur cum quodam parvo itinere quo tenditur a dicta via forc ad[7] viam forc del Pelegri recto itinere et exinde clauduntur a dicta via forc del Pelegri versus las Salelas[8] ; item mansum de Lucsal[9], qui mansus est in parrochi[is] ecclesiarum Sancti Johannis de Monyvernos et Sancti Jacobi de Brio, Mimatensis dyocesis ; et mansum de la Chalmeta[10], in parrochia ecclesie de Brio ; et mansum de Petrafixa, qui est in eadem parrochia ecclesie de Brio. — *Item* [est] sciendum quod [in] predicti[s] mansi[s] quos tenemus sub dominio vestro et tenere debemus, ut dictum est, vos et vestri habetis in perpetuum cognitiones, examinationes et punitiones omnium criminum seu criminalium questionum et merum imperium, excepto quod si fratres dicti Hospitalis aut donati, quos dompnus juraret esse donatos dicti Hospitalis absque fraude, aliqua crimina in dictis territoriis seu mansis, quod vos vel vestri successores non debetis vos intromittere a criminibus a fratribus dicti Hospitalis ibidem comissis nec ipsos punire seu puni-

1. Nous donnons en note les principales variantes du *livre des transactions* et des *vidimus* de 1328 et 1353 : *Ici et plus bas*. 1338 : Austorgio : 1353 : Aldeberto. — 2. L. t. : dels Fornetz ; 1353 ; dels Fornestz. — 3. L. t. : las Bessieiras ; 1353 : las Boysseyras. — 4. L. t. : Alatius. — 5. 1338 : Montivernos ; L. t. : Montyvernos. — 6. L. t. : Reiregarda ; 1338 et 1353 : Reyregarda. — 7. Ad viam *jusqu'à*... viaforc *marque au L. t.* — 8. L. t. ; versus Sallelas ; 1338 : vers Salellis ; 1353 : vers las Sallelas. — 9. 1353 : Luxal.

Digitized by Google

mentum levare. — *Item* recognoscimus eodem modo quo supra vobis domino A. de Petra mansum appellatum Escudayretas [11], situm in parrochia de Rocolis [12]; el Chier e Mongros e Mongrosset, in parrochia de Nabinals; item mansum Baulenc, in eadem parrochia; et mansum del Boysso, in parrochia eadem; item mansum Monayredos [13], qui est in parrochia de Nabinals; item la Vayssa [14], in parrochia Sancti Andeoli; item Champils [15] els Salhlens [16]; item lo Bosquet [17] e Sanh [18] Andiol e la Bessieyra [19]; item lo Traslusso e la Chabassa [20] e Monmeja [21] e Salas; item Chasalet [22] e Vila vieilha e la Trefolongua [23]; item Monrossehs [24] et Pontilac [25] e la Teula; item Chalm meyana [26] e Charroressa [27] e la Garda e Vors e Campils [28] e Rabilesc [29]. — Et est sciendum quod in proxime dictis territoriis seu mansis vos dictus dominus de Petra [30] et vestri in futurum habetis tantum et habere debetis examinationes et punimentum omnium criminum seu criminalium questionum ad merum imperium quod ibidem habetis pertinentium, hoc salvo quod si punimentum ad merum imperium pertinens in penam peccuniariam verteretur, quod ex illa pena peccuniaria vos et vestri medietatem habebitis et habere debetis, et aliam habebit et habere debebit dictum Hospitale in futurum; mixto imperio et jurisdictione in predictis mansis dicto Hospitali reservatis. Quos mansos et territoria debet recognoscere dompnus de Altobraco, qui pro tempore fuerit, domino de Petra ad mutationem domini de Petra. — Et in continenti dictus dominus A., pro se et suis et [pro] remedio amine sue et suorum, dedit dicto dompno, nomine ipsius Hospitalis recipienti, et concessit quod si mansus seu grangia de Salelis, in parrochia de Favo,

— 10. L. t.: Calmeta. — 11. L. t.: Escudieiretas; 1353: d'Escudayretas. — 12. 1338: Roquolis.— 13. L. t.: Montairedos; 1338: Montayredes. — 14. L. t.: Vaissa.— 15. L. t.: Campils. — 16. L. t: el Salhens; 1338: e SSalhens. — 17. 1338: lo Boschet. — 18. 1338: Sanch. — 19. L. t.: Bessieira; 1338: Besseyra; 1353: Beissieyra. — 20. L. t.: Cabassa; 1353: Chabessa. — 21. 1353: Monmietga. — 22. L. t.: Casaletz. — 23. L. t.: Trefolhosa; 1338: Tresolhosa. — 24 L. t: Montorzier; 1338: Montrosset. — 25 L. t.: Pontilhac. — 26. L. t.: Clammejana; 1338 et 1353: Chalmmejana e Montorset. — 27. 1338: Scarcalessas; L. t Carralessas; 1353: Chatarrossas, Chatorossas et Cartalessas. — 28. L. t. 1338, 1353: Rabils. — 29. L. t.: Rabiletz. — 30. *Ici et plus bas*: 1353: dominus, domino, domini Mauri castri.

Digitized by Google

investiretur et quod pagezii ibi essent per dictum Hospitale quod igne de quolibet tantum percipiat dictus dominus A. et sui unam libram piperis annuatim, retenta ipsi domino A. jurisdictione sua et mero atque mixto imperio. — *Item* dedit et concessit dicto dompno, nomine Hospitalis, dictus dominus A. et ad opus ejusdem Hospitalis recipienti in perpetuum terciam partem indivisam territorii del Boschet quantum ad censum et quartum et ad accapita, hoc salvo quod idem dominus A. et sui dat solus ad accapita dictum territorium, cum locus affuerit, et quod de accapitis dictum Hospitale terciam percipiat portionem. — Que omnia dictus A. et Austorgius, ejus filius, juraverunt super sancta Dei evangelia corporaliter tacta tenere per se et suos in perpetuum et fideliter adimplere et numquam contre venire aliquo jure vel aliqua ratione, renunciantes juri ingratitudinis et legi dicenti : *donationem quingentos aureos excedentem sine pretoris insinuatione non valere* et omni alii juri canonico et civili. — Quibus mandato dicti dompni nomine suo et aliorum fratrum suorum absentium concesserunt et assensum dederunt expresse videlicet : Dominus Lordetus et Guigo Lodominis [1], milites, et dominus Petrus Saltelh [1] et Durantus [1] Dobles et Johannes d'Alborsol [1], presbitteri, et Bern. de Ca[m]panac [1] et Deusdonatz [1] et P. Costolis et Stephanus Sirvens et Deodatus Macelh [1] et Deodatus Brugerii et Deodatus Chapios [1] et Bern. Peccorerii [1] et Bernardus lo Pelatz e Peyrolas, fratres dicti Hospitalis. — Actum apud Hospitale, in camera hospitum. – Testes interfuerunt ad hoc vocati : magister Stephanus Lacaldetus et magister P. de Monteferrario, jurisperiti, et Folquetus de Sancto Genezio et Ramundus de Mureto et Guabinal de Coren et Guillermus de Petra domicellus et Bonrocos de Mimate, Deodatus Bonafos, familiarius domini Austorgii de Petra, et Berenguarius [.....]assa et plures alii. Et ego Durantus Vimeneti publicus notarius domini Pape et nobilis viri Austorgii, domini de Petra, hiis omnibus interfui, *etc.*

1. L. t. : Loduminis ; Saltelli ; dominus ; del Borsor ; Campanhac Dieudonatz ; Macessi *et 1353* Marcelli ; Capios ; Pegorerii.

Digitized by Google

92.

1266, 9 juillet. Mas de la Mercadaria ; et 10 juillet. Plagnes. — *Compromis et sentence arbitrale entre Durand Grimald, domp d'Aubrac, et Pons de Nogaret, damoiseau* [1].

Anno Verbi incarnati M° CC° LXVI°, VII° idus julii, indictione VIII^a^, Ludovico, rege Francorum, regnante. Noverint universi..., quod cum controversia sive questio verteretur inter dominum Durantum Grimaldi, dompnum et preceptorem domus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, nomine dicti Hospitalis, ex una parte, et Poncium de Nogareto, domicellum, ex altera, super metis et finibus, qui et que sunt et esse debent inter mansum de Mercadaria, qui est dicti Hospitalis, et mansum de Blacairet, qui est dicti Poncii. Dicebat enim dictus dompnus et asserebat quod illa via sive strata vetus et antiqua, qua itur de Petrafichada versus Hospitale de Altobraco, est illa via sive strata de qua fit mentio in quodam instrumento permutationis [2], facto per manum Guillermi Sudre, notarii, de mansis de Mercadaria et del Hermet et de quibusdam aliis terris inter dictum dompnum ex una parte et Jordanum de Sala, patrem quondam dicti Poncii ex altera, facit metam sive bolam inter mansum de Mercadaria et mansum de Blacairet, et non illa, que est versus Planias, asserendo quod ab illa via sive strata vetere et antiqua citra versus Merchadariam et versus Planias est dicti Hospitalis, et quod illa via sive strata nova, qua similiter itur de dicta Petrafichada versus dictum Hospitale, est infra mansum de Merchadaria et spectat ad dictum Hospitale et pertinet ex causa permutationis predicte ; dicto Poncio e contrario asserente quod via illa sive strata, que propinquior est manso de Planis, facit metam inter dictos mansos de Mercadaria et de Blacairet, et ab illa strata nova versus lo Blacairet est de manso de Blacairet, qui est ipsius Poncii et ad ipsum Poncium pertinet atque spectat. — *Item* erat con-

1. Doat 134, fol. 164-165, copie d'après la grosse originale.
2. Nous n'avons pas trouvé cet acte. — V. l'acte n° 93.

Digitized by Google

troversia sive questio inter partes super eo quod dictus Poncius asserebat quod in permutatione predicta, quam fecit dictus Jordanus, pater dicti Poncii, cum dicto dompno, dictus Jordanus retinuit quod homines de Trellans possint pascere in pascuis mansi de la Merchadaria bestiarium suum, pro voluntate sua, quod colguaret et levaret in dicto manso de Trellans ; quam retentionem negabat dictus dompnus, quare dicebat dictus dompnus quod dictus Jordanus vel dictus Poncius non debent adducere bestiarium extraneum in terra Hospitalis, dicto Poncio hoc negante et asserente quod omne bestiarium et totum quod jacet in manso de Trellans potest pascere in mansis del Hermet et de Merchaderia, quod negat dictus dompnus. — *Item* erat controversia intes partes super quibusdam rebus in dicta permutatione contentis, quas recepit dictus Jordanus a dicto dompno [1], que non sedent bene ipsi Poncio. — *Item* erat controversia inter partes super quibusdam aliis rancuris seu questionibus, quas utraque pars de altera faciebat. — Tandem dicte partes, scilicet : dictus dompnus, nomine quo supra, et dictus Poncius pro se, compromiserunt se in Guillelmum Sudre notarium et eum in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem communiter et concorditer elegerunt, volentes et concedentes dicte partes quod ipse arbitrator possit cognoscere de meritis dictarum controversiarum de plano et sine strepitu judicii, servato juris ordine, ubi voluerit, et ubi voluerit pretermisso. — *Item* fuit actum quod ipse arbitrator possit predictas questiones vel controversias amore vel judicio terminare vel alias pro sue libito voluntatis, et dictum seu arbitratum dicti arbitratoris cum recitatum seu recitatus fuerit, ipse partes confirmabunt et emologabunt et de eo non recurrent ad alicujus arbitrium boni viri. — *Item* fuit actum quod ipse arbitrator possit declarare et arbitrari et interpretari dictum seu arbitratum suum infra annum, si forte in dicto suo seu arbitratu aliqua sit obscuritas seu dubitatio oriatur. — *Item*

1. *Ms.* Poncio.

Digitized by Google

fuit actum quod ipse arbitrator possit addere dicto compromisso quod sibi videbitur addendum vel subtrabere quod sibi videbitur subtrahendum, suo motu proprio vel alicujus consilio sapientis, et quod partes teneantur illud concedere et quod illud additamentum sive subtractio illa perinde habeatur ac si a principio actum esset. — *Item* fuit actum quod ipse partes innovabunt dictum compromissum coram alio notario cum firmitate dicto contractui necessaria, si ipsi arbitratori videbitur faciendum. — *Item* fuit actum quod ipse arbitrator possit habere expensas a partibus pro sue libito voluntatis ; et hec omnia promiserunt dicte partes sibi invicem per stipulationem sub pena XV. librarum Viennensium a parte parti stipulata et promissa, qua pena stipulata et promissa, commissa, habita et exacta quotienscumque et in quolibet capitulo quo contra venirent, dictum seu arbitratum dicti arbitratoris nichilominus in suo robore perseveret. — *Item* fuit actum quod dictus Poncius procurabit et faciet quod Deodatus, frater ejus, confirmabit et concedet et compromissum et arbitratum dicti arbitratoris ad requisitionem dicti dompni ; et hec omnia promiserunt dicte partes, ut supra dictum est, sibi invicem per stipulationem, et juravit dictus Poncius et pro dicto dompno juravit mandato ejus et in animam ejus frater Geraldus Revellachas, renunciantes ipse partes authentico : *Decernit.* Et pro parte dicti dompni fuit fidejussor pro pena, si committeretur, et pro dicto servando Johannes Cortils, et pro parte dicti Poncii fuit eodem modo Poncius Rasoas, constituentes se fideijussores, ut dictum est, scilicet dictus Johannes mandato dicti dompni eidem Poncio stipulanti et dictus Poncius Rasoas mandato dicti Poncii dicto dompno solemniter stipulanti. — Actum in pascuis mansi de Mercadaria, juxta dictam viam, quam dictus dompnus apellat novam. Presentibus testibus : fratre Bertrando de Robanillis presbitero, Gisberto Heraclei, Bernardo Petri, Duranto Constantii, Petro Laurencii de Guarda Dei, fratre Amorosio, fratre dicti Hospitalis, fratre Geraldo Revelhacha, Johanne Cortil, Guillelmo Bruieira, Poncio Rasoas et me

Digitized by Google

ipso Guillelmo Sudre, publico notario domini regis Francorum in Gaballitano, qui *etc...* [*Seing manuel du notaire.*]

Et in continenti fuit tractatum aliquantulum de compositione, et post fuit continuata dies usque in crastinum mane, et fuit locus assignatus apud Planias ; ad quam diem et locum partes comparuerunt. Ponit et asserit dictus Poncius quod dictus dompnus habuit pactum [cum] Jordano, patre dicti Poncii, et promisit ei quod bestiarium hominum habitantium apud Trenlans, quod levaret et colguaret apud Trenlans, posset pascere in pascuis mansorum de Mercadaria et del Hermet. — *Item* ponit quod illa strata nova, que est propinquior versus mansum de Planias, est illa que facit confrontationes inter mansos de Blacairet et de la Merchadaria ; dictus vero dompnus negavit primam positionem ex toto, item negavit secundam, asserens quod de antiqua et vetere intelligatur et non de illa quam dicit dictus Poncius. — Post hec vero, habito super predictis diligenti consilio et tractatu et perquisitis partium voluntatibus et de consensu earum, dictus arbiter..., dixit, voluit et precepit firmiter et in perpetuum a partibus observari sub pena et juramentis supra scriptis et arbitratus est in modum infra scriptum, videlicet : quod homines habitantes et qui pro tempore habitabunt in manso de Trenlans et ipse Poncius et successores ejus possint pascere in pascuis mansorum del Hermet et de la Merchadaria et pertinentiis dictorum mansorum, prout confrontatio eorum in instrumento dicte permutationis facto per manum Guillelmi Sudre, notarii, continetur, bestiaria sua propria et illa que ad captaniam tenent vel tenebunt ab aliquibus ad medium lucrum, necnon et bestia[s] pastorum eorum qui comedent panem eorum et erunt conducti ab eis ad hoc ut custodiant bestias ipsorum hominum de Trellans sine fraude partium, et quod illi pastores habeant pauciores bestias quam eorum domini, cum quibus conducti et mercenarii morabuntur. — *Item* voluit... et precepit, sub pena et juramentis prescriptis et de consensu partium prescriptarum, quod scilicet ponantur mete et figantur inter duas vias predictas, scilicet inter dimidiam stratam, que est propinquior manso de Planias, et aliam veterem, per quas

Digitized by Google

ambas itur de Petrafichada versus Hospitale de Altobraco, ut ipse dompnus asserit, prout melius in medio dictarum viarum figi poterunt atque poni ; et illa pars que erit versus mansum del Blacairet sit dicti Poncii et ad ipsum pertineat pleno jure, et alia pars, que erit versus mansum de las Planias, sit Hospitalis de Altobraco et ad ipsum pertineat in perpetuum, pleno jure, prout dicti mansi ad utrumque eorum pertinere noscuntur ; et quod sic sit pax et finis super predictis perpetuo inter partes ; quod dictum et arbitratum per dictum arbitratorem recitatum utraque pars emologavit, approbavit et etiam confirmavit, scilicet : dictus dompnus, de consilio et consensu fratris Geraldi Revallacha, fratris Bertrandi de Robanillas, fratris Stephani Blanci, fratris Guillelmi de la Peyra, fratris Amorosii, fratrum presentium dicti Hospitalis, et domini Guillelmi de Mallac presbiteri et Bernardi Petri, donatorum dicti Hospitalis, qu[i] omnes predicte compositioni consenserunt et eam approbaverunt... ; et dictus Poncius similiter et Deodatus de Sala, frater dicti Poncii et filius quondam dicti Jordani, suprascripta omnia voluit et confirmavit et ita tenere... promisit dicto dompno, nomine suo et dicti Hospitalis stipulanti, super sancta Dei evangelia et juravit. — *Item* voluit et precepit dictus arbitrator, modo quo supra, quod dictus dompnus et Hospitale predictum defendant et pene cedere faciant dicto Poncio illa que tradidit dicto Jordano ex causa permutationis predicte, cum dictus Poncius ei docuerit que sunt illa. — Actum apud Planias, in ecclesia, presentibus testibus : fratribus supradictis Gisberto Heraclei, Guillelmo de Solobres, Deodato de Comba, Deodato Morge, Guillelmo de Porra (?) Cofardo, Poncio Rascas, Johanne Cortil et meipso Guillelmo Sudre, publico notario domini regis Francorum in Gaballitano, qui mandato dicti dompni et fratrum predictorum et Poncii de Nogareto et Deodati, fratris ejus, et Johannis Cortil [1] et Poncii Rascas hanc cartam scripsi et subscripsi et signum meum et bullam apposui. — [*Seing manuel du notaire.*]

1. *Ms.* Corta.

Digitized by Google

93.

1266, 10 juillet. Plagnes (Lozère.) — *Bail à fief des mas de la Mercadaria et de l'Hermet par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Anno Verbi incarnati M°CC°LX°VI°, sexto idus julii, indictione VIII^a^, Ludovico, rege Francorum, regnante. Noverint universi... quod nos frater Durantus, dompnus et preceptor domus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, de consensu fratris Geraldi Revelhaca et fratris Bernardi Robanillis et fratris Stephani Blanci, fratris Amorosi et fratris Guillelmi de Petra, fratrum Hospitalis de Altobraco presentium, damus, tradimus et concedimus per nos et successores nostros, inspecta in hoc utilitate dicte domus, in accapitum sive in emphiteosim tibi Johanni Cortil et per te tuis successoribus mansos nostros de la Mercadaria et de l'Hermet cum juribus, servitutibus et pertinentiis suis : qui mansi sunt in parrochia Sancti Andree de Trelans et conjunguntur inter se et confrontantur cum manso de Montfelgos et cum manso de Lautardes et cum manso de Marsenquieyras et cum rivo de Planias et cum via qua itur de Planias versus Saniam clausam et cum manso de Clapeyret ; salvis et retentis nobis et dicto Hospitali XX. solidis Podiensibus pro pratis censualibus, et sexta gerba bladorum in dictis mansis excrescentium, et una emina siliginis et una emina avene censualibus pro paranea et pro orto, et una gallina pro casatura et tolta ad voluntatem nostram, ut in aliis pagesiis nostris et nostro dominio. Et confitemur nos inde habuisse L^a^ solidos Turonenses nomine accapiti et investitionis, in quibus tenemus nos pro pacatis ; renunciantes exceptioni pecunie non numerate... ; concedentes

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 501, copie en forme papier, faite le 14 février 1766, à 10 heures du matin « dans la place et maison de Malet-les-Saint Côme, dépendante du chapitre Notre-Dame d'Aubrac » par Joseph Sotholin, not. royal gradué de St Côme, en présence de Jean-Antoine Deturnis, bourgeois de St-Côme, et de Jean Rozière, marchand du mas de la Fous, par. de St-Côme ; led. acte devant servir dans le procès mû devant la chambre des requêtes du Parlement de Toulouse entre messire Sicaire Gintrac, domp et prieur du chapitre d'Aubrac, et les sieurs Jacques Baumel, François Vernhes et Jean Aygouy, paysans du village de Montfalgous. Led. Aygouy assista seul au compulsoire du titre original exibé et retiré par led. Gintrac. — Cette pièce se trouvait en 1723 dans le fonds d'Aubrac.

Digitized by Google

tibi auctoritatem et licentiam intrandi et adipiscendi per te ipsum possessionem..., et quousque intraveris et eam adeptus fueris, dicimus, volumus et constituimus ipsos mansos nos tuo nomine possidere vel quasi et nichil dixerimus vel fecerimus nec dicemus nec faciemus quare predicta minus obtineant perpetue firmitatis et si plus valent dicti mansi vel in futurum valebunt censu et accapito supra scriptis, duplum, triplum seu deinceps illud totum damus tibi puro dono donatione inter vivos, renunciantes in hoc beneficio minoris acapiti atque census. Item promittimus tibi de evictione universa et particulari... et si tu forte faceres aliquas expensas deffendendo in jure dictos mansos, illas promittimus et nos tibi reddere et super hoc nos tibi credere simplici verbo tuo sine sacramento et alio genere probationis, remisa tibi necessitate denunciandi. — *Item* damus et tradimus tibi ementi jus et actionem nobis competentem et competentiam realm et personalem, directam et utilem atque mixtam et omne jus conveniendi, agendi et deffendendi quod nos et dictum Hospitale habemus adversus quoscumque ratione dictorum mansorum... ; salvis omnibus supradictis, et salvo jure nostro in pascuis que possumus conducere quibus et quando voluerimus ad pascendum, et salvo jure Poncii de Nogareto, prout in instrumento inde sibi facto hodie per manum Guillelmi Sudre notarii continetur, et hoc salvo quod tu non habeas recursum ad superiorem dominum in aliquo pertinenti ad dictos mansos vel nisi de licentia locum nostrum tenent[is] ; et quod ita teneamus... sub obligatione bonorum dicte domus, renunciantes... — Et nos frater Geraldus Revelhaca et frater Bertrandus de Robanillis, frater Stephanus Blanci et frater Guillelmus de Petra, fratres dicti Hospitalis presentes hujusmodi contractui consentimus et ipsum credentes in hanc utilitatem dicte domus fieri volumus et laudamus. — Et ego Johannes Cortil predicta et predictos mansos a vobis domino Compno predicto et per vos ab Hospitali predicto modo et forma predictis recipio et accepto et ad solvendos dictos census vobis et vestris successoribus me et meos obligo et astringo et me esse hominem vestrum et fidelem pro

Digitized by Google

predictis mansis et esse debere, flexis genibus et junctis manibus, vobis et per vos successoribus vestris volo firmiter et promitto. — Actum apud Planias, ante ecclesiam, presentibus : Baptista Emolei, Poncio de Nogareto, Deodato de Nogareto, Deodato Morguo, Johanne Rigaldi, Benedicto de Montfelgos et me Guillelmo Sudre, publico notario domini regis Francorum in Gaballitano, qui, *etc...*

94.

1266, 12 août. Laguiole. — *Transaction entre Alfonse, comte de Poitiers et de Toulouse, et l'Hôpital d'Aubrac, au sujet de la justice du Serre* [1].

Compositio del Serre cum domino rege. — Noverint universi quod anno Domini M° CC° LX° VI°, die jovis proxima post festum beati Laurentii, cum esset questio inter dominum Philippum de Boissiaco militem, senescallum Ruthenensem pro domino Alfonso, comite Pictavi et Tholose, ex una parte, et religiosum virum dominum D., dompnum Hospitalis Beate Marie de Alto Bracho ex altera, nomine dicti Hospitalis, super jurisdictione, mixto et mero imperio territorii del Serre de Condor, ita fuit de voluntate partium ordinatum, videlicet quod curia domini comitis supradicti a die presenti in antea merum imperium habeat in dicto territorio ; domus vero dicti Hospitalis vel administratores ejusdem Hospitalis mixtum imperium et jurisdictionem habeant, teneant et possideant in perpetuum pacifice et quiete. — Actum in aula de la Gleiola dicti domini comitis. — Testes fuerunt : dominus P. Raimundi, judex dicti domini senescalli, magister B. Balsenx, notarius de Petruccia, B. Rotberti, et ego R. de Milicia, publicus notarius castri Gleriole (*sic*) et tocius mandamenti, qui de mandato dicti domini senescalli et dict domini dompni hanc cartam scripsi et signum meum apposui.

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 33, fol LIX v°.

Digitized by Google

95.

1266, 29 décembre. Saint-Côme. — *Quittance donnée par frère Guillaume d'Albiac de ses droits sur les biens de feu P. Bertrand et de Maiane, sa femme* [1].

Notum sit universis quod anno Dominice incarnationis M° CC° LX° VI°, mense decembris, die mercurii in festo sancti Thome Canturiensis, nos Durantus Grimaldi, humilis frater et domnus [H]ospitalis de Albrac, et frater Guillermus de Albiac, de comuni fratrum dicti [H]ospitalis consilio et assensu, videlicet domini Lordeti, domini Geraldi Reveillaca et aliorum fratrum dicti [H]ospitalis, certi de jure et de facto... absolvimus et in perpetuum quittamus vos dominam Marchesiam, uxorem quondam domini Radulfi de Albiac, et Aimericum de Rocalaura et fratres suos, filios vestros et dicti domini Radulfi, ab omni actione et petitione quam aliquo jure vel aliqua occasione [h]aberemus... in bonis quondam domini Petri Bertrandi et domine Maiane, uxoris sue, patris et matris dicti domini Radulfi et fratris Guillermi d'Albiac et in bonis quondam domini Aimerici et Guaucelini de Rocalaura, fratrum et avunculorum dictorum fratrum domini Radulfi et fratris Guillermi d'Albiac ; et dictus frater Guillermus voluit [h]abere ad partem suam pro portione que sibi ratione sue fraternitatis contingebat de bonis predecessorum suorum prenominatorum, videlicet omnia illa jura et reditus que ipsi et eorum antecessores [h]abebant vel [h]abere debebant in villa et in hominibus et domibus de Pradas et in pertinenciis quecumque sint vel ubicumque : quod dictus dominus Radulfus voluit et concessit coram domino Guauzfredo de Calmon, prout dixerunt dicte partes et dominus Guauzfredus : que jura et quos reditus dicte ville de Pradas dictus frater Guillermus d'Albiac obtulit et donavit Deo et pauperibus predicti [H]ospitalis de Albrac, prout dixerunt dictus domnus et alii fratres supranominati [H]ospitalis supradicti ; et ita frater Guillermus de Albiac [h]abuit se

1. *Arch. dép. Aveyron*, H. Aubrac, orig. parch. (charte-partie), cotée lettre D, Num° IV, liasse XXVII, titre 4. — V. l'acte n° 70.

Digitized by Google

pro bene pacato de portione que sibi contingebat de bonis predictorum predecessorum suorum et ob hanc causam quitavit et absolvit dictam Marchesiam et suos infantes, prout superius est expressum. — Acta sunt hec in castro Sancti Cosme, ante fores ecclesie. — Testes sunt vocati et rogati : dominus Guauzfredus de Calmon, Rigaldus, capellanus de Rocalaura, Poncius et Berengarius de la Capella, Ramundus Gaucelm, Petrus Guillermi et ego magister Deodatus Francia, puplicus notarius domini de Calmon, qui *etc.* — [*Seing manuel du notaire.*]

96.

1266. — *Bail à fief par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, de la moitié du mas de Nogardel en faveur de Raymond Déodat del Bouschet* [1].

Item aliud instrumentum confectum anno Domini M° CC° LXVI°, sumptum per magistrum Petrum Bodoni notarium, continens accapitum factum per reverendum patrem dominum Durandum, dompnum dicti Hospitalis de Altobraco, Reymundo et Deaudato del Bouschet de medietate mansi vocati de Nogardel, siti in parrochia Sancti Petri de Nogareto ; confrontatur cum strata de Canonica, qua itur versus ecclesiam Sancti Petri predicti, et cum manso Pontii de Nogaretto, qui condam fuit Petri de Severiaco, et cum manso de la Chalmetta et cum territorio ecclésie Sancti Petri ; rettentis dicto Hospitali quinta parte bladorum et omnium fructum in omnibus terris et una gallina pro quolibet igne et alia servitia per homines dicti

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, copie en forme papier extraite « ex repertorio seu inventario documentorum et scripturarum Hospitali de Altobraco pertinentium de omnibus locis, villis, mansis, territoriis, pheudis et aliis juribus dicto Hospitali pertinentibus, confecto per reverendum in Xristo patrem dominum Johannem de Stagno, miseratione divina dompnum et magistrum dicti Hospitalis et conventus, sub anno incarnationis Domini M° CCCC° LXVI°, fol. 81 ». La dite copie fut faite le 24 novembre 1634 par Pierre Orsal, notaire royal et commissaire, pour servir au procès pendant, devant la chambre des requêtes du Parlement de Toulouse, entre Pierre Espéret, prêtre, « religieux vicaire de Saint-Chély, chapellain de la chapellenie de Nogardel », d'une part et Antoine et Claude Manhe, Pierre et Jean Pélats, Guillaume et Marie Alégres dudit Nogardel d'autre part. Pierre Pélat, prêtre, religieux controlleur et sindic général de l'Hôpital d'Aubrac, retira ledit répertoire et le remit dans les archives.

Digitized by Google

Hospitalis dicto Hospitali dari consueta ; signatum per CCC.

97.

1267 (n. s.), 26 et 28 janvier. — *Enquête faite par l'official de Rodez sur l'observation de la règle donnée à l'Hôpital d'Aubrac en 1162 par Pierre II, évêque de Rodez* [1].

Anno incarnationis Domini M° CC° LXVI° et VII° kalendas februarii, in Civitate Ruthene. Noverint universi presentem paginam inspecturi quod quidam religiosi viri fratres Hospitalis de Altobraco in diocesi Ruthenensi, constituti in loco horroris et vaste solitudinis et admodum hiemali, pro se et dicto Hospitali accedentes ad presentiam venerabilis viri officialis Ruthenensis, humiliter eidem supplicarunt ac etiam postularunt quod cum magister et fratres dicti loci ac sorores sub certa regula vivant et vixerant in dicto loco et membris ejusdem, magistro et fratribus dicti loci et ipsi loco, diu est, concessa per reverendum patrem dominum Petrum, quondam episcopum Ruthenensem, ad honorem Domini nostri Jhesu Xristi et beatissime Virginis, Matris Ejus, et dicte regule precepta continerentur et contineantur in quadam carta sigillo dicti domini episcopi sigillata, cujus sigillum propter vetustatem corrosum fuerat in magna parte, quod ipsam cartam et ejus tenorem et regulam dicto loco concessam, ut in ipsa carta continetur, auctoritate dicti officialis renovaretur cum vetus existeret et de corrositate ulterius timeretur et, ad eternam rei memoriam, idem officialis faceret publicari ac redigi in publicam formam, ne copia probationis predictorum posset, si opus esset, imposterum deperire, offerentes quamdam cartam de qua superius mentio facta est, quod regule dicti loci precepta continebantur in eadem, prout concessam magistro et dicti loci fratribus et collegio asserebant per dictum episcopum Ruthenensem, cujus carte pretacte regule tenor talis est : [*Suit la teneur de l'acte n° 4*].

Et idem officialis, intellecto postulationem juri con-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 404, copie informe pap. cotée n° 3 ; 406, deux copies informes papier cotées n°s 13 et 14 ; — H. Hôpital d'Aubrac, copie informe papier. — *Bibl. nat.* ms. latin, 17196, fol. 80. — Legrand, *op. cit.* pp. 16 et suiv. — V. p. 7 note 1.

Digitized by Google

sonam existentem, eidem prebentes assensum ad predicta facienda, servatis his que in talibus servari debent, processit et, volens super predictis scire ac inquirere veritatem, juramentum recepit a religioso viro fratre Duranto, dicti loci magistro seu dompno, et aliis infra scriptis, qui super predictis et aliis presens negotium tangentibus dicerent veritatem. — Qui frater Durantus, testis juratus et diligenter interrogatus super predictis et dicendis, visa diligenter ipsa carta, dixit et deposuit quod ipse, diu bene per XXVI annos, continue dompnus seu magister Hospitalis extitit memorati, precipiens fratribus et sororibus dicti loci precepta dicte regule et contenta in carta predicta cum interpretatione tamen ipsius magistri ac dispensatione in his que facienda erant pro regula observari et plures fratres ac donatos ac sorores in dicto Hospitali recepit, qui semper promittebant se observaturos precepta dicte regule et contenta in carta, cujus tenor extat supra scriptus, castitatem tenere ac servare et obedientiam et vivere sine proprio specialiter promittendo, et dicto tempore ipse et fratres et sorores sic donati dicti loci habent et habuerunt contenta in dicta carta pro regula dicti loci, dicens se audivisse dici ab antiquis fratribus dicti loci quod contenta in dicta carta magister et fratres dicti loci, qui pro tempore ibidem fuerunt, pro regula servaverant et quod dicti loci fratribus sic precipiebatur observari, et fratres et sorores, qui dictam religionem ingrediebantur, promittebant magistro dicti loci predicta se pro regula servaturos et sic sibi promissum extitit per illos quos in dicta religione seu collegio ipse tempore suo recepit ; vidit etiam quod illa pro quibus hospitalia fundantur in dicto loco fieri ac compleri et fiunt etiam cum locus est et complentur ; et ipse in suo collegio vivens sub dicta regula obediens extitit Sancte Romane Ecclesie, precipiens predictam regulam suo collegio cum aliis bonis usibus ac consuetudinibus, quos et quas habent et quibus, ut decet, utuntur observari ; dicens etiam suo juramento se vidisse dictam cartam, in qua concessio dicte regule et precepta continentur, ut superius est expressum, sigillatam sigillo episcopi

Digitized by Google

memorati et ejusdem episcopi sigillum cereum appensum integrum rite in ea esse et dictam cartam sigillo sigillatam, quanquam corrosio ratione vetustatis et loci ubi tenebatur nimia frigiditate et quia imperite extitit observatum, in magna parte supervenerit in eadem. — Item frater Guillelmus de Ecclesia, testis juratus et diligenter super omnibus predictis et contentis in dicta carta et super ipsa carta interrogatus, dixit et deposuit per omnia idem quod dictus dominus dompnus, excepto quod ipse non est dompnus, nec fuit, nec recepit fratres, nec precepit precepta observari ; sed ipse promisit cum ipse fuit frater receptus et pluries a pluribus vidit promitti premissa pro regula observari et sibi fuit preceptum per dictum dompnum quod ipsam regulam observaret et fuit receptus et postea pluries, et excepto quod non vidit sigillum integrum dicte carte appensum set corrosum et excepto quod ubi dixit dictus dompnus de XXVI annis, dictus Guillelmus dixit de X et IX ; super omnibus aliis diligenter interrogatus dixit idem quod dictus dompnus. — Frater Raymundus Maria presbiter, rector Hospitalis Altibraci Civitatis Ruthene, testis juratus ac diligenter interrogatus super omnibus, dixit idem per omnia quod proximus, excepto de tempore de quo dixit de V annis solum, ubi proximus dixit de X et IX. — Frater Lordetus miles, conversus dicti Hospitalis, testis juratus, dixit idem per omnia quod frater Guillelmus de Gleya, excepto de tempore de quo dixit de IX annis ubi dictus Guillelmus dixit de IX et X. — Acta sunt hec in Civitate Ruthene, anno et die quibus supra, presentibus testibus vocatis et rogatis : magistro Petro Martini jurisperito, Petro Bertrandi, Hugone Begonis, Hugone de Biauro, clericis, Astrugo de Cruejolz et de Rocennaco [1] et me Petro de Monte Salvio, notario publico Burgi Ruthene infrascripto.

Et postea anno eodem, V° kalendas februarii, idem officialis recepit super predictis testes infra scriptos qui juraverunt dicere veritatem : frater Guillelmus de Cabrelhac presbiter, testis juratus et diligenter super omni-

1. Copie n° 14 : Roceinaco.

Digitized by Google

bus predictis interrogatus, dixit et deposuit idem per omnia quod dictus dompnus, excepto quod ipse non est dompnus, nec fuit, nec recepit fratres, nec precepit predicta pro regula observari; set sibi et pluribus fuit preceptum pluries ut contenta in dicta carta pro regula in dicto loco haberentur, et excepto ubi dictus dompnus dixit de XXVI annis, ipse dixit et deposuit de XXV; super omnibus aliis diligenter interrogatus dixit idem et deposuit quod dictus dompnus. — Frater Guillelmus de Petra, testis juratus et diligenter super predictis omnibus interrogatus, dixit idem per omnia quod Guillelmus de Cabrelhaco, excepto de tempore in quo plus dixit, nam ubi dictus Guillelmus de Cabrelhaco dixit de XXV, ille dixit de XL annis. — Petrus de Peyrola, donatus dicti Hospitalis, testis juratus et diligenter super omnibus predictis interrogatus, dixit idem per omnia quod dictus Guillelmus de Petra, excepto de tempore de quo dixit de XXX annis, ubi dictus Guillelmus dixit de XL annis. — Predictos enim testes predictus officialis recepit et inquisivit et omnia predicta, ut dictum est, coram ipso facta fuerunt, assidente sibi me Petro de Monte Salvio, notario publico Burgi Ruthene; et licet diceretur quod plures alii testes tam de dicto Hospitali quam de locis aliis adhuc supererant ad recipiendum, qui de predictis sciebant veritatem, tamen idem officialis attestationes predictorum per me dictum notarium publicavit ac in formam publicam redigi fecit dictam cartam et contenta in ipsa rationibus predictis renovando ac in formam publicam ad eternam memoriam de predictis habendam per me dictum notarium redigi faciendo. Facta fuit hec publicatio et predicta carta sic renovata et in formam redacta ad preceptum dicti officialis, ipso auctoritatem suam predictis impertiente, dicta die scilicet V°kalendas februarii, anno Domini M°CC°LX° VI°, testibus presentibus adhibitis et rogatis : dicto dompno dicti Hospitalis, Petro Bertrandi, Guillelmo de Ecclesia, clericis, domino Lordeto et quibusdam aliis, et me dicto Petro de Monte Salvio, qui, *etc*...

Et nos dictus officialis curie Ruthenensis et in testimonio premissorum sigillum curie Ruthenensis quo uti-

Digitized by Google

mur, presenti publico instrumento duximus apponendum ad eternam memoriam predictorum habendam.

98.

1267, 28 mars. Viterbe. — *Commission donnée par le pape Clément IV à l'abbé de Bonneval de voir et de confirmer la règle donnée à l'Hôpital d'Aubrac en 1162* [1].

Clemens episcopus, ser. serv. Dei, dilecto filio abbati monasterii Bonevallis, Cisterciencis ordinis, Ruthenensis diocesis, sal. et apost. bened. — Ex parte dilectorum filiorum dompni et fratrum Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis diocesis, fuit propositum coram nobis quod bone memorie Petrus, Ruthenensis episcopus, fratribus qui essent in Hospitali predicto pro tempore certam regulam constituit et vivendi formam expressam concessit eisdem, prout in litteris episcopi memorati exinde confectis suoque sigillo munitis plenius dicitur contineri. Quam regulam nominati dompnus et fratres per Sedem confirmari Apostolicam suppliciter petierunt. Nos itaque discretioni tue, de qua fiduciam in Domino gerimus pleniorem, per apostolica scripta mandamus quatinus, predictis litteris episcopi memorati tibi a prefatis dompno et fratribus exhibendis, non obstante quod prelibatum sigillum illis appositum pro parte ob vetustatem nimiam corrosum dicitur, dummodo alias tam illud quam ipse littere suspicione careant, diligenter inspectis, predictam regulam, si, consideratis debitis circumstantiis universis que circa hoc fuerint attendende, illam honestam videris et salubrem ac digne predictorum fratrum statui convenire, auctoritate nostra studeas confirmare in Hospitali predicto perpetuis futuris temporibus observandam. — Datum Viterbii, V° kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tercio.

1. Doat, 134, fol. 168-169, copie d'après l'original, coté FF. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* G 404, copie informe papier, cotée n° 3 ; 406, 2 copies informes papier, cotées n°s 8 et 9. — Abbé Deltour, *op. cit.* p. 285. — *Hist. du Languedoc* (éd. Privat), t. IV. p. 858.

Digitized by Google

99.

1267, 28 mars. Viterbe. — *Bulle de Clément IV exemptant l'Hôpital d'Aubrac du payement de tout droit de péage* [1].

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis diocesis, sal. et apost. bened. — A gravaminibus, prout necessitatis vestre conditio exigit, vos caritatis intentos operibus, quantum cum Deo possumus, preservare favorabiliter intendentes, vestris supplicationibus inclinati, ut de blado, vino, lana, lignis, lapidibus et aliis que vestris usibus emere vos continget pedagia, vinagia seu roagia, que pro his a secularibus exiguuntur, nulli teneamini exhibere auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo... Siquis autem... — Datum Viterbii, V. kalendas aprilis, pontificatus nostri anno tertio.

100.

1267, 28 mars. Viterbe. — *Bulle de Clément IV permettant au domp de l'Hôpital d'Aubrac de présenter les religieux de l'Hôpital aux cures dont il est le patron* [2].

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis diocesis, sal. et apost. bened. — Caritatis opera, que devotionis vestre puritas sollicitudine studiosa indefesse prosequi dicitur, nos inducunt ut in his que digne possumus vota vestra favorabili preveniamus effectu. Hinc est quod nos, vestris supplicationibus inclinati, ut ad ecclesias, in quibus jus patronatus habetis, fratres vestri Hospitalis in presbiteratus ordine constitutos, cum illas vacare contigerit, locorum diocesanis, dum tamen ad id diocesanorum ipsorum accedat assensus, presentare possitis, quibus, si fuerint idonei, diocesani predicti animarum curam comittant, ita quidem quod dicti fratres qui per diocesanos ipsos fue-

1. Doat, 134, fol. 170, copie d'après l'original. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 142, fol. 83 r° ; — H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 46, fol. LXXXXIII r°. *A la marge :* Correcta.

2. Doat, 134, fol. 166, copie d'après l'original, coté N. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 406, copie informe papier, cotée n° 8.

Digitized by Google

rint in eisdem ecclesiis instituti, diocesanis prefatis de cura plebis, vobis quoque de temporalibus debeant respondere, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo... Si quis... — Datum Viterbii, V° kalendas aprilis [1], pontificatus nostri anno tertio.

101.

1267, 29 avril. Viterbe. — *Bulle de Clément IV permettant au domp de l'Hôpital d'Aubrac de se saisir de la personne des « apostats [2] ».*

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis diocesis, sal. et apost. bened. — Ut fugitivorum de Hospitali vestro fratrum temeritas reprimatur et alii eorum exemplo perterriti a presumptione simili arceantur, vestris precibus annuentes, capiendi citra excommunicationis penam Hospitalis ejusdem apostatas, ubicumque inventi fuerint, tibi, fili dompne, ac successoribus tuis dompnis Hospitalis ejusdem qui pro tempore fuerint, plenam et liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Nulli ergo...; Si quis autem... — Datum Viterbii, III° kalendas maii, pontificatus nostri anno tercio.

102.

1267, 2 juillet. Viterbe. — *Bulle de Clément IV mettant sous la protection du Saint-Siège l'Hôpital d'Aubrac avec ses dépendances [3].*

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno Hospitalis de Altobraco ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. In

1. *G. 406.* Datum Viterbii, kalendas aprilis.

2. Doat, 134, fol. 172. — *Hist. de Languedoc* (éd. Privat), t. IV, p. 893, en note.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G. 404, copie en forme papier, cotée n° 2. Lad. copie fut faite à la grange des Bourines, le 2 octobre 1585, en présence de Antoine Vacquier, prêtre, prieur de la Terrisse, et de Jean Bonaffous de la Canourgue, par autorité de Etienne de Perrin, docteur en droit, juge royal de La Vernhe, « des Soutz » et dépendances. Pierre Bernier, licencié en droit, de Rodez, Jean Trémolières, bachelier en droit et notaire royal de Laissac et Jean Bertrandi, aussi not. royal de Laissac, certifièrent sous serment aud. juge que l'original était « en bonne forme et probauté » et que l'extrait convenait

Digitized by Google

perpetuam memoriam. — Religiosam vitam eligentibus Apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et Hospitale de Altobraco, Ruthenensis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem Hospitali institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. — Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem Hospitale in presentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum concessione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante Domino, poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus expr[im]enda [1] vocabulis : locum ipsum in quo prefa[tum H]ospitale situm est cum omnibus pertinentiis [suis, in] prefata diocesi ; ecclesiam d'Erinha[c cum capell]is de Monteferrario, de Bertolena et de las Borinas ab ea dependentibus, decimis, terris, vineis, possessionibus et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam de Livinhac cum capella dependenti ab ea et ecclesiam de Condor cum terris,

« en tout et par tout avec led. original ». Antoine Fabri, not. royal d'Ayrinhac et greffier du susd. juge, fit la copie et y apposa le « seel » de la cour de La Vernhe sur un petit carré de papier appliqué sur de la cire. L'empreinte porte au centre un écu chargé de 3 fleurs de lis et de quelques autres ornements ; autour on lit la devise : ✝ *Seel royal de la Vergne. 1570.* Guillaume Boissonis, prêtre, religieux et syndic général de l'Hôpital d'Aubrac, avait préalablement remontré aud. E. de Perrin « que de lad. bulle du pape Clément il avait affaire en plusieurs et divers lieux ez procès dud. Hôpital introduictz ou à introduire ez courtz subalternes, souveraines et aultres du royaume ; et de tant que pour raison des guerres civiles renouvelées en ce dict royaulme et la fréquence des voleurs qui tiennent et infestent les chemins tant en le païs de Rouergue que circonvoisins ou par le dol des parties qui plaideront avec led. Hôpital, l'original de la susd. bulle pourroit estre esgaré, corrompu ou altéré au grand et irréparable dommage dud. Hôpital, religieux et pouvres d'icelluy », il l'avait requis de lui en concéder un extrait conforme. — G. 406, copie informe et abrégée, cotée n° 8.

1. Le ms. a été rongé par les rats.

Digitized by Google

possessionibus, vineis, pratis, sylvis, pascuis et omnibus pertinentiis earundem ; villam de Masclat cum terris, possessionibus, pratis, sylvis, pascuis et omnibus aliis pertinentiis suis ; villam de Pratis et temporalem jurisdictionem quam habetis ibidem, cum grangia, terris, possessionibus, pratis, vineis, nemoribus, pascuis, molendinis et universis pertinentiis suis ; villam da Condor et villam dictam la Reginaria ac temporalem jurisdictionem quam in eisdem villis habetis, cum terris, possessionibus, vineis, pratis, sylvis, pascuis, molendinis et ceteris pertinentiis earundem ; villam de Malet et temporalem jurisdictionem quam habetis ibidem, cum grangiis, terris, possessionibus, pratis, vineis, sylvis pascuis, molendinis et omnibus pertinentiis suis ; Hospitale juxta muros Civitatis Ruthene situm, cum capella, decimis, terris, possessionibus, pratis, sylvis, vineis, pascuis, molendinis et reliquis pertinentiis suis ; Hospitale de Najaco cum terris, possessionibus, pratis, vineis, sylvis, pascuis et aliis pertinentiis suis ; grangiam de Cassanode cum capella, decimis, terris, possessionibus, pratis, sylvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis ; de Vabre, de Pratis, de Cisternas, de Bonafonte et d'Aulas grangias cum terris, possessionibus, pratis, vineis, sy[lvi]s, pascuis et omnibus aliis pertinentiis ea[rundem] ; grangiam dal Vilar cum universis perti[nentiis su]is ; de las Borinas et d'Ebi[l]lac grang[ias cum de]cimis, terris, possessionibus, pratis, sylvis, pascuis, molendinis et omnibus pertinentiis earundem ; domum Amiliavi cum terris, possessionibus, vineis et omnibus pertinentiis suis ; de Caussanel, la Drech, de Raphi, de Regausso, dal Boysso, dal Vilar Sobeyra, da las Broas, dal Tel et de la Pojada mansos cum terris, possessionibus pratis, vineis, pascuis, molendinis et omnibus pertinentiis eorundem ; mansum quoque de Serra cum omnibus pertinentiis suis ; de Solatge, de Grezas, de Crozets, de Lenso, de las Brossas et de Copiac mansos cum terris, possessionibus, pratis, vineis, sylvis, pascuis et ceteris pertinentiis eorundem ; — *in diocesi Mimatensi* : ecclesiam Sancte Marie de Nasbisnals et ecclesiam de la Faja

Digitized by Google

necnon et capellam de las Planhas cum decimis et universis pertinentiis earundem ; hospitale da Lhuc cum terris, possessionibus, pratis, vineis, sylvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis : hospitale de Chirac ac de Maruelogio hospitale cum capellania, decimis, terris, possessionibus, pratis, vineis, pascuis, sylvis et aliis pertinentiis suis ; villam de Nasbinals et villam de la Faja et temporalem jurisdictionem, quam in eisdem villis habetis, cum terris, possessionibus, pratis, vineis, pascuis, sylvis, molendinis et universis aliis pertinentiis earundem ; grangiam del Salhens cum decimis, piscationibus, pratis, sylvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis ; de las Plan[h]as et de Salelas [grang]ias cum terris, possessionibus, pratis, nemor[ibus, p]ascuis et ceteris pertinentiis earundem ; [mansum de] Cogossac cum decimis, terris, possessionibus, [pratis, sylvis pa]scuis, molendinis cum aquarum decursibus et omnibus pertinentiis suis ; de la Beyssaireta, del Mascibert [1], de Gratapalha, de Montfalgos, de Combafalguieyra, dal Bro[l]het, de Mongrosset, de Montgros, del Chier et de Bagoiras mansos cum terris, possessionibus, pratis, sylvis, pascuis, molendinis et universis pertinentiis eorundem ; mansum de Priondas [2] cum omnibus pertinentiis suis ; del Vedrinel, d[a] Lussalt, dels Faus, de Brio, del Cassar, dels Forns et de Gramvilar mansos cum terris, possessionibus, pratis, sylvis, pascuis, molendinis et ceteris pertinentiis eorundem ; — *in diocesi Claromontensi* : ecclesiam de Maurinas et capellam de la Moleta cum decimis et omnibus pertinentiis earundem ; villam de Montclergue cum omnibus pertinentiis suis et temporalem jurisdictionem, quam habetis ibidem ; de la Moleta et de Maurinas villas et jurisdictionem temporalem quam in eisdem villis habetis, cum terris, possessionibus, pratis, sylvis, pascuis, molendinis et universis pertinentiis earundem ; — *in Nemausensi diocesi* : hospitale de Anduzia cum omnibus pertinentiis suis, cum terris, pratis, nemoribus, vineis, usuagiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molen-

1. *Ms.* Maseibert. — 2. *Ms.* Perundas.

Digitized by Google

dinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. — Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis et de quibus aliquis hactenus non percepit sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. — Li[ceat] quoque vobis clericos... [*ut supra p. 23*]. — [Prohibemus in]super ut nulli fratrum vestrorum post factam in Hospitali vestro professionem fas sit sine dompni sui licentia de eodem loco nisi arctioris religionis obtentu discedere, discedentem vero absque communium literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. — Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare dummodo causam non dederetis interdicto. — Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem Sancte Romane Sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. — Prohibemus insuper ut infra fines parrochie vestre, si eam habetis, nullus sine assensu diocesani episcopi et vestro cappellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad hec novas et indebitas exactiones ab achiepiscopis et episcopis, archidiaconis seu decanis aliisque omnibus ecclesiasticis secularibusve personis a vobis omnino fieri prohibemus. — Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepelliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut etiam publice [usur]arii, nullus obsistat, salva tamen justitia [illaru]m ecclesiarum a quibus mortuorum [corpora as]sumuntur. — Decimas vero et possess[iones ad jus e]cclesiarum vestrarum spectante[s, que a laicis] detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nostra authoritate facultas. — Obeunte vero te nunc ejusdem loci dompno vel tuorum quoli-

Digitized by Google

bet [1] successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. — Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, authoritate Apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. — Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus Hospitali vestro concessas necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas authoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communibus. — Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Hospitale temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, set omnia integra [co]nserventur eorum pro quorum gubernatione ac [sust]entatione concessa sunt usibus omnimodis pr[ofutura], salva Sedis Apostolice authoritate, [diocesan]orum episcoporum canonica justitia et [in predic]tis moderatione concilii generalis. Si qua igitur... [*ut supra p. 6*] Amen. — [*Rota* : Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Clemens papa IIII. *Avec la devise* : † [.....] — *Monogramme* : Bene valete.]

Ego Clemens, Catholice ecclesie episcopus.

† Ego Odo, Tusculanus episcopus.

† Ego Stephanus, Prenestinus episcopus.

† Ego frater Johannes, presbiter et Sancte Rufline episcopus.

† Ego Henricus, Ostiensis et Velletrensis episcopus.

† Ego Aucherius, tituli Sancte Praxedis presbiter cardinalis.

† Ego Guillelmus, tituli Sancti Marii presb. card.

† Ego Ricardus, Sancti Angeli diaconus cardinalis.

1. *Ms.* quodlibet.

Digitized by Google

† Ego Ottomanus, Sancte Marie in Via Lata diac. card.
† Ego Jacobus, Sancte Marie in Cosmidim [1] diac. card.
† Ego Gotifardus, Sancti Georgii ad Velum Doratum [2] dyac. card.

Datum Viterbii, per manum magistri Michaelis, Sancte Romane ecclesie vicecancellarii, VI° nonas jul[ii], indictione X^a^, incarnationis Dominice an[no] M° CC° LX° VII°, pontificatus vero domini. Clementis pape IV anno III°.

103.

1267, 11 juillet. Viterbe. — *Bulle de Clément IV permettant aux religieux prêtres de l'Hôpital d'Aubrac de confesser et d'administrer les autres sacrements dans les maisons qui dépendent de celle d'Aubrac* [3].

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis... dompno et fratribus Hospitalis pauperum Beate Marie de Alto Bracho, Ruthenensis dyocesis, sal. et ap. bened. — Intuitu Dei et hospitalitatis obtentu, quam sicut accepimus servatis, inducimur ut quod a nobis suppliciter petitis ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo possumus, favorabiliter admittamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati ut fratres presbyteri Hospitalis vestri ac aliorum hospitalium et domorum Hospitali subjectorum eidem, confessiones infirmorum et pauperum ad domos et hospitalia predicta confluentium audire valeant et eis injungere a commissis penitentiam salutarem, ministrare alia ecclesiastica sacramenta et corpora eorum, cum dessecerint, in cimiteriis hospitalium et domorum eorumdem ecclesiastice tradere sepulture sine juris prejudicio alieni, auctoritate vobis presentium indulgemus. Nulli ergo... Si quis... — Datum Viterbii, V° ydus julii, pontificatus nostri anno tercio.

1. *Ms.* Cosindicti. — 2. *Ms.* docetum.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G. 142, fol. 83 r° ; 406 copie informe papier cotée n° 8. — H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 44, fol. LXXXXII r°. *A la marge* : Correcta.

Digitized by Google

104.

1267, 11 juillet. Viterbe. — *Bulle de Clément IV donnant au domp d'Aubrac ou à son vicaire le soin des religieux de la maison* [1].

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis... dompno et fratribus Hospitalis pauperum Beate Marie de Alto Bracho, Ruthenensis dyocesis, sal. et ap. bened. — Intuitu Dei et hospitalitatis obtentu, quam sicut accepimus servatis, inducimur ut quod a nobis suppliciter petitis ad exauditionis gratiam, quantum cum Deo possumus, favorabiliter admittamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati ut dompnus Hospitalis vestri, qui pro tempore fuerit in presbyterali ordine constitutus, sicut bene ac rite predecessores tui dompni ejusdem Hospitalis id hactenus observarunt, curam animarum fratrum et sororum ac familiarium Hospitalis ejusdem gerere valeat eamque, quociens ipsum pro negociis dicti Hopitalis abesse contingerit, alicui ex presbiteris dicti Hospitalis ydoneis committere sicut viderit expedire, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo... Si quis... — Datum Viterbii, V° ydus julii, ponticatus nostri anno tercio.

105.

1267, 11 juillet. Viterbe. — *Bulle de Clément IV portant que l'Hôpital d'Aubrac ne sera pas uni à une autre maison sans le consentement de ses religieux* [2].

Clemens episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis... dompno et fratribus Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, Ruthen. diocesis, salut. et apost. bened. — Quieto et prospero statui vestro Apostolica sollicitudine providere volentes, auctoritate vobis presentium indulgemus ut vos vel Hospitale vestrum alicui loco vel ordini absque com-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*. G. 142, fol. 83 r.; 406, copie informe papier cotée n° 8. — H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 45, fol. LXXXXII v°. *A la marge* : Correcta.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G. 406, copie informe papier, cotée n° 8. — Copie informe papier du *vidimus* fait par l'official de Rodez le 15 juillet 1317. *Ancien Hôpital d'Aubrac* par l'abbé Bousquet, exemplaire de M. Verlaguet, entre p. 186 et p. 187.

Digitized by Google

nuni consensu vestro subjici nequeatis per litteras Apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbun non fecerint mentionem : nos enim ex nunc decernimus irritum et inane si secus a quoquam extiterit attemptatum. Nulli ergo... Si quis... — Datum Viterbii, V° idus julii, pontificatus nostri anno tertio.

106.

1267, 21 octobre. Barbarès. — *Confirmation de l'acte n° 24, par Gui de Sévérac* [1].

Privilegium domini de Ceveiraco. — Anno ab incarnatione Domini M° CC° LXVII°, XII° kalendas novembris. Notum sit omnibus hominibus presentibus pariter et futuris quod cum dominus dompnus D. Hospitalis de Altobraco suplicaret nomine dicti Hospitalis et peteret a domino Guidone de Severiaco ut instrumentum quoddam cujusdam compositionis facte inter dominum Deodatum de Caslus, patrem ipsius Guidonis, et ipsum Guidonem et dictum Hospitale, cujus tenor inferius continetur, ipse dominus Guido laudaret, ratificaret et etiam approbaret et filio suo Guidoni absenti faceret laudari et ratificari et etiam approbari et in publica forma preciperet redegi, tandem dictus dominus Guido suplicationi dicti domini dompni et ejus precibus inclinatus, concessit notario infra scribendo, voluit ac precepit ut instrumentum predictum in publicam formam redigeret. — Et ego Hugo Fabri, publicus notarius de Laissazes [2] pro nobilibus viris domino comite Pictav[ie] et Tholose et Guidone, domino de Severiaco predicto, recepto mandato et precepto predicti domini Guidonis receptaque stipulatione pro Hospitali predicto et omnibus quorum interest vel interesse potest, receptoque etiam juramento a dicto domino Guidone de tenendis et perseverandis in perpetuum per se et suos omnibus et singulis que in ipso instrumento continentur promissoque etiam a dicto domino Guidone dicto domino dompno, recipienti nomine dicti Hospitalis, per stipulationem sol-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 29, fol. L r°-LI r° et LII r°. — 2. *Ms.* Laissans.

Digitized by Google

lempnem et juramentum et sub pena C librarum Ruthenensium quod dominus Guido predictus faceret ratificari instrumentum infra scriptum Guidoni, filio suo, et approbari per juramentum omnia et singula que in ipso instrumento inferius continentur ; — hoc salvo et retento dicto domino Guidoni et successoribus suis universis quod dictum Hospitale se accressere non possit in feudis dicti domini Guidonis extra terram comunem de Laissazes sine consensu suo et heredum et suorum et successorum, retentoque ipsi domino Guidoni et salvo sibi jure et successoribus suis dominio tam in terra comuni quam propria in acquisitis et adquirendis. — Et nos dictus dompnus, nomine Hospitalis predicti, in remunerationem laboris omnium peccatorum, gratis de bonis Hospitalis predicti vobis predicto domino Guidoni donamus C libras Ruthenenses, de quibus dictus dominus Guido in continenti se tenuit pro contento, renuncians ex [sua] certa scientia non numerate sibi pecunie, non tradite et non recepte. — Tenor autem instrumenti de quo superius mentio fit hec est. [*Suit l'acte n°* 24]. — Acta fuerunt hec anno et die quo supra in manso de Barbares. — Testes fuerunt vocati et rogati : Guillermus de Cambraic, doctor legum, Hugo Airaldi clericus ; Guillermus de Cesas [, publicus notarius] de Laissases, qui... hanc cartam scripsi et instrumentum superius contentum manu mea propria de verbo ad verbum manu mea propria translatavi et scripsi et vidi et legi non viciatum, non destructum, non cancellatum in aliqua sui parte, set in sua prima figura existens, pendentibus in eodem instrumento duobus sigilis cereis in quadam cabelieira connexis, nichil addens neque diminuens set in publicam formam redegi et signo meo signavi.

107.

1267. La Ramière. — *Reconnaissance et hommage faits par Durand Grimaldi, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Garin de Castelnau, seigneur d'Apcher* [1].

Compositio Domini de Apcherio. — In Dei nomine. Amen.

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 40, fol. LXXV v°-LXXVII r° et LXXVII v°-LXXVIII v°. *En tête* : Non valet quia alia est ultima.

Digitized by Google

Anno Ejusdem incarnationis M°CC°LXVII°, indictione IX^a^ domino Lodovico, rege Francorum, regnante et domino O., episcopo Mimatensi, existente, silicet VI° nonas julhii. Noverint universi presentes et futuri quod nos Durantus Grimaldi, dompnus Hospitalis de Altobraco, vice et nomine dicti Hospitalis et pro ipso Hospitali, ex certa sciencia, non ducti aliqua arte vel ingenio seducti, set quia ita novimus verum est, confitemur et in veritate recognossimus nomine dicti Hospitalis, de concensu et voluntate ipsius Hospitalis et fratrum infra scriptorum, vobis Garino de Castronovo, domino Apcherii, ipsum Hospitale tenere a vobis et tenere debere in feudum villam de la Faja Montiyvernos cum pertinentiis suis et juribus, excepto manso qui vulgariter appellatur Guionenc et manso qui appellatur Fajavielha et excepto manso appellato Guarambal ; — *item* mansum del Vedrinel cum pertinentiis et juribus suis, scitum in parrochia predicta Sancti Johannis de la Faja ; -- *item* mansum de Beyresc, scitum in parrochia Sancti Laurencii, et quicqui[d] dictum Hospitale habet in parrochia Sancti Laurencii supradicti cum pertinentiis suis et juribus, excepto tamen manso de Bereschet scito in parrochia Sancti Laurencii ; — *item* recognossimus vobis dicto Garino, vice ac nomine dicti Hospitalis, quicquid est et continetur et quod dictum Hospitale habet in parrochia de Maurinas cum pertinentiis suis et juribus, exceptis manssis quorum unus vocatur mansus de Barbarenias et alter vocatur mansus de Monclergue ; — *item* recognossimus vobis nomine quo supra manssum de Maurissanias et mansum de Durforc, scitos in parrochia predicta de Maurinas cum pertinentiis suis et juribus ; — *item* mansum de la Sorga cum juribus et pertinentiis suis, scitum in parrochia de Maurinas ; — *item* supradictam villam de Maurinas cum pertinentiis suis et juribus ; — *item* mansum de Charaus et quicquid dictum Hospitale habet in ipso manso de Charals, scito in parrochia d'Entrerieus cum pertinentiis et juribus suis ; — *item* mansum de la Brugieyra cum pertinentiis et juribus suis, scitum in parrochia de Manac ; — *item* mansum de Valhelheta, scitum in parrochia predicta

Digitized by Google

d'Entrerieus cum pertinentiis et juribus suis. — Predictos, inquam, mansos, terras, res omnes et singulas cum pertinentiis suis et juribus et cum omnibus et singulis in ipsis contentis recognossimus, nomine dicti Hospitalis, et ipsum Hospitale a vobis tenere et tenere debere et velle tenere et possidere vel quasi in perpetuum in feudum francum ; et propter hoc fidelis esse promitimus vobis nomine dicti Hospitalis et fidelitatem juramus cum omnibus et singulis in ipso sacramento fidelitatis contentis, recognoscentes vobis quod semper in mutatione domini ex parte vestra, et dompni ex parte nostra, quicumque dompnus fuerit ad faciendam recognitionem veram et puram omnium predictorum vobis et successoribus vestris et ad promissionem fidelitatis cum juramento predicto tenetur. Et predictam recognitionem vobis facimus, hoc salvo et retento et intellecto quod recognoscimus, nomine dicti Hospitalis, vos habere et habere debere merum imperium in omnibus supra dictis, mixto imperio et jurisdictione scimplici ad dictum Hospitale pertinentibus. Hoc autem sciendum est quod efuziones sanguinis sine morte vel membri truncationes et percussiones et impositiones bannorum et cognitiones ipsorum et etiam pena que exinde proveniret ad dictum Hospitale pertinent et pertinebunt, salvo et retento principali dominio in omnibus et singulis supra dictis et infra scriptis vobis et vestris heredibus ad integrum reservato. Si vero ratione meri imperii proveniret aliqua pena oblatione, compositione vel sentencia vel alio quocumque modo, illis scilicet que ad vos pertinent, in illa peccunia dimidiam dictum Hospitale perciperet et alia dimidia ad vos pertineret, recognossentes dictum Hospitale omnia predicta ab antecessoribus vestris et feudatariis acquisivisse. — Et ego dictus Garinus concedo vobis et etiam laudo dicto dompno, nomine Hospitalis predicti, manssum de Montedorto, scit[um] in parrochia d'Arzenstz, quem vobis donavit dominus Guillermus Revelhacas, miles condam, cum ipsum a me teneret in feudum, salvo dominio et etiam hoc salvo quod merum imperium est meum ipsius manssi modo et forma quibus in superioribus manssis seu terris ad me pertinet, ita et in

Digitized by Google

hoc mansso pertinet et pertinebit. — Et eodem modo laudo vobis et concedo manssum de la Croza, scitum in parrochia de Termes, quem vobis nomine dicti Hospitalis dedit Fulco, condam, de Petrisbessis, salvo et retento michi in dicto manso mero et mixto imperio et omni jurisdictione ; item salvo et retento pro quolibet foco seu domo in qua fiet ignis ubi percipiam, nomine census et dominii, XX^ti^ solidos Podienses, singulis annis in perpetuum in festo sancti Andree. Si vero in dicto mansso nullus ignis fieret, debeo percipere in dicta villa seu mansso, singulis annis, XL^a^ solidos Podiences in predicto festo. — *Item* herbe et pascua dicti mansi de Croza ad me pertinent et pertinebunt, salvo ipsarum herbarum et pascuorum usu qui hominibus dicti Hospitalis pertinet. — *Item* concedo vobis, laudo et confirmo, et dicto Hospitali per vos, omnes donationes et privilegia a patre meo dicto Hospitali facta et concessa. Quarum quidem donationum michi lecta est quedam littera sigillo condam patris mei sigillata, cujus tenor talis est. [*Suit la teneur de l'acte n° 47*]. — *Item*, ut supra, hoc salvo et retento quod ego predictus Garinus nolo aliquo modo in predictis quod homines vestri seu dicti Hospitalis habeant jus pascendi seu ligna scindendi in terra mea, nisi tantummodo illi qui tenerent animalia in hieme. Que quidem animalia, si mansus noster seu terre nostre essent contigue alicui mansso Hospitalis, in quo dicta animalia yemassent, possent scilicet in illo mansso contiguo pascere et depasci et habere usum nemorum et manssorum contiguorum, sicu[t] homines terre mee et eo modo. — *Item* salvo et retento quod in omnibus et singulis quod jus [in] dominio meo acquisieritis, dominium meum et mixtum imperium et jurisdictio ad me meosque heredes pertineat. — Hoc etiam amplius quod si contingeret me vel aliquem successorum meorum transfretare, filiam vel sororem maritare, vel militem esse seu fieri vel captum esse, scilicet quod possem ego et heres meus talliare et tallam percipere et habere ab omnibus illorum acquisitorum bono modo et legali, sicu[t] ab aliis hominibus terre mee. Et hec omnia et singula supradicta ego dictus Garinus promito vobis dicto domino D. dompno, nomine dicti

Digitized by Google

Hospitalis stipulanti, servare per me et meos heredes in perpetuum et non contra venire per me vel per alium de facto vel de jure, aliqua ratione vel causa, sub obligatione omnium bonorum meorum et ad sancta Dei evangelia corporaliter tacta juro. — Et nos dictus D., dompnus dicti Hospitalis, promitimus, vice et nomine dicti Hospitalis, vobis Garino pro vobis et vestris heredibus stipulanti tenere et complere et servare omnia et singula supra dicta et firma et rata habere in perpetuum sub obligatione bonorum dicti Hospitalis et ad sancta Dei evangelia juramus. Item non fecimus nec diximus, faciemus seu dicemus quo minus in posterum predicta habeant perpetue firmitatis. — Actum apud la Ramieyra, presentibus et conscencientibus fratribus dicti Hospitalis, silicet : domino Geraldo Revelhaca et domino Guigone de Cofor[co], militibus, et domino Johanne, rectore dicte ecclesie beati Johannis de la Faja, et Astorgio de Altavilla militis, Truc de Mayrona et Fulqueto de Turre milite, Pontio de Monterotato et Guillermo de Domibus et Bertrando dels Besses presbitero, et Aymerico de Villanova et Johanne Achart clerico, Petro de Fantallis et pluribus aliis, et me P. de Salguas, publico notario dicti domini episcopi et in barronia dicti nobilis viri Garini, qui... et mandato parcium litteram predictam presenti instrumento interserui prout in litteris jacebat, nullo adjuncto vel diminuto, nisi forte litteras preteractas breviando vel breviatas protrahendo. Ceterum in signum vere dilexionis et fidei osculum pa[c]is inter ipsum Garinum et dominum D. dompnum intervenit. Et voluerunt partes quod de hoc contractu duo similia et ejusdem tenoris fierent instrumenta videlicet pro unaquaque parcium predictarum.

108.

1268 (n. s.) 23 mars. Prades [1]. — Bail acapte par Lordet, chevalier, sindic et procureur de l'Hôpital d'Aubrac, lieutenant de Durand, domp dudit Hôpital, à Pons de Prades du mas *Cadapauc*, paroisse de Prades, confrontant avec terres des mas de *Rupe* et de *Veulac* [2], terre de *Lacalm*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, G. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettres XX et Num° IV, liasse XXVII., titre 3°. — 2. *Ms.* Verlac.

Digitized by Google

dudit Hôpital et avec *Mossaur* de Lunet. Droit d'entrée : 100 s.; — d'un pré à *la Varena*, confr. avec pré de *Miquel Davi*, pré du *mas Rigal* dudit Hôpital et pré de *la Tersieira* du susdit Pons; — de la moitié d'autre pré *al Riuforc*, confr. avec chemin de Prades à Saint-Chély (*Sanctum Elerium*) *et sicut vallatura claudit ipsum*. Droit d'entrée desd. prés : 10 s. Censive annuelle pour ledit mas : 1 set. froment et avoine, une géline par feu et 12 d. par *sechorada* [de pré] à y faire, avec le quart des blés, *pratis et duabus sestariis terre per parras exceptis* ; l'emphithéote pourra construire *palhairils et femorairils* ; pour lesd. prés : 3 s. 6 d., *et servicium prout alii homines de Pradis*. — Fait dans l'église de Prades ; présents : Guillaume *Balma*, D. *Segini*, D. P..., Benoit de *Veulac* [1], D. Bonet, Jean Falc. — Notaire recevant : Astruc de *Aguassac*, notaire de Palmas. Notaire expéditionnaire : Guillaume *Cayrosa*, notaire épiscopal de la Cité et du diocèse de Rodez. — [*Seing manuel du notaire.*]

109.

1268, 16 juin. Aubrac et 22 juin. Verrières. — *Cession faite à Durand, domp d'Aubrac, de plusieurs mas situés à Saint-Chély-d'Aubrac, par Hugues de Plagnes, Maurin, Gui, B. et P. de Roquelaure, et confirmation de ladite cession par Ricarde, femme de Maurin de Roquelaure, et autres* [2].

Noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi quod anno Domini M° CC° LX° VIII°, silicet XVI° kalendas julii, ego Hugo de Planhas, domicellus de Planhas, et ego Maurinus de Rrupe Laura [3] et ego Guido et B. et P. de Rrupe Laura, nos omnes insimul et quilibet nostrum in solidum, per nos et nostros successores presentes atque futuros, bona fide, sine dolo et absque omni malo ingenio, non decepti nec circumventi dolo, fraude alicujus persone set propria et spontanea voluntate nostra, donamus, cedimus et concedimus cum hoc presenti publico instrumento nunc et [semper] valituro et

1. *Ms.* Verlac. — 2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, original parchemin coté lettre D, n° 99 et Num° VII, liasse XXXIII, titre 6. — Sommaire du même acte (coté D), cf. Reg. n° 19, fol. 2 r°. — Doat, 134, fol. 174-178, copie d'après la grosse originale. — 3. *Ms.* lauro.

Digitized by Google

prorsus desamparamus donatione yrrevocabili facta inter vivos, pro nobis et nostris et pro redemptione anime nostre parentumque nostrorum, vobis domino Duranto, dompno et preceptori Hospitalis de Altobraco, et dicto Hospitali ad omnes voluntates vestras vestrorumque [1] plenarie faciendas et voluntariis suis dicti Hospitalis, videlicet : mansum appellatum de Planhis et de la Masada et de la Bernaria et del Granier, herma et vestita, et omnia que tenent a nobis in accapitum D. Rafis et fratres sui, et omnia que habemus in manso de la Roquela ; que omnia predicta sunt syta in parrochia Sancti Elerii et confrontantur cum terra mansi de Regauzso et cum terra mansi d'Espinazsas et cum terra mansi de Solacrop et cum terra domini Guillelmi de Stagno. Hanc autem donationem facimus vobis et dicto Hospitali quia vos solvistis M solidos Ruthenenses Petro de Veirieiras, cui pro dote dictorum M solidorum predictus mansus fuerat obligatus. — *Item* donamus vobis nomine quo supra et dicto Hospitali unam eminam siliginis quam habemus ratione census et dominii in omnibus terris, quas tenet dictus [2] dominus Guillelmus de Stagno in quartiu de la Planha. Ista autem predicta cum omnibus juribus, introitibus, exitibus et pertinenciis suis donamus, cedimus et concedimus, ut superius dictum est, et vos verum dominum de predictis omnibus et singulis, nomine dicti Hospitalis predicti, constituimus tanquam in rem vestram... [*Formules de droit.*] — *Item* promittimus vobis domino Duranto predicto et Hospitali predicto hanc donationem predictam facere laudare, concedere et aprobare domine Ricartz, uxori mei dicti Maurini, et Grimalde, filie [3] mee, et Mielhers, uxori mei dicti P. de Veirieiras. — Acta fuerunt hec in ecclesia Beate Marie de Alto Braco. — Testes rogati interfuerunt : dominus Geraldus Revelhacas, dominus Moletus, dominus Guigo, dominus Guirbertus, milites, dominus Guillelmus de Gabrelac presbiter, B., capellanus de Condor, B. Merciers, P. Costolis, Johannes Grimals, B. de Sancto Petro, B. de Campanhaco cellararius [4], S. Blancs et Petrus Canutz.

1. *Ms.* vestrasque vestrorum. — 2. *Ms.* dominus. — 3. *Ms.* filiec. — 4. *Ms.* cellararius.

Digitized by Google

Item ego Petrus de Veirieiras predictus ex certa sciencia confiteor et in veritate recognosco, quia veritas ita se habet, cum hoc presenti publico instrumento nunc et semper valituro, coram predictis testibus et notario, me habuisse et numerando recepisse dictos M solidos Ruthenensis monete bone et percurribili[s] ratione dicte dotis, pro quibus M solidis superius nominatis erat michi P. predicto obligatus mansus predictus, ut superius est expressum, a vobis domino Duranto et conventu predictis, quos M solidos michi solvistis et numerando tradidistis, sic quod ego habeo me pro pacato et contento... [*Formules de droit*].

Item sit certum cunctis presentibus et futuris, anno quo supra et X° kalendas julii, ego Ricartzs, domina uxor domini Maurini de Rrupe Laura, et ego Mielhers, filia domini Maurini et uxor Petri de Veirieiras, et Grimalda et Poncius, filii dicti domini Maurini, nos omnes insimul et quilibet nostrum in solidum per nos et nostros presentes atque futuros laudamus, concedimus et approbamus omnia predicta et singula, ut superius sunt expressa et contenta, vobis Petro de Peyrolas presenti et recipienti pro vobis et Hospitali de Alto Braco predicto, cujus vos estis donatus..... [*Formules de droit*], confitentes nos esse majores XV annorum... — Acta fuerunt hec apud Veirieiras in domibus dicti P. de Veirieiras. — Testes rogati interfuerunt : Raymundus Adzemars, B. Delluz, G. Moleniers, Laurencius de Furno et P. de Veirieyras et Astrugus de Agassaco, tunc publicus notarius de Palmatio qui, *etc*... — Postmodum vero, notario predicto jam defuncto, ego Berengarius de Agazssaco, publicus notarius de Palmatio pro patre in Xristo domino Viviano, Dei gratia condam bone memorie Ruthenensi episcopo,... de libris et notis non cancellatis et receptis condam per predictum notarium... presens instrumentum diligenter et fideliter abstraxi, *etc*... — [*Seing manuel du notaire.*]

110.

1268, 30 juillet. — Bail acapte par frère Etienne de *Jous*, dom, gouverneur et ermite de la maison ou *hermitanie*

Digitized by Google

de *Teishieiras*, à G. *Calveti* et à *Peiron*, son neveu, du mas de *la Gerinocliarta*, paroisse de Campuac, confrontant avec *fazenda* d'Hugues de *Reichieiras* et *fazenda* de Guillaume *Durandi* de deux côtés. Droit d'entrée : 60 s. Rod. employés au profit de la dite *ermitanie*. Censive annuelle : 25 sols Rod. à la Saint-André et une émine froment à Notre-Dame de septembre, et 5 s. *pro reacapito, scilicet domino vel pagesio mutante*, avec droit de lods et ventes ; sans quart ni quint. — Fait au mas de [*illisible*], paroisse de Saint-Geniez, le lundi avant la fête de Saint-Pierre-ès-liens 1268, présents : [..] *del Cambo*, curé de Campuac, Guillaume de *Jous*, B. *Alaris*, B. de *Montmeja* clerc, Déodat *Raymundi* damoiseau, Pierre *Lacaza*, Etienne..., laïques. — Notaire recevant : Déodat Prophète, not. apostolique [1]. — [*Seing manuel du notaire.*]

111.

1268, 12 septembre, Alransa. — *Bail acaple d'une terre sise à Maymac, consenti par Bernat Deval, dom de Bozouls, à Bernat del Puech* [2].

Conoguda causa sia a totz homes, als presens et a totz sels que son avenir, que ieu Bernatz de Val, capellas [e] comandaire del ospital dels paures de Boazo, ab cossel et ab voluntat dels prohomes del dih castel, so es asaber : d'en Peire Cortes e d'en Azemar Bec e d'en W. dels Sals et d'en Ber. Alaman e de ganre d'altres et ab cossel dels fraires e de las ceros del dih hospital e per profieh del dih hospital, no deceubutz, mas de grat e de ma propria e bona voluntat, done ad acapte e per totz temps baile a bona fe e ses tot gien a vos Bernat del Puoh et a totz vostres heretiers et a totz vostres successors et a totz vostres voluntaris, so es asaber : una fazenda et una pessa de terra que nos aviam a Maismac que es del mas Major e del mas Guillalmenc ; laquals fazenda cofronta si daus una part de Guiral Bicbal e d'Azemar

1 *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie), légèrement rongé sur un côté, coté lettre F, n° 69 et n° 42.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), orig. parch. coté ; n° 44, et 4 C, nombre premier.

Digitized by Google

desobres ; e daus altra part cofronta si ab la terra del dih Guiral Bicbal e dels Olios e daus altra part ab Comba Marego e daus altra part ab l'estrada publica que te de Boazo a Veireiras e daus altra part ab las bolas ; e que la dicha fazenda puoscas vendre o enpenhorar, exceptatz cle[r]gues o cavalliers o maisos d'orde ; et ab voluntat de nos o de nostres successor[s] per aqui meteus donam vos ad acapte enaisi quant desobres es dih et a pagesia, que que ajam o aver dejam o puoscam aver per nom del dih hospital en erm o e vestit o qualsque altras causas sio des lo Montelh tro e Morta Gola, e d'aquella fazenda et en aquella fazenda devem penre lo quin de totz los fruc[s] que n'issirau, e se vos dih Bernartz del Puoh non podias coltivar las dihcah (*sic*) terras que nos las poxem far coltivar, salva nostra pagesia totas oras de la fazenda sobre dicha qu'es del mas Guillalmenc e del mas Major deves nos dar cadans e pagar a nos et a nostres successors per nom de ces e de sehnnoria ·III· sesters de fromen e .III. sesters de civada a mesura perjesa e meisos et ·Iª· gallina a Nadal cadans ; per aqui meteus autreiam vos que puoscas passar pel nostre quant ires abeurar en Esteruje. -- *Item* concedimus vobis ad acapte et a pagesia un prat que es e la dicha pagesia, e d'aquel prat deves nos donar cadans e pagar lo quin del dih prat d'erba o de fe, e mai ·Iª· gallina cessal quadans a Nadal ; e per totas aquestas causas sobre dichas a quascuna vos aves donat per acapte e per acessamen .XXX. sols de Rodanes, losquals nos avem autz en pecunia nonbrada si quens en tenem per pagatz ; e se plus valia o valra d'aisi enan del dih pres, lo plus nos vos donam ; e sobraiso renunciam a tot dreh cano o civil de dreh o de decretal o a tota nova o vieilla costitutio per que nos poxem anar en contra o contra las causas que desobres son dichas ; e vos dih Bernartz deves estar e la dicha fazenda a fuoc et a luoc, e retenem e las dichas fazendas tota nostra sehnnoria et e vos deves venir a nos de totas causas e clamar coma sehnnor e non a negun altre per nulla re se nos defendre nous podiam ; e nos devem vos defendre e gardar en totas causas

Digitized by Google

a nostre poder comal nostre. Et ieu dih Bernart en aquesta maneira recebe lo dih acapte. E nos dih Ber. de Val per nos e pel dih hospital, enaisi quant desobres es dih, prometem tener e gardar a bona fe. — Aiso fo fah ad Alransa, davan la maiso del notari e de sos fraires, die mercurii ante festum exaltationis sancte Crussis, anno Domini M° CC° LX° VIII°. — Testes vocati ad hoc et rogati : Guillelms Cedals, Joan Ricartz, P. dels Sals, P. Ricartz, P. de Cartlac, G. Fabres et plures alii. Et ego Centellinus, publicus notarius domini comitis Ruthene, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

112.

1268, 11 octobre. Aubrac ; 1268, 13 novembre et 1269 (n.s.), 12 mars. Mende. — *Compromis et sentence arbitrale entre R. del Boysso, commandeur de la Capelle, et Durand, domp d'Aubrac, au sujet du mas de Coguossac* [1].

Incarnatione Domini, anno M° CC° LX° VIII°, indictione XI^a^, Ludovico rege Francorum, O. Mimatensi episcopo, die martis post festum beati Martini, assignata a nobis Duranto Besseira, canonico Mimatensi, arbitro seu arbitratore communiter electo in causa seu controversiis, que vertebantur inter religiosos et venerabiles viros dominum Raymundum del Boysso, preceptorem domus Capelle et ecclesie de Rocolis, ex una parte, et dominum dompnum de Altobraco ex altera, super decimis, seu quasi et carnalagiis mansi appellati de Coguossac, assignata, inquam, predictis partibus seu eorum procuratoribus comparuerunt pro dicto domino Raymundo preceptore, Vitalis, capellanus ecclesie de Rocolis, et pro dicto domino dompno comparuit frater Guillermus de Cabreillac cum litteris procurationum sigillatis sigillo predictorum ; et de consensu ipsorum procuratorum fuit continuata dies usque in cras-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H., Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté D, avec bulle en plomb appendue à des cordelettes de chanvre, portant d'un côté l'image d'un évêque mitré, la main droite bénissante et tenant de la gauche le baton pastoral, avec la légende : S. ODILONIS EPISCOPI MIMATEN., et au revers, semblable image avec les mots : SCI. PI. [Sancti Privati].

Digitized by Google

tinum, et tunc comparuerunt dicti procuratores, cujus compromissi tenor talis est :

Anno Domini M° CC° LX° VIII°, die jovis proxima post festum sancte Fidis, certum sit presentibus et futuris quod super omnibus questionibus et rancuris, que erant vel esse poterant inter fratrem Raymundum del Boysso, preceptorem domorum milicie templi de Capella, de Rocolis ex una parte, et fratrem Durantum Grimaldi, dompnum Hospitalis de Altobraco, ex altera, scilicet super decima seu decimis mansi vocati de Coguossac et pertinenciis ipsius et carnalagii hominum dicti mansi, siti in parrochia de Rocolis ; tandem dictus preceptor nomine ecclesie et domus templi de Rocolis, pro se, et dictus dompnus, pro se et hominibus dicti mansi de Coguossac, super decima et decimis predictis, pari consensu et pari voluntate et consilio et voluntate fratrum suorum compromiserunt in magistrum Durantum Besseira, canonicum Mimatensem et ipsum arbitrum... super omnibus predictis elegerunt, promittentes sub juramento et pena D solidorum Viennensium a parte parti stipulata et promissa se tenere, sequi et complere et contra non venire in quicquid super predictis per ipsum arbitrum jure vel amore dictum fuerit, ordinatum seu etiam pronunciatum. — *Item* fuit actum in ipso compromisso per ipsas partes quod pena commissa et exacta dictam pronunciationem seu recitationem ipsius arbitri robur haberet perpetue firmitatis..... — Et dictus preceptor de Capella fecit et constituit procuratorem suum in dicta causa Vitalem, capellanum ecclesie de Rocolis..., et dictus dompnus fecit et constituit procuratorem suum fratrem Guillermum de Cabreillac presbiterum...., et debet durare compromissum hinc usque ad Pascham. — Acta fuerunt hec apud Hospitale de Alto Braco, anno, die quibus supra, in presentia et testimoniis domini Guillermi del Bosquet, capellani dicti Hospitalis, fratris Johannis del Boysso, fratris P. Saltet, fratris D. Doble, presbiterorum, fratris G. Revelhacha, fratris St. Blanc, fratris Hugonis da Valo, B. Rigaldi et Johannis Grimal clericorum, et nos dicti preceptor et dompnus sigilla nostra presentibus apposuimus in testimonium premissorum.

Digitized by Google

Post modo vero, eodem anno quo supra, die martis post dominicam de Passione partibus assignata, comparuerunt predicti procuratores et fuit actum et conventum inter dictos procuratores quod dictus dominus Durantus, arbiter seu arbitrator supra dictus, possit cognoscere et diffinire de primiciis et jure parrochiali dicti mansi inter partes supradictas ; et incontinenti dictus dominus Durantus arbiter..., ob bonum pacis et quasi de consensu dictorum procuratorum, predictas constitutiones diffinivit et determinavit prout inferius continetur et ita stare..., sub pena et sacramento supradictis. — Voluit enim et precepit inter partes quod mansus predictus de Coguossac sit in parrochia et de parrochia ecclesie de Rocolis et quod parrochiani habitantes in dicto manso teneantur venire ad dictam ecclesiam de Rocolis tanquam parrochiani legitimi et recipere ecclesiastica sacramenta et eidem ecclesie satisfacere in oblationibus mortuariis, in baptismis, in penitenciis, in partu mulierum et in aliis obsequiis, usaticis et consuetudinibus, que boni parrochiani ecclesiis suis facere consueverunt seu prestare et ut alii parrochiani faciunt et facere consueverunt. — *Item* statuit et diffinivit quod habitantes in dicto manso teneantur solvere dicte ecclesie de Rocolis nomine primicie II sestaria siliginis, ad mensuram dicti loci annuatim. — *Item* voluit et precepit et diffinivit quod dominus dompnus de Alto Braco et domus ipsius habeant et percipiant nunc et in futurum decimas prediales dicti mansi de Coguossac, prout actenus receperunt. — *Item* voluit et statuit et quasi, de consensu dictorum procuratorum, quod si contingeret quod corpus alicujus parrochiani deffuncti unius ecclesie veniret ad aliam ecclesiam, quod ecclesia parrochialis, cujus erat parrochianus, teneatur recipere quartam partem oblationum et omnium obventionum, que occasione illius defuncti ad dictam ecclesiam pervenirent. — Quod dictum seu recitationem predictam predictus arbiter seu arbitrator predictis procuratoribus et pro ipsis dictis partibus precepit teneri et observari in perpetuum sub commissione pene et sacramento predictis ; quod etiam dictum seu recitacionem predictam procuratores voluerunt, lauda-

Digitized by Google

verunt et emologaverunt. — Actum Mimati, in curte hospicii dicti domini Duranti Besseira, presentibus testibus vocatis et rogatis : Petro Boscos, St. de la Chaza, clericis, Guillermo de Cabreillac presbitero et Bernardo Rigaldi jurisperito et me Petro Dyonisii, notario publico Mimatensi, qui *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

113.

1269 (n. s.), 25 février. Les Bourines [1]. — Bail acapte par Guillaume *Bonetz*, terrier (*terriers*) et procureur de la maison des Bourines et frère de l'Hôpital d'Aubrac, du consentement de Guillaume *de Ecclesia* prêtre, P. *Azemarii* chevalier, D. Mazel, D. Carrier, frères dudit Hôpital, à Pierre de *Las Brossas* d'un mas *in Montemeja*, ci-devant tenu par Hugues de *Planhas*, chevalier, frère du susdit Hôpital, sis dans la paroisse de Saint-Affrique et confrontant avec le mas de *Cumbres*, le chemin des Mazes à Bozouls (*Boadone*), terres de Déodat *Felgos* et de son gendre et la terre de *Mont Agudel* qui appartient audit Hôpital. Droit d'entrée : 500 s. Rod. Censive annuelle : 20 s. Rod. pour les prés, maisons et *parras*, à la Saint-André ; un setier froment, 1 set. avoine, mesure de Roquelaure, à la Saint-Michel ; le quint des fruits, à l'exception des prés, de deux seterées de terre pour *parra* et jardin et d'un jardin, confrontant avec jardin de Déodat *Bonnafos* et avec lesd. deux seterées de terre, maisons et courtils du mas inféodé ; avec lods et ventes, tailles, quêtes ordinaires, une géline par feu et *tempore*, *quo resequantur prata*, *unum jornale hominis*, à la réquisition dud. Hôpital. — Fait à *Leborinas*, *e la cozina* ; présents : P. *Malatz*, Gui de *Fornols*, *Samsos* de Monferrier, Jean de *Lagarda*, B. *Garons*. — Notaire recevant : Hugues *Fabri*, not. public du *Layssazes*. — Suit la confirmation du susdit acte par Durant, domp de l'Hôpital, faite à Laissac le 3 juin 1269. — [*Seing manuel du notaire.*]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie) coté lettre T, n° 34 et III° LXXXVII.

Digitized by Google

114.

1269, 24 novembre. Saint-Geniez-d'Olt. — *Bail acapte de la quatrième partie du mas del Felezesc* [1].

Noverint universi... quod nos domina Helena de Rocalaura, non decepta..., concedimus in acapitum et emphytheosim perpetuo tibi P. del Coderc de Sancto Elegio et omnibus heredibus et successsoribus et voluntariis tuis ad omnes voluntates tuas tuorumque in vita et in morte plenarie faciendas dando, vendendo, impignorando, permutando seu quocumque alio modo alienando, exceptis personis a jure prohibitis, cum consilio tamen et laudimio nostro vel successorum nostrorum, videlicet quartam partem indivise mansi del Felezesc, siti in parrochia Sancti Elegii, prout totus mansus predictus confrontatur ab ortu solis cum rivo de Fonfreja et a meridie cum territorio domini Willermi de Staihn, uno vallato in medio, et ab occasu solis cum territorio Azemarii de Sancto Elegio et ex alia parte cum aqua de Boralda ; quartam partem dicti mansi indivise cum omnibus juribus suis et pertinenciis, introitibus et exitibus, culto et non culto, heremo et vestito concedimus tibi dicto P. et tuis, ut supra dictum est, in acapitum pro XXXV solidis Ruthenensis monete, quos confitemur nos habuisse et recepisse a te dicto P. in peccunia numerata, bona et legali nomine acapiti et investiture... ; et retinemus in dicta quarta parte indivisa VIIII denarios Ruthenenses censuales tantum solvendos nobis vel successoribus nostris quolibet anno in festo Sancti Andree nomine census et dominii. Item retinemus in dicta quarta parte indivisa plenum dominium et directum et vendas et laudimium scilicet de quolibet solido I denarium, si aliquociens aut quociens venderentur aut aliquid de predictis. Promittimus etiam tibi dicto P. et tuis nomine nostro et nostrorum firmam guirentiam de evictione in jure in predictis sub obligatione omnium bonorum nos-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E, 501, original parchemin, coté Num° VII, liasse XXXIII, titre 7° et n° 100. Ce titre appartenait jadis au fonds de l'Hôpital d'Aubrac, comme l'indiquent la cote et le *ne varietur* apposé au dos le 17 juillet 1723 par Delauro, lieutenant principal. — H. Hôpital d'Aubrac, sommaire du même acte coté II, cf. Reg. n° 19, fol. 8 v°.

Digitized by Google

trorum... Et ego dictus P. del Coderc promitto et juro super hec sancta Dei evangelia vobis domine Helene et vestris fidelitatem in predictis et quod predicta vel aliquid de predictis non vendam nec dabo nec permutabo nec alienabo sine vestra vel vestrorum successorum licencia et permissu. — Actum apud Sanctum Genesium, in domo B. Marguerii, anno Domini M° CC° LX° IX°, VIII° kalendas decembris. Testes fuerunt : Hugo Bos terriers, Alverngaz, B. Marguerii, P. Viladeus et ego B. de Vertlagueto, publicus notharius in castro Sancti Genesii et Rupis Vallissergie et eorum tenementis ex parte illustris viri domini A., comitis Pictavie et Tholose, qui *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

115.

1269, 7 décembre. — *Echange entre Bégon, seigneur de Calmont, et Guibert, seigneur de Cruéjouls* [1].

« ... Item instrumentum confectum anno M° CC° LXIX° in octabis beati Andree appostoli, quo cavetur quod Bego, dominus de Calmonte, et Guibertus, dominus de Crujols, ad invicem inter se permutaciones fecerunt de rebus infrascriptis : Et primo, dictus Bego de Calmonte titulo permutacionis tradidit predicto Guiberto de Cruejol presenti, etc. videlicet : affarium suum de la Cappella, quod est in parrochia ecclesie beati Amancii de la Cappella de Malavala, quod confrontatur cum affario de la Bessieyra et cum terris quibusdam ecclesie de las Sotz et cum manso de Lobozet ; — item et mansum del Poget, qui est in parrochia ecclesie de Cruejol et confrontatur cum manso de la Torreta et cum strata de Viablanca : que omnia mansum et territoria et affaria predicta cum eorum pertinentiis ipse Guibertus et sui tenent in feudum francum et honoratum a predicto de Calomonte ; — item affarium de Combres quod est in parrochia ecclesie de Persa, quod confrontatur cum affario dicte ecclesie et cum affario d'Albiac. Predictum enim mansum et affaria cum eorum juribus et pertinentiis, introitibus, exitibus, aquis, nemoribus etc, tradidit dictus de Calmonte predicto de Crue-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, Reg n° 19, fol. 2 r°.

Digitized by Google

jol, hoc salvo et exceptato quod dictus de Calmonte retinuit sibi et suis merum imperium in dicto manso de Combres et ejus pertinentiis et etiam fustigatione, sive *corre*, et bannum et plura alia hic propter eorum prolixitatem inseri obmissa. — Et dictus Guibertus de Cruejols, permutacionis titulo, gratis, etc. tradidit dicto de Calmonte terciam partem castri et ville Sancti Elegii, Ruthenensis diocesis : que quidem tercia pars inter cetera confrontatur cum alia tercia parte domini de Stagno et cum terris et possessionibus Gaucelini de Belveser et cum quibusdam terris Hospitalis de Altobraco ; in qua quidem tercia parte inter cetera sunt : quedam domus sive aula qui est de dicta tercia parte, que est ante ecclesiam dicti loci et juxta vallatum ; et dominium domorum quas tenent li Coderc in dicto loco, et quas tenet Bertrandus, filius domine Conille, et quas tenet Astruga Coderca, et quas tenent Bernarda del Coderc et ejus filia, illas quas tenet R. Vacquiers, et quas tenet P. Planhart et G. Cabassutz et li Borrel, et quas tenet R. Picquetz, et quas tenet cappellanus Rogiers, et quas tenet Hugonet lo Tornier et P. Pegoriers et P. Bessieyra, et quas tenet Guillerma Pegoreyra, et quas tenet S. Juliani, et illas Durante Bagoya et P. Bagoyas, et quas tenet Guillerma Bernona, et senhoriam quam habet in habitantibus in eisdem, et terras quas habet in mansis de la Vaycieyra et de Serveyra, et mansum de Sanhalonga, et affarium del Puech de las Forcas, et id quod habet in pratis vocatis dels Boyers. Item sunt de eadem parte census dictarum domorum et quinta et quarta, dominia et jurisdictiones que ad ipsam pertinent in dictis locis et aliis quibuscumque juribus etc. lacius in instrumento predicto specifficatis et hic inseri obmissis causa breviandi. Et signatur per litteram E. »

116.

1270, 29 avril, Banassac ; même jour, Canillac ; 1271 (n. s.), 7 février, Aubrac. — *Sentence arbitrale portée par Lordet, chevalier et frère croisé d'Aubrac, et Hugues Déodat au sujet des différends entre Déodat de Canillac et Durand,*

Digitized by Google

domp d'Aubrac. Ratification par Melier, femme de Déodat de Canillac, et par le chapitre de l'Hôpital d'Aubrac [1].

Cum questio seu questiones plurime orte essent et plures oriri sperarentur seu oriri possent inter nobilem virum Deodatum, dominum de Caniliaco, ex una parte, et religiosum virum dominum Durantum, dompnum Hospitalis de Altobraco, et conventum ipsius Hospitalis ex parte altera, super quibusdam terris et territoriis et mansis et possessionibus et mansorum, terrarum et territoriorum confrontationibus et juridictionibus ad merum et mixtum inperium et juridictionem simplicem, mediocrem, majorem seu minorem pertinentibus ; et super quibusdam aliis questionibus, petitionibus seu rancuris videlicet : in districtu et pertinentiis castri Sancti Ursicii et de la Roca, usque ad Escalopas, et districtu et pertinentiis castri et territorii de Caldas Aiguas e dels Hermals et districtu et pertinentiis castrorum d'Aurela et de Canilhaco et Sancti Laurentii ; et super quibusdam terris et territoriis et mansis sitis in montanis de Altobraco et juridictione eorumdem ; et super predictis esset diutius altercatum inter ipsas partes ad invicem, — tandem super omnibus predictis et singulis et super omnibus questionibus aliis et rancuriis ortis jam, vel que oriri possent vel contingere seu pendere ex predictis vel aliunde, seu etiam ex altera earumdem et super omnibus aliis questionibus generaliter que inter dictas partes essent vel esse possent... [2], compromiserunt concorditer et amicabiliter predictus dominus D., pro se et suis heredibus, et predictus dominus dompnus, pro se et dicto Hospitali et

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 6, fol. IX v°-XVI v°. *A la marge.* Correcta. Non valet. — Copie en forme sur deux feuilles de parchemin cousues ensemble, cotée Q, extraite par Pierre Telhini d'une autre copie, faite par autorité de S. Fabri jurisconsulte (jurisperitus) et juge de la baronie de Canillac. La présente copie fut faite à la demande de B. Chati, chevalier d'Aubrac, dans la chambre de M. Durand Riqueril, en présence de Pierre de Volpilyac et de Jean de Vianes, religieux d'Aubrac, de Guitbert Bertrandi, Jean de Grefol et M° Pierre de l'Alo, clercs, et scellée ensuite du sceau du seigneur de Canillac « in baylivia Calidarum Aquarum », par Pierre Operarii, gardien dudit sceau. Moitié du sceau et du contre-sceau pendant sur cordelettes vertes et jaunes avec partie des deux légendes. — Doat, 134, fol. 181-197, copie d'après la grosse originale. — Nous donnons le texte du *Livre des transactions*.

2. Nous remplaçons par des (...) les formules de droit.

Digitized by Google

conventu ejusdem, in dominum Lordetum, militem et fratrem cruce signatum predicti Hospitalis, et magistrum Hugonem Deodati, jurisperitum et in voluntate et manibus ac arbitrio eorumdem se subposuerunt et ipsos arbitratores, arbitros seu amicabiles compositores, divisores, messores, moderatores, tractatores, permutatores, donatores et venditores omnium predictorum et bonorum suorum fecerunt, elegerunt et sibi assumpserunt ; dantes predicte partes predictis arbitris... plenam potestatem diffiniendi, terminandi, pronunciandi..., prout ipsi arbitri voluerint... — Voluerunt etiam, concesserunt dicte partes et in compromisso agi et deduci voluerunt expresse quod predicti arbitri possint omnia et singula facere per se et expedire ac recitare per alium... ac etiam mutare dictum... quotiens voluerint. — Voluerunt etiam dicte partes et expressim concenserunt et in pactum validum et stipulationem vallatam ad invicem deduxerunt quod quicqui[d] predicti arbitri facient seu ordinabunt in predictis... perpetuo valeat et perduret et incomutabile perseveret, etiam si extra jus vel preter seu contra potestatem vel naturam compromissi hoc facerent... — Voluerunt, etiam si deceptio ibi esset vel dolus, et ita tenere, servare, atendere et adimplere et contra non venire... predicte partes ad invicem promiserunt, juramento ab [e]isdem partibus corporaliter prestito et sub pena C librarum Turonensium, in singulis causis et capitulis, ac totiens comittenda quotiens contra predicta vel aliquid de predictis fieret directe vel indirecte..., danda et solvenda a parte non parente vel inhobediente vel non faciente seu non adimplente dict[u]m, diffinitionem seu pronunciationem dictorum arbitrorum... parti parenti. — Voluerunt etiam dicte partes... quod dictum, diffinitio et ordinatio et pronunciatio predictorum arbitrorum possit et debeat executioni mandari, tam in pena quam in recitatis et recitandis, per judicem competentem, si pars inobediens monita seu requisita non adimpleret, teneret et servaret ordinationem determinationem... vel faceret in aliquo contra predicta vel aliqua de predictis, et partem inobedientem compellere ad

Digitized by Google

tenendum... predicta et singula de predictis et exequendo predictam penam solvi facere, absque alicujus exeptionis obstaculo, et quod propter recursum ad judicem competentem vel majorem et pene exactionem sive solutionem, compromissum non finiretur, nec pene comisse renunciatum videretur ; set et voluerunt quod utraque possint fieri scilicet pena comit[t]i et ad judicem competentem vel majorem, pro ordinatione servanda, recur[r]i, nec compromissum propter hoc solvi, ymmo ad majorem firmitatem premissorum omnium et singulorum et dicendorum voluerunt... quod pena commissa soluta vel non soluta, exacta vel non exacta, compromissum et recitatio perpetuo valeat et perduret, et quod in singulis causis et capitulis committatur, nec in adeundo judicem competentem vel majorem pro executione predictorum pena comit[t]atur. — Promiserunt etiam dicte partes ad invicem sub dictis pena et juramento que in singulis supra dictis omnibus et singulis causis et capitulis repetierunt et repetita esse voluerunt, quod omnia illa universa et singula que dicti arbitri per se vel per alium dicent, recitabunt vel recitari facient, ordinabunt, statuent... laudabunt et approbabunt cum fuerint promulgata, dicta et ordinata, ac etiam de presenti statim ut ex tunc illud et illa omnia et universa et singula ab ipsis arbitris dicenda... laudaverunt, approbaverunt et emologaverunt et laudari facere promiserunt, solempni stipulatione interveniente, scilicet predictus dominus D. a domina Meliore, uxore sua, et Marquesio, filio ipsius, et dictus dominus dompnus a conventu dicti Hospitalis vel majore parte ipsius. — Preter predicta vero voluerunt... quod dicti arbitri possint dictum suum et pronunciationem... quecumque fuerint, corrigere, emendare declarare, ambo tamen insimul et concordes, ac interpretari semel et pluries et quociens eis visum fuerit expedire ac etiam possint partibus inhibere et precipere quidquid voluerint ac etiam vetare, penam petere et nichilominus [ju]bere, adesse vel non adesse, in his que ipsi arbitri agent inter dictas partes, divident vel terminabunt ; et illud adimplere et eis hobedire invicem dicte partes pro-

Digitized by Google

miserunt sub dictis pena et juramento hic specialiter et potissime repetitis pro omnibus supra dictis et dicendis, complendis et observandis et non infringendis seu contra non veniendis et pena et alio interesse obligaverunt dicte partes se et omnia bona sua mobilia et immobilia et se moventia, et predicti dompnus specialiter bona predicti Hospitalis et conventus ipsius et se dicte partes ad invicem subposuerunt juridictioni cujuslibet judicis competentis seu majoris in omnibus predictis, quantum ad executionem predictorum faciendam, renuntiantes inde fori privilegio..... et specialiter dictus dominus dompnus, pro se et dicto Hospitali et conventu ejusdem, renunciavit specialiter et expresse et integre restitutioni ; et pro omnibus supradictis et dicendis... non infringendis a predicto domino Deodato et suis, in solidum vel in parte, et pro pena seu penis et alio interesse comit[t]endis, si contra fieret in aliquo, quod absit, per ipsum dominum Deodatum vel suos, obligavit se et omnia bona sua, solemni stipulatione interveniente, eidem domino dompno et dicto Hospitali et conventui, scilicet Ricardus de Turre domicellus, jurisperitus, renuncians, *etc...* ; et pro parte dicti domini dompni et Hospitalis predicti et conventus, obligavit se et omnia bona sua predicto domino Deodato et suis pro pena seu penis et alio interesse et omnibus supra proxime dictis et dicendis, tenendis..., scilicet dominus Radulphus de Moreriis, miles, eodem modo et forma quibus se obligaverat predictus Ricardus dicto domino dompno, pro dicto domino Deodato et sub eisdem renunciationibus hic specialiter repetitis.

His vero peractis, predicti arbritri, habito prudentum consilio, pro bono pacis et concordie et ne in futurum inter dictas partes aliqua questio oriatur, presentibus predicto domino D. et dicto domino dompno, dixerunt et protulerunt dictum suum et arbitratum... in hunc modum : scilicet quod dictus dominus dompnus et dictum Hospitale et conventus ipsius teneant... et recognoscant se tenere a predicto domino Deodato et ejus successoribus mansos et terras et possecciones inferius contentos et contentas, nominatos et nominatas in feudum

Digitized by Google

francum et honoratum, scilicet : medietatem pro indiviso mansi appellati los Gotals, qui confrontatur ex una parte cum manso de Cabestras et ex alia cum territorio appellato Guillelm [1] et ex alia cum manso appellato Calm Sobeiros [2] ; item mansum vocatum los Plas Gleioles et mansum vocatum Genestozas et mansos vocatos Domenge [3] el Batut, qui confrontantur ex una parte cum Boireriis [4] et ex alia cum aqua vocata de Chamboleh [4] ; et mansum vocatum Bossolenas [5] ; et mansum vocatum Suc Servier ; et mansum Puehginieis [6], qui confrontatur ex una parte cum territorio dels Bertolmieus et ex alia cum manso de Rocoletas ; et mansum vocatum Teulosa et mansos vocatos Rocacalva et Escorrehadas [7] et Vaisseira Reial [8] et Riupeiros [9] et Bagoieiras, qui confrontantur ex una parte cum manso del Chier et ex alia cum aqua vocata Bes ; et mansum vocatum Sanharossa, qui confrontatur ex una parte cum via que descendit de nemore et protenditur vas lo ga de Cogossac et ex alia cum dicta aqua de Bes ; item mansum vocatum Escudieiras [10], qui confrontatur ex una parte cum dicta aqua de Bes et ex alia cum manso d'Escudairetas et ex alia cum territorio de Granmon et ex alia ab la Peiralevada del mas de Cogossac et vas lo Rochat et inde descendit usque in aqua de Bes et de Peiralevada sicut protenditur vas lo Pueh [11] de Montaiefre et ab inde versus capud superius del prat del Laussier et ab inde in rivo dels Chausens ; item mansum vocatum de Cogossac, qui confrontatur ex una parte cum rivo de Chauzens et ab inde vadit usque in aquam de Bes et ex alia cum eadem aqua ; item mansum vocatum Costarausteta, qui confrontatur ex una parte cum manso vocato Costarausta et ex alia cum manso de Chambos ; item ea que habet dictum Hospitale in manso vocato Narchechas [12], qui confrontatur ex una parte cum uno prato del Temple et ex alia

1. Nous donnons en note les principales variantes du texte fourni par Dont : Guillem. — 2. Chalm Sobeiros. — 3. Domenhe. — 4. Berreriis. — 4. Chamboleig. — 5. Botsolenas. — 6. Puh Ginieis. — 7. Escorreyadas. — 8. Vaycieira reyal. — 9. Riupeyros. — 10. Scudeiras. — 11. Puh. — 12. Narseschas.

Digitized by Google

ab la Calm [13] de Tiracul et ex alia cum via de Sancto Urcissio qua itur versus Monbel ; item medietatem indivisam mansi vocati Calm [14] Sobeiros, qui confrontatur ex una parte ab los Frans [15] et ab Lauran et ex alia cum terra del Temple ; item mansum vocatum Labric de Malesa, qui confrontatur ex una parte ab Calm [16] Sobeiros et ex alia cum rivo dal pe de Costa eversa ; item tenenciam vocatam Botzols et mansum de Puhchalier, qui confrontatur ex una parte cum manso vocato Bertaires et ex alia ab Gelina et ex alia cum castro de la Rocha ; item mansum vocatum lo Fanh, qui confrontatur ex una parte cum castro de Rupe et ex alia cum manso de Longavila ; item mansum vocatum Maset [17], situm in parrochia Sancti Remigii, qui confrontatur ex una parte cum manso de las Forquas, et ex alia cum terra Sancti Remigii ; item totum illud quod dictum Hospitale habet in tenencia de Longavila, quam tenent li Bito ; item medietatem mansi de la Valeta, qui confrontatur ex una parte cum rivo qui descendit inter dictum mansum et mansum del Montel [18] et ex alia cum Hospitaleto ; item medietatem mansi vocati l'Ospitalet [19], siti in parrochia de Caldas Aiguas [20], qui confrontatur ex una parte cum manso de la Valeta ; item mansum dels Faus, qui confrontatur ex una parte cum manso de Raissac [21] et ex alia cum manso de la Brugaireta [22] et ex alia cum manso de la Menssongieira ; item mansum vocatum Brio lo Vielh [23], qui confrontatur ex una parte cum manso dels Faus et ex alia cum Costavaira ; item eundem mansum Costavaira, qui confrontatur ex una parte cum manso ecclesie de Brio et ex alia cum manso de Brio lo Vielh ; item mansum de Tolaric [24], qui confrontatur ex una parte cum manso del Brusquet ; item tenentiam et affarium de Prunieiras, quod est in parrochia de Caldas Aiguas ; et illud quod habet en Cassanhetas in eadem parrochia ; et mansum vocatum lo Vilar, qui fuit

13. Chalm. — 14. Chalm. — 15. Francs. — 16. Chalm. — 17. Mazet. — 18. Montelh. — 19. l'Hospitalet. — 20. Chaldas Aigas. — 21. Rayssac. — 22. Brunhareta. — 23. lo Velh. — 24. Tanaric.

Digitized by Google

Bertran Vale condam ; et medietatem mansi del Montel [25], quem tenent liberi Duranti Bernat condam ; et illud quod habet in tenemento d'Aurela scilicet : mansum de la Capela, qui confrontatur ex una parte cum aqua Olti et cum Rigaldia ; item fazendam et tenenciam de la Paissieira [26], que confrontatur ex una parte cum aqua Olti et ex alia cum manso de la Surgaria [27] ; item quicqui[d] habet in territorio de Born in parrochia de Luneto ; et quicqui[d] habet in toto tenemento d'Aurela et in toto tenemento et mandamento dicti castri d'Aurela et de Caniliaco [28] ; et totum illud quod habet in territorio et tenentia de Fonneireta [29], et in toto territorio et tenentia de Camselva [30], que tenentie confrontantur ex una parte cum manso da Jas [31] [et ex alia cum manso] de Vertellet et ex alia cum Bonaterra ; item mansum vocatum Ruscles et mansum del Pendoliu et mansum del Sanc, qui confrontantur ex una parte cum manso de las Landas et ex alia ab lo Cau et ex alia cum manso de Montorzier [32] ; item mansum seu fazendam dels Grezels, sicut protenditur [usque a las dozes de Bes et sicut protenditur] dicta aqua de Bes et vadit usque ad Tegulam et ab inde sicut protenditur versus Trochens et dividitur cum Rabils et sicut protenditur de las dozes de Bes ex alia parte usque al ga del Venh devas [33] Cantacogul ; item mansum de Costa Runhoza, situm in parrochia dels Ermals [34] ; et mansum de Priondas, qui confrontatur ex una parte cum manso de Brio lo vielh et de Granval. — Predictos vero mansos confrontatos et non confrontatos, cum pertinentiis et adjhacentiis... et terras et possessiones et tenencias supradictas cum omnibus juribus et pertinenciis suis et continentiis et adjhacentiis dixerunt dicti arbitri et expresse voluerunt et predicto dompno preceperunt, sub dictis pena et juramento, quod [tam] ipse dominus dompnus et ejus successores et dictum Hospitale et conventus ipsius teneant... a domino D. supradicto et ejus successoribus omnes mansos et terras et posseciones et tenencias supradictas et

25. Montelh. — 26. Paysseira. — 27. Solgaria. — 28. Canilhaco. — 29. Fonveireta. — 30. Campcelva. — 31. d'Anhas. — 32. Montorssier. — 33. Veruch versus. — 34. Hermals.

Digitized by Google

quicquid habent in ipsis ad feudum francum et honoratum, ut dictum est, et sub dominio et jurisdictione ipsius et sub mero imperio ejusdem domini D. et successorum suorum ; adicientes dicti arbitri quod dictus dominus dompnus in continenti predictam recognitionem faciat, pro se et dicto Hospitali et conventu ejusdem, predicto domino D. recipienti pro se et suis successoribus ; quod dictus dominus dompnus fecit in continenti, confitens nichilominus et specialiter recognoscens idem dominus dompnus, nomine suo et nomine predicti Hospitalis et conventus ipsius, se et ipsum Hospitale et conventum ejusdem Hospitalis habuisse predictos mansos, fazendas et possetiones et terras... pro majori parte, tam a predicto domino D. et antecessoribus ipsius seu a dicta domina Meliore et ejus antecessoribus quam a vassallis et feudatariis ipsius domini D. et uxoris sue predicte et eorum antecessorum, et quod antea ab ipsis domino Deodato et dicta domina uxore sua et eorum antecessoribus tenebantur in feudum et sub dominio et jurisdictione eorumdem. — Et ibidem in continenti predictus dominus D., gratis recipiens recognitionem seu recognitiones predictas sibi factam et factas a predicto domino dompno, in premium et redemptionem anime sue et delictorum ipsius et parentum suorum, dedit, absolvit et quittavit predicto Hospitali sanguinias et furta, quas et que idem dominus D. habebat seu habere debebat et poterat in territoriis predictis, ex diffinitione domini Moteti de Panosia, militis jam defuncti, et Stephani Albi, cellararii condam dicti Hospitalis, sicut late patet ex forma seu tenore cujusdam publici instrumenti condam facti per manum magistri P. Willermi de Monteferrando condam, publici notarii predicti domini D., quod instrumentum voluerunt predicti arbitri ex nunc cassari et ipsum de voluntate partium cassaverunt et irritum esse voluerunt. — *Item* voluerunt et pronunciaverunt dicti arbitri quod in omnibus supra dictis locis et mancis et territoriis, tenenciis et possessionibus... habeat et habere debeat per in perpetuum predictus dominus D. et ejus successores merum imperium, et in mixto imperio ha-

Digitized by Google

beat tantummodo potestatem dandi tutores, et curatores et quod cetera membra pertinentia ad mixtum imperium et ad jurisdictionem simplicem sint et pertineant ad dictum Hospitale, salvo sibi jure semper in mansis de Comba Felgoza e de Mon Felgos et del Brollet et littera inde confecta semper in suo robore duratura. — *Item* dixerunt predicti arbitri quod si in dictis locis, mansis et territoriis... vel in aliqua parte de pertinentiis eorumdem comit[t]eretur seu comit[t]ebatur quandocumque, ab ista hora in antea, aliquod delictum vel maleficium quod mortem vel mutilationem membri seu membrorum exigeret et illud maleficium seu delictum redimebatur seu convertebatur in penam pecuniariam, quod medietas illius condempnationis que consisteret in pecunia numerata vel pondere, numero seu mensura vel in alia re quacumque, sit et pertineat ad dictum Hospitale et alia medietas sit et pertineat predicto domino D. et ejus successoribus per inperpetuum, ita quod dictus dominus D. et ejus successores habeant et retineant sibi medietatem, et aliam medietatem dent... predicto Hospitali, salvis tamen expensis deducendis que fient in illo facto per ipsum dominum D. et ejus successores et curiales eorum, cognoscendo vel alio modo, quas idem dominus D. et ejus successores possint et debeant levare et deducere de comuni. — *Item* dixerunt et pronuntiaverunt dicti arbitri quod si aliquis frater dicti Hospitalis cruce signatus comit[t]eret vel forefaceret in predictis locis contentis in predictis recognitionibus vel aliquo eorumdem vel pertinentiis dictorum locorum, quod dictus dominus D. vel ejus successores non possint nec debeant extendere se super illum delinquentem vel eum aliquatenus punire occasione illius delicti ; et idem dixerunt de donatis dicti Hospitalis, scilicet de illis qui dederunt vel dabunt se et sua dicto Hospitali et stant ad expensas continuas predicti Hospitalis, ita tamen quod si dompnus dicti Hospitalis esset vel erat negligens vel remissus in puniendis eisdem donatis in dictis locis comit[t]entibus, quod dictus dominus D. et ejus successores punirent eosdem secundum qualitatem et quantitatem delicti committendi a

Digitized by Google

dictis donatis. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod dictum Hospitale possit acquirere licite pro voluntate sua in feudo et sub feudo predicti domini D. et successorum suorum, salvo et retento eidem domino D. et ejus successoribus homagio et fidelitate secundum qualitatem dignitatis et ordinis quod acquireret et retento eis usagio seu usagiis et dominio principali in acquirendis per dictum Hospitale et salva etiam eidem domino D. et ejus successoribus subventione facienda in V^e^ casibus, videlicet : si transfretarent, si erant milites, si filiam vel filias maritarent, si emerent baroniam, si erant capti ; et salvis eisdem toltis, talliis et questis consuetis in terris et hominibus feudatariorum vel vassallorum suorum per dictum Hospitale de cetero aquirendis ; adicientes predicti arbitri quod dictus dominus dompnus et ejus successores faciant et facere teneantur per inperpetuum predicto domino D. et ejus successoribus recognitionem omnium predictorum et homagium et fidelitatem, mutante dompno in dicto Hospitali. — Et nichilominus voluerunt et pronunciaverunt predicti arbitri quod dictum Hospitale possit et debeat pascere cum animabilus ipsius Hospitalis et hominum suorum in terra dicti domini D. scilicet in locis vicinis et contiguis ipsi Hospitali et mansis ipsius Hospitalis, prout sunt vicini et contigui predicto Hospitali, salvo tantummodo et retento et specialiter exeptato quod ipse dominus D. non amittat nec amittere possit vendam herbatgiorum suorum ; et quod similiter possit uti predictum Hospitale et homines sui aquis, lignis et nemoribus in terra predicti domini D. et successorum ipsius. — *Item* dixerunt dicti arbitri et pronunciaverunt quod dictus dominus D. et ejus successores et homines eorum possint et debeant pascere cum animalibus suis in terra predicti Hospitalis et uti aquis, lignis et nemoribus in locis tamen vicinis et contiguis ipsi domino D. et terre et hominibus et mansis suis, salvo, retento et specialiter exeptato quod dictum Hospitale non amittat nec amittere possit vendam herbarum seu herbagiorum suorum pertinentium ad dictum Hospitale ; salvis tamen devesiis utriusque partis.

Digitized by Google

Predictam vero pronunciationem... voluerunt idem arbitri a dictis partibus per inperpetuum observari... Predictus dominus dompnus nomine suo et nomine dicti Hospitalis et conventus ipsius, presente et consentiente domino Guiraldo Revelhaca, fratre dicti Hospitalis, et predictus dominus D., nomine suo et successorum suorum, laudaverunt... ; promittentes predicti dominus dompnus et dominus Lordetus et dominus G. Revelhaca sub dictis pena et juramento quod omnia supra dicta universa et singula supra contenta facient laudari... per conventum dicti Hospitalis vel majorem partem ipsius ; et predictus dominus D. promisit idem de domina Meliore, uxore sua, sub dictis pena et juramento. — Et his peractis, in continenti, predictus dominus dompnus... fecit homagium predicto domino D., recipienti pro se et successoribus suis, et fidelitatem promisit eidem pro omnibus supradictis, osculo interveniente, recipiens idem dominus dompnus, pro se et dicto Hospitali, predicta omnia et singula supra contenta a dicto domino D. et ejus successoribus, modo et forma superius nominatis, positis et expressis, renuncians idem dominus dompnus... — Et hoc facto, dictus dominus Deodatus, in redemptionem anime sue, dedit dicto Hospitali III solidos Podiensium et I denarium Caturcensem et III copadas avene censuales, quos denarios et avenam dixit se habere in manso Bernardenc de Pratis, cum Barata d'Aurela, promittens se facturum et curaturum quod dictus Barata dabit et quit[t]abit partem suam dicto Hospitali ; set quia dictus Barata non erat presens, dictus dominus D. ibidem in continenti dedit dicto Hospitali in locum partis dicti Barate scilicet II solidos Podienses, quos dixit se habere censuales in manso de Born et totum jus et rationem quod et quam habebat in dictis II solidis Podiensibus dedit et cessit predicto Hospitali ; et nichilominus absolvit et quit[t]avit dicto Hospitali toltam quam habebat in manso dels Fanhs. — Acta fuerunt hec in ecclesia de Banas[s]ac, prope Canonicam, in dyocesi Mimatensi, die martis ante festum beatorum apostolorum Philippi et Jacobi, anno Domini M° CC° LXX°, in presentia et testimonio domini B. Asterii, prioris dicte ecclesie de Banas-

Digitized by Google

[s]ac, et domini B. Revelli, rectoris ecclesiarum d'Aurela et sancti Martini de Monbo et domini P. Guiliberti, rectoris ecclesie de Trinitate, et P. Marcelli, notarii de Canonica, et Bertrandi Vale et P. de Riutort et R. del Fraisser et P. Revelli et mei Raymundi Gaufredi, publici notarii castri Rupis Vallissergie, pro illustri domino A., comite Pictav[ie] et Tolose, qui *etc*...

Eadem vero die, apud Caniliacum, in camera predicti domini Deodati, domina Melior, uxor ipsius, ad requisitionem domini Lordeti, laudavit, approbavit, ratificavit et emologavit omnia supradicta universa et singula et ea sibi placere dixit, promit[t]ens per juramentum a se corporaliter prestitum predicta omnia et singula tenere et servare et contra non venire in aliquo per se nec per alium, renuncians..., in presentia et testimonio Moteti de Panosia, Austorgii de Teissieiras, Guillermi de Vessodes, R^di^ Bernardi, R. de Torena, domicellorum, P. de Rocha clerici, Stephani del Fraisser, Duranti Denairos, R. Pages et mei notarii supra dicti.

Post hec autem, anno quo supra, die sabbati post Purificationem Beate Marie, iterum predictus dominus dompnus et omnes infra scripti laudaverunt, approbaverunt... omnia supra dicta universa et singula, que fuerunt eisdem in unum congregatis lecta, dicta et recitata et ad requisitionem predicti domini Marquesii, petentis fieri ratificationem de predictis, infra scripti laudaverunt et emologaverunt, ut dictum est, omnia supra dicta et promiserunt per sollempnem stipulationem sic tenere, ut dictum est, et contra non venire in aliquo, per se nec per alium, imo renunciaverunt..., scilicet predictus dominus dompnus et domini G. Revelhaca, Guido D[omi]n[i]s, Maurinus de Rocalaura, B. de Vallelhas, milites et fratres cruce signati dicti Hospitalis, et dominus Durantus Dobles, Guillermus de Cabrelhac, Johannes d'Alborsor, Guillermus de Nualhac, sacerdotes et fratres cruce signati dicti Hospitalis, et B. de Campanhaco cellararius, P. de Peirolas, P. Guilbert, B. Pelat, Guillermus Rotavolp, Guillermus Gafart, D. Capio, B. Pegorier, fratres cruce signati dicti Hospitalis, B. de Sancto Petro, Guillermus Aenrici,

Digitized by Google

B. Melghe, P. Revelhaca, P. de Grezer, clerici et donati dicti Hospitalis, Hugo Salas, P. Hospitalier, donati dicti Hospitalis. Et tam predictus dompnus quam omnes supradicti fratres et donati dixerunt, recognoverunt et confessi fuerunt majorem partem et plus conventus dicti Hospitalis hic adesse presentem in presenti ratificatione, confirmatione et emologatione. — Et ibidem predictus dominus Marquesius, ad requisitionem predicti dompni, laudavit, approbavit, confirmavit et emologavit et sibi placere dixit omnia supra dicta. — Actum fuit hoc in dicto Hospitali; presentibus testibus ad hoc vocatis : magistro Ricardo de Turre domicello, jurisperito, et Fredolo de Turre, fratre ipsius, et Bertrando Teulerii et Hugone Alarii et me predicto R. Gaufredi, notario supradicto, qui, *etc...*

117.

1270, avril. — *Confirmation faite par Alphonse de Poitiers d'acquisitions faites par l'Hôpital d'Aubrac ; avec ratification par Jeanne, comtesse de Poitiers et de Toulouse* [1].

Alfonsus, filius regis Francie, comes Pictavie et Tholose, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Notum facimus quod nos, pro remedio anime nostre et progenitorum nostrorum necnon favore religionis, viro religioso domno domus Hospitalis Beate Marie de Altobraco [2] Ruthinensis dyocesis, ea que in feudis seu retrofeudis nostris, usque ad summam X librarum Turonensis monete annui redditus licite acquisivit, quantum ad nos pertinet, liberaliter confirmamus, volentes et concedentes ut idem domnus domus predicte et successores sui, qui pro tempore fuerint, nomine domus sue predicte, predicta acquisita cum meliorationibus, si que per eorum industriam eisdem accesserint acquisitis teneant, possideant et explectent imperpetuum pacifice et quiete et quod per nos, heredes seu successores nostros compelli non possint eadem extra manum suam ponere in toto vel in

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hopital d'Aubrac, orig. parchemin sceaux et lacs disparus, coté Num° III, liasse XXIV, titre 1er et n° 13. — Doat 134, fol. 179-180, « Extrait d'une grande peau parchemin ». — 2. *Ms.* : Ambraco.

Digitized by Google

parte. — In cujus rei testimonium, presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum, salvo in aliis jure nostro et salvo in omnibus jure quolibet alieno. — Nos autem Johanna, Tholose ac Pictavie comitissa, confirmationem et concessionem predictas gratas et ratas habemus ac pro nobis, heredibus et successoribus nostris, spontanea voluntate approbamus, volumus et laudamus et ad majoris roboris firmitatem sigillum nostrum unacum sigillo karissimi domini nostri comitis supradicti presentibus itteris duximus apponendum. — Datum Tholose, anno Domini M° CC° LXX°, mense aprilis.

Cui [1] carte seu litere erat quoddam sigillum cereum appensum, in quo erat in medio impressa imago militis armati equitantis in quodam equo similiter armato, qui etiam deferebat ad latus sinistrum scutum, et in manu dextra ensem, in cujus circunferentia erant tales litere : † *S. Alfonsus, filius regis Francie, comes Pictavie et Tolose* ; et a parte posteriori dicti sigilli erat quoddam parvum sigillum impressum in quo erat in medio quoddam scutum cruce signatum — *Item* et aliud sigillum similiter cereum erat appensum in ea, in quo erat in medio imago mulieris impressa, tenentis in manu dextra florem lilii, in cujus circunferentia erant tales litere : † *Sigillum Johanne, comitisse Pictaviensis* ; et a parte posteriori dicti sigilli erat quoddam parvum sigillum impressum cum cruce in medio, in cujus circunferentia erant tales litere : *S. Johanne, comitisse Tolosane.*

118.

1270, 30 octobre. Hôpital d'Aubrac. — *Vente de la troisième partie de Saint-Chély-d'Aubrac par B., R. et H. de Calmon à D., domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

VENDITIO CASTRI SANCTI HELEGII FACTA PER DOMINUM BEGONEM HOSPITALI DE ALTOBRACHO. — Noverint universi... quod nos Bego, dominus de Calomonte, voluntate et assensu venerabilium virorum Raimundi et Hugonis de Calomonte, fratrum nostrorum, quod nos dicti R. et Hugo scimus et cognoscimus esse verum, nos, inquam,

1. Ce qui suit se trouve dans Doat, *loc. cit.*

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 23 fol. XLII v°-XLV v°. *A la marge :* correcta. — Sommaire du même acte (coté F), cf., Registre n° 19, fol. 3 r°.

Digitized by Google

dictus Bego, serti de facto ac de jure super hoc cerciorati, bona fide et sine dolo, non inducti dolo vel fraude alicujus set nostra mera voluntate et libera vendimus, cedimus et concedimus pro nobis et heredibus nostris et successoribus universis vobis Domino D., dompno ac magistro Hospitalis Beate Marie de Alto Braco Ruthenensi, recipienti pro vobis in dicto Hospitali et conventu ipsius et successoribus vestris et fratribus ipsius Hospitalis presentibus et futuris et ex titulo pure et perfecte venditionis perpetuo valiture in vos et dictum Hospitale transferimus, prout melius valere et intelligi potest ad utilitatem dicti Hospitalis, videlicet terciam partem pro diviso ville Sancti Helegii et dominii et senhorie ejusdem cum juribus et pertinenciis ipsius, quam acquisivimus a domino Guirberto de Cruejols milite, et specialiter quandam domum seu aulam, que est de dicta tercia parte, que est ante eclesiam dicti loci et juxta vallatum, et domum quam tenent lhi Coderc, et domum quam tenet Bertrandus filius de na Conhtas, et domum quam tenet Astruga Coderca, et domum quam tenet Bernarda del Coderc et ejus filia, et illam quam tenet P. Vaquers, et illam quam tenet P. Planhart, et illam quam tenet G. Cabassutz, et illam quam tenent lhi Borrel, et illam quam tenet R. Piquetz, et illam quam tenet Rotgerius capellanus, et illam quam tenet Hugonetz lo torniers, et illam quam tenet P. Pegoriers, et illam quam tenet P. Bessieira, et illam quam tenet Guillerma Pegorieira, et illam quam tenet S. Joliani, et illam quam tenet Duranta Bagoyeira et P. Bagoyers, et illam quam tenet Guillerma Bernona, videlicet dominium seu senhoriam dictarum domorum, et quod seu quam habemus in habitantibus in eisdem et in terris et possecionibus quas tenent predicti in dicta villa et pertinenciis ipsius, et terras quas habemus in mansos de La Vaissieira et de Servieira et mansum de Sanha Longua et affarium del Pueh de las Forquas, et id quod habemus seu habere debemus in pratis vocatis dels Boers et generaliter et specialiter omnes terras et posseciones, redditus, mansos, capmansos, appendarias, prata, nemora, quarta, quinta, domos, census, usatica,

Digitized by Google

tallias et questas, servicia, homines et dominia et homagia, herbas et pascua et quecumque alia que pertinent ad nos in villa et castro et parrochia Sancti Helegii, mandamento, districtu et pertinentiis ejusdem ex alienatione in nos facta seu in dictum fratrem nostrum R. pro nobis a domino Guirberto de Cruejols predicto de hiis que habebat pro diviso et indiviso in predicto castro et villa et ipsius mandamento, districtu, territorio et pertinentiis et omnia que dictus Guirbertus habuerat et possiderat et visus fuerat habere et possidere seu quasi in predicta villa, castro, mandamento, honore et districtu et pertinentiis ipsius, qualitercumque ad ipsum pertinuissent et qualitercumque ad nos pertinent et pertinere debeant supradicta et illa omnia que in nos idem Guirbertus alienavit seu nobiscum vel aliu[s] nomine nostro permutavit et in permutatione expressit, prout plenius in carta ipsius permutationis et alienationis inde facta continetur [1]. Que qu[idem] tercia pars predicta confrontatur inter cetera per diversa tantum loca infra mandamentum et districtum ville predicte cum alia tercia parte Guillermi, domini de Stagno, et cum alia tercia parte que est domine Alene et Gaucelini de Belvezer, et cum terris et possecionibus dicti Hospitalis. Predicta enim omnia et singula et omnia jura nobis in predictis ratione predicte permutationis seu alienationis facte a dicto Guirberto in dictum Begonem vel alium nomine suo seu dominum R. predictum, fratrem ejusdem, competentia et competitura et omnes axiones nobis competentes pro predictis in ipsis et competituras cum jurisdictione, coercione, bannis, sanguiniis, clamoribus et fianciis et mixto imperio ac mero, salvis et exeptis nobis et successoribus nostris que infra duximus exprimenda et exeptanda vendimus, inquam, nos dictus Beguo cedimus et concedimus vobis dicto dompno, recipienti nomine quo supra, predictam terciam partem precio XII^{cim} milium solidorum Ruthenensis monete ; quod precium a vobis habuisse et recepisse ex predicta causa recognossimus et confitemur et in eodem precio

1. V. l'acte n° 115.

Digitized by Google

exeptionibus non numerati et non recepti precii, de non numerate peccunie, doli et in factum expresse et ex serta scientia renuntiamus ; et si predicta a nobis vobis vendita, ut superius continetur, plus valent vel in posterum valebunt dicto precio et etiam duplo, triplo vel cadruplo, illud plus vobis recipienti nomine quo supra, donamus donatione inter vivos perpetuo valitura, cedimus et concedimus in vos et dictum Hopitale ex dicta causa totaliter transferendo....., promittentes et vos et successores vestros et dictum Hospitale habere et tenere faciamus supra dicta et ab omni contradicente et vos in predictis inquietare defendemus et specialiter a dicto domino Guirberto ac heredibus et successoribus ipsius, si aliquid ampararet vel contradiceret in predictis, et etiam predicta eidem domino Guirberto laudari et approbari et abjurari faciemus ad requisitionem vestram vel alterius nomine vestro... — Verum retinemus in predictis quod vos et successores vestri et dictum Hospitale predicta per nos vobis vendita a nobis et successoribus nostris in baronia de Calomonte in feudum francum et honoratum teneatis et recognoscatis, vos et successores vestri, vos tenere a nobis et successoribus nostris, mutante a quacumque parte dominis vel vassallo, cum fueritis requisiti, et etiam in presenti nobis teneamini vos recognoscere supradicta, ut superius est expressum. Retinemus etiam et a predicta venditione exeptamus feudum Gaucelini de Belvezer, videlicet illud quod ipse Gaucelinus tenebat olim et tenuerat a dicto Guirberto in castro de Belvezer et alibi ubicumque. Retinemus etiam in predictis et a predicta venditione et consessione meri imperii vobis facta exeptamus quod si contingeret in predictis venditis seu aliquo ipsorum committi crimen per aliquem seu aliquo[s] ex quo dictus dompnus seu aliquis pro ipso et dicto Hospitali seu bajulus seu judex ipsius Hospitalis in predictis cognosceret delinquentem debere mori morte naturali, decapitari seu suspendi vel membris abcisionem sustinere, quod illam abscizionem, decapitationem, suspensionem seu mortem faceremus seu fieri faceremus ; si vero ob dictam abcisionem, decapitationem, suspensionem

Digitized by Google

seu mortem aliquid peccunialiter reciperemus comutando per hanc corporalem in peccuniariam seu comodum aliquod peccuniarium exinde haberemus, quod vos et successores vestri et dictum Hospitale medietatem dicte peccunie et comodi peccuniarii haberetis, et nos et successores nostri aliam medietatem. Et hec, ut dicta sunt et exeptata, a dicta venditione et concessione exeptamus et nobis et nostris successoribus in perpetuum retinemus, aliis omnibus vobis supra venditis et concessis [tam de] mero imperio quam de aliis vobis et vestris successoribus integre remanentibus et suo robore perpetuo duraturis. — Et nos dictus dompnus, recipientes omnia supradicta pro nobis et dicto Hospitali et ea etiam acceptantes, recognossimus vobis dicto Begoni nos tenere et tenere debere a vobis et successoribus vestris predicta per vos nobis vendita, ut superius continetur, in feudum francum et honoratum. — Acta fuerunt hec, apud dictum Hospitale, juxta portam ecclesie dicti loci, anno Domini M° CC° LXX°, in vigilia festum Omnium Sanctorum, presentibus testibus infra scriptis vocatis etiam et roga[tis], videlicet : Johanne del Boisso, W. del Bosquet, D. Doble, W. de Rocolas, W. de Gabrilhac, Jo. d'Alborsor, S. del Batut, W. de Nualhac presbyteris, G. Revelhaca, Bernardus de Valhelhas, Gui de Montieu, Guido Duminis, Maurinus de Rupelaura, G. Jordani militibus, S. Blancs, Deodonatus, Ber. de Campanhac, P. de Petrolis, W. de Petrolis, B. Pelatz, W. Boers, Hugone d'Olmieiras, P. Matatz, P. Costoli, Hugone Cancel, P. Girbaldi, fratribus dicti Hospitalis, B. de Calmon, magistro P. Martini, magistro B. Laurencii, Jo. Grimaldi cleric[o], Gaucelino de Belvezer, Ber. Simon, n'Autonier, R. de Monpeiros, R. Rei, W. de Mandalhas, W. Raols cavalier e sos fils Raolsetz, B. Pelarditz, Jacmes et me P. Boadoni, publico notario predicti Hospitalis, qui, *etc.* — Et ad majorem firmitatem ac perpetuam memoriam predictorum nos D. predictus dompnus sigillum dicti Hospitalis et nos similiter Bego sepedictus sigillum nostrum presenti littere duximus inponendum.

Digitized by Google

119.

1270, 15 novembre, ou 1271 (n. s.), 7 mars. Rodez. — *Quittance de douze mille sous Rod. faite à l'Hôpital d'Aubrac par Bégon de Calmont pour la vente de la troisième partie de la seigneurie de Saint-Chély-d'Aubrac* [1].

Noverint universi quod nos Beguo, dominus de Calomonte, Ruthenensis diocesis, recognoscimus ac etiam confitemur vobis fratri Johanni(s) Grimaldi, procuratori dompni et conventus Hospitalis de Alto Braco, recipienti pro vobis et dictis dompno et conventu et etiam pro Deodonato et Stephano Blanc, fratribus dicti Hospitalis, a[d]ministrationem ibibem habentibus, qui fratres mandato dictorum dompni et conventus se obliguaverant pro eisdem dompno et conventu nobis in exsolvenda peccunie infrascripta quantitate, quod nos habuimus a predictis dompno et conventu et a fratribus memoratis XII milia solidorum Ruthenensis monete, quos nobis debebant ex venditione quam a nobis fecerunt predicti dompnus et conventus de tercia parte ville et affarii Sancti Elegii, quam habueramus ex causa permutationis a domino Guirberto de Cruejols, prout predicta in cartis et instrumentis inde factis plenius continentur [2]. Quam quidem summam peccunie ab eisdem dompno, conventu et fratribus numerando recepimus et nobis in eadem summa extitit ab eisdem plenarie satisfactum ; super qua ac de ipsa vobis recipienti nomine predictorum ac eisdem pactum de non petendo dictam summam et non agendo pro eadem facimus vos, nomine quo supra, et eosdem et dictum Hospitale et bona ipsius ex certa sciencia super dicta summa quitantes perpetuo ac etiam absolventes, quia in veritate habuimus dictam summam, renunciantes exceptionibus non numerate peccunie, doli et in factum et omni alii juri et condiccioni, quo et qua contra predicta vel aliquid predictorum venire possemus, nec spe future numerationis confessionem pre-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettre G. et Num° VII, liasse XXXIII, titre 9, double queue de parchemin du sceau, qui a disparu. — Sommaire du même acte (cote G), cf. reg. n° 19, fol. 3 v°.

2. V. les actes n°s 115 et 118.

Digitized by Google

dictam fecimus ac non facimus, set quia ad veritatem a predictis habuimus peccuniam memoratam, et nobis extitit (plenarie) ab eisdem plenarie satisfactum. — In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. — Actum et datum Ruthene, die sabbati ante festum beati Gregorii, anno Domini M° CC° LXX°.

120.

1271, 7 septembre. Laissac [1]. — Bail acapte par *Serena d'Aulas* à Etienne *Corntalhat* de la moitié du mas *Berlier da Luc*, confrontant avec le mas petit *da Luc*, le mas majeur et mineur *da Luc*, le mas *Brunenc de Serra*, terres du mas de *Luguet*, mas et terres de *Maismac et ab los Cimbras*. Droit d'entrée : 4 livres Rod. Censive annuelle : une émine avoine *in messibus*, avec la quatrième partie des fruits *quam michi debetis conjungere in unum cum vestris propriis expensis* ; droit de lods et ventes de 1 d. par sol. — Fait à Laissac, maison de B. *Olrici*, présents : R. *Barriers* prêtre, *Centolhs de Robiac*, B. *de Podio*, Jo. *Cavaliers*, P. *Astorx* plus jeune. — Notaire recevant : Hugues *Fabri*, not. du *Layssazes*. — [*Seing manuel du notaire.*]

121.

1271, 17 octobre. St-Affrique [2]. — Bail acapte par Guillaume *Bonetz*, frère de l'Hôpital d'Aubrac et *terriers* des Bourines (*le Borinas*), à Bertrand de Muret du mas *da la Fos*, confrontant avec le mas de *Magrihn*, terre de l'église de St-Affrique, mas *dels Mazes*, ruisseau de la fontaine *da la Fos* et mas de *Solicrop*. Droit d'entrée : 20 s. Rod. Censive annuelle : 1 set. seigle et 1 set. avoine *in messibus*, une géline à la Noël, un *jornal d'ome* à la réquisition de l'Hôpital. Droit de lods et ventes : 1 d. par sol. Le preneur peut tenir led. mas *cultum aut incultum*, et sans payement de quart ni de quint. — Fait à Saint-Affrique *in area ecclesie*, présents : Jo. de *las Brossas*, *Raliers*,

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettre E, n° 387 et VI^x LX.

2. *Arch. départ de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté lettre M., n° 36 et III^x LXXX.

Digitized by Google

prêtre, Guillaume de Sauguet, Guillaume de *Copiac*, Hugues *Costa*. — Notaire recevant : Hugues *Fabri*, not. public du *Layssazes*. — [*Seing manuel du notaire.*]

122.

1272. — *Bail acapte de plusieurs terres sises au puech de la Roda, à Arbis, ès appartenances de Notre-Dame de Lenne* [1], *etc.*

« Accapitum Stephani et Ramundi Gauffredi factum Hugoni del Poget et suis de tribus campis, fundis seu tenenciis, sitis in podio de la Roda versus meridiem ; quorum unus confrontatur cum territorio mansi de Boyssa et cum strata publica qua itur de Ruppe versus Ruthenam, que transit per podium de la Roda ; alius vero confrontatur cum eadem strata et cum campo domus Bonevallis et ab occidente cum quadam pecia terre mansi de Linieyras ; tercius campus confrontatur a parte meridiey cum campo Poncii de Cappella et campo Ramundi de Caturco, ab ortu vero solis cum campo Ramundi del Poget, ab occidente vero cum terra Masserii et Johannis de Verlaco ; — *item* unum pratum situm in riparia d'Arbis, confrontatum cum rivo descendente mansi d'Arbis et a parte fluvii de Serra cum prato Ramundi de Conheto et cum prato domine Majorelle ; — *item* plus accaptarunt ut supra unam terre peciam in territorio sive campo del Noguie, confrontatum a parte superiori cum terra domini Ramundi accaptantis et ab alia parte cum via qua itur de manso d'Arbis versus ecclesiam Beate Marie de Lenna ; — *item* aliam faxiam terre, sitam ultra territorium vocatum lo Verdier d'Arbis, confrontatam cum via qua itur d'Arbis versus ecclesiam predictam et cum terra quam tenet idem Ramundus a domo de la cavalaria de Spalieu ; — *item* aliam faxiam terre subtus dictam viam, confrontatam cum via supradicta et cum alia faxia dicte domus de la cavalaria ; — *item* aliam peciam terre subtus pontem d'Arbis, confrontatam cum aqua Serre et cum terra dicti Stephani accaptantis, nomine uxoris ; — *item* aliam peciam terre, sitam in territorio vocato Martoreta, confrontatam cum

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n° 333 et 24, fol. 2 v°.

Digitized by Google

aqua Serre et cum alia pecia terre domini Mirandi et cum alia pecia domus dicte cavalarie ; — *item* aliam peciam terre juxta dictum pontem a parte Sancti Martini, confrontatam cum dicta aqua Serre et cum terra Maserii et Johannis de Verlaco ; -- *item* aliam peciam in territorio del Ricardes, confrontatam cum terra domini Mirandi et cum terra ecclesie de Lenna ; — *item* aliam peciam in territorio dels Pratz Boysses, confrontatam cum prato Ramundi Raulas et cum territorio dictorum Maserii et Johannis de Verlac ; — *item* aliam peciam in territorio de la Garda, confrontatam cum terra domini Mirandi et terra dictorum Masserii et Verlac ; — *item* aliam peciam in eodem territorio, confrontatam ex duabus partibus cum fasenda predictorum Maserii et Verlac. Supradictorum feudorum accapitum fecerunt dicti Stephanus et Ramundus Gaufredi pro indiviso sub censu infrascripto ; — *item* modo quo supra dictus Stephanus solus accaptavit supradicto Hugoni, videlicet aliam peciam, sitam juxta campum del Noguier, confrontatam a meridie cum via que ascendit versus Balmam, ex transverso cum alia via, qua itur de manso d'Arbis ad dictam ecclesiam ; — *item* aliam peciam in territorio del Verdier, confrontatam cum via qua itur d'Arbis ad ecclesiam et cum campo ejusdem Stephani acceptantis ; — *item* aliam petiam prati in eodem territorio, confrontatam cum rivo predicto et cum via que tendit d'Arbis versus ecclesiam ; — *item* aliam peciam prati in territorio de Prat Lacumba, confrontatam a duobus partibus cum territorio domini Mirandi de Chiriaco ; — *item* aliam peciam terre in territorio de la Fayssa d'Arbis, confrontatam cum dicto rivo et cum via qua itur d'Arbis versus Lannam (*sic*) ; — *item* aliam peciam in eodem territorio, confrontatam cum dictis rivo et via ; — *item* aliam peciam in eodem territorio, confrontatam cum aqua Serre et cum dicta via qua itur versus Lennam ; — *item* aliam peciam in Altinhac, confrontatam ex duabus partibus cum terris domus de Spalieu et cum bora (*sic*) de Corbieyra ; sub censu annuo XVI sest. frumenti, mensure de Amiliavo, in manso d'Arbis et cum directo dominio ; — *item* retinuit dictus Stephanus censum II sol. super Petro Colrat et XII den. super Ra-

Digitized by Google

mundo del Poget pro duabus vel tribus peciis terre, quas tenent ad partem ab eo ; instrumento sumpto de premissis per Stephanum Maurelli notarium, quo defuncto, Deodatus Lasale surrogatus dictum instrumentum signavit, anno Domini M° CC° LXXII°. Et signatur littera G.

Sciendum quod ista superius accaptata pertinent Hospitali pro duabus partibus, et pro tercia parte monasterio Bonevallis pro indivisio, percipientibus XVI sestaria frumenti, que equipollent uni modio, et vacatur modium in aliis instrumentis [1]. »

123.

1273, 17 mai. Les Bourines [2]. — Bail acapte par frère Guillaume *Boneti*, procureur et sindic de l'Hôpital d'Aubrac, du consentement de Guillaume de *Bonaldeta*, Déodat Mazel, Guirbert Jorda, Hugues Pages, Hugues *Vezia*, et de plusieurs autres frères et donats dudit Hôpital, à B., Gérald et Guirbert de *la Barta*, frères, d'un terroir *en Clamosa*, confrontant avec le mas de *Lenso*, pré de l'église de Saint-Affrique, *et cum carreria veteri et prout decendit ipsa carreria usque e lavada* (*sic*) *de molendino de Lensonet, et de dicta levada protenditur usque el molinar*, le ruisseau de *Clamosa*, et du côté de *Montmeja* avec pré des *pagès* du mas de *Lenso*. Droit d'entrée : 7 livres Rod. Censive annuelle : le quart des fruits, 16 s. Rod. à la Saint-André. Les emphitéotes pourront faire dans le terroir inféodé autant de prés qu'ils voudront *cum aqua vel sine aqua* et prendre l'eau du susdit ruisseau *ad aquandum prata..., tamen sine magno detrimento alterius.* — Fait aux Bourines, présents : Aymeric d'Albiac, D. *Chaniers*, G. de Lermet, D. *de Ecclesia*, Michel *de Ecclesia*, Jean *Grimals*. — Notaire recevant : Hugues *Fabri*, not. public du *Laissazes*. — [*Seing manuel du notaire.*]

1. *A la marge :* Hic fuit reposita alia recognitio mansi de Croseto, per litteram G. signata, que erat in archivio d'Aurela.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie), coté lettre N, n° 26 et III[e] LXXXI.

Digitized by Google

124.

1273, 16 juin. Les Bourines [1]. — Bail acapte par frère Guillaume *Boneti*, procureur et sindic de l'Hôpital d'Aubrac, du consentement de plusieurs frères dudit Hopital, et par Aymeric d'Albiac, en son nom et au nom de ses frères, à Pierre *del Brol* de la moitié du mas de *Solacrop*, paroisse de Saint-Affrique, confrontant avec les mas de *Fraisser*, de *la Boria*, *dels Mases* et la montagne de *Muncani*. Droit d'entrée : [100] sols Rod. Censive annuelle : une émine froment, 6 coupes de seigle et 6 coupes d'avoine, mesure de Roquelaure, « *in messibus* », une géline et 2 sous Rod. à la Noël. Ledit Aymeric aura les deux tiers des susdites redevances, et l'Hôpital l'autre tiers. Quand Aymeric ou les héritiers seront armés chevaliers, quand ils marieront leurs filles ou leurs sœurs, ou qu'elles entreront en religion, quand ils seront faits prisonniers ou qu'ils feront le voyage d'outre-mer, ils recevront de l'emphitéote 16 s. Rod., et l'Hôpital touchera chaque fois 8 s. Rod. ; les terres cédées sont exemptes du quart et du quint des fruits. — Fait aux Bourines, présents : D. *Cortada*, B. *La Barta*, W. *La Barta*, Hugues *Costa*, Guibert *Costa*, frère P. *Grimaldi*. — Notaire recevant : Hugues *Fabri*, not. du *Laissazes*. — [*Seing manuel du notaire.*]

125.

1273, 4 octobre. La Calvie. — *Legs fait à l'Hôpital d'Aubrac par Astorg de Peyre, chevalier* [2].

In nomine Domini nostri Jesu Xristi. Anno incarnationis Ejusdem M°CC°LXXIII° et die martis post festum beati Michaelis archangeli, domino Philipo, Francorum rege, regnante. Noscant presentes pariter et futuri quod nobilis et potens vir dominus Astorgius, dominus de Petra, miles, suum fecit testamentum : in quo siquidem testamento instituit heredem universalem nobilem virum Astorgium de Petra, filium suum, et in eo testamento fecit multa le-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. (charte partie), coté E, n° 17 et III° LXXIII.

2. Doat 134, fol. 198-199, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

gata, inter que legavit Hospitali de Altobraco XXX[a] libras Turonenses et unum convivium per hec verba :

Item lego XXX[a] libras Turonenses Hospitali de Altobraco ad emendos redditus ad opus unius capellanie et capellani, qui celebret in dicta ecclesia perpetuo pro remedio anime mee et parentum meorum, et unum convivium semel tantum.

Conditum fuit dictum testamentum apud mansum de La Calvia, in domo ipsius mansi. — Testes fuerunt vocati et rogati interfuerunt : magister Stephanus Bacaldos, Guillelmus Ebrardi, dominus Privatus dal Boisso, Combes presbiter, Thomasius, bajulus terre de Petra, Bernardus Moltos, Guillelmus Vernes, Bernardus Chaslas, Petrus Sirvens, Stephanus Merles et Beteilla. Et ego Durantus Vimeneti, publicus notarius dicti domini de Petra et Sancte Romane Ecclesie, qui, *etc.* — Et post cujus notarii mortem, ego Petrus de Labasaljeta, publicus notarius domini regis, auctoritate michi concessa a nobili viro domino Garino de Amplo Buthereo, senescallo Bellicadri et Nemausensi..., assero me clausulam supra scriptam extrasisse a nota testamenti dicti nobilis, *etc.*...

126.

1274 (n. s.), 20 janvier. Les Bourines. — *Compromis et sentence arbitrale au sujet de la justice et des droits de pâturage et de forestage dans les terres limitées dans l'acte du 20 mai 1266* [1] *(n° 90).*

COMPROMISSUM HOSPITALIS ET DOMINI DE STAGNO. — ANNO

1. Doat 134, fol. 200-206, copie d'après la grosse originale. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 31, fol. LV r°-LVIII r°. *A la marge et en tête* : Correcta ; correcta est cum originali. — Registre n° 25, fol. 45-50 (copie du XVI[e] siècle). Ce registre contient encore une expédition d'un acte de 1342 et trois copies d'un titre de 1377. Le parchemin qui la recouvre renferme la vente consentie, le 30 mars 1397, par Astrugue, fille de feu Pierre Mizabelli, du mas de Mizabellis, paroisse de St-Chély (Sancti Sceli) et femme de Bérenger Ortolani, de « Mesua » au diocèse d'Agde, à Pierre Vaysset, du mas de Vaysset, susd. paroisse, de la moitié d'un mas appelé de Mizabellis, confrontant avec terres de l'acheteur, terres de Pierre Fontis damoiseau, terres du mas de Fayat et terres de Pierre Pojoli, au prix de 90 florins d'or de France. L'immeuble vendu relevait du « don d'Albrac ». Sur un côté de la couverture on lit les cotes : Estaing et Calmont. Num° VII, livre 2° ; n° 5 ; in archivio n° 7°. L'autre côté porte : Num° VII, livre 2° ; Estaing : « 1307. Duplum transactionis facte inter reverendum in Xristo patrem dominum Petrum, dompnum Hospitalis Beate Marie de Altobraco, et dominum Johannem de Castro-

Digitized by Google

Domini M°CC°LXXIII° [1], videlicet die sabbati post festum beati Ylarii. Noverint universi quod cum controvercie essent, questiones, rancure et demande inter nobilem virum dominum Guillermum de Stagno, militem, pro se et suis hominibus castri Sancti Helegii et pertinentiarum ipsius ex una parte, et religiosos viros dompnum et fratres Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis dyocesis, pro se et dicto Hospitali et hominibus ipsius Hospitalis Sancti Helegii et pertinentiarum ipsius, super herbagiis, pascuis et inmissione animalium in eisdem et juribus pascendi et super lignis et nemoribus, bannis, sanguini[i]s et clamoribus et feudorum recognitionibus et quibusdam aliis, ratione dicti castri et pertinentiarum ipsius et aliarum possessionum ; — et super eo quod pars dicti Hospitalis dicebat quod idem dominus Guillermus seu pars sua nolebat transmittere homines suos delinquentes et contrahentes in terris et jurisdictione dicti Hospitalis ad ipsum dompnum puniendos, et econverso hoc idem dicebat idem dominus Guillermus ; — et super eo quod dicebat pars dicti Hospitalis quod idem dominus Guillermus et pars sua ipsum Hospitale et suos impediebat in jurisdictione sua et bannorum impositione in terris et nemoribus et aliis et super ipsis terris ; — et super eo quod idem dominus Guillermus dicebat quod quidquid dictum Hospitale habebat inter aquas de Menapia et de Mossaur et tro a las Dozes, que dividunt dyoceses Ruthenensem et Mimatensem, et entro a fon Merle, erat de feudo ipsius domini Guillermi ; — et super eo quod pars dicti Hospitalis dicebat quod homines dicti domini Guillermi et ipse dominus Guillermus immittebant animalia ad depascendum in terris dicti Hospitalis eciam ultra determinationem factam alias per dominum Austorgium de Petra inter ipsas partes [2] ; — et super eo quod dicebat dicta pars dicti Hospitalis quod idem dominus Guillermus et homines sui accipiebant ligna et nemora, ve-

novo militem, ad causam jurium et juridictionis que dictus de Castronovo habebat in villa et pertinenciis Sancti Elegii et quarte partis mansi de las Garrigas passate anno Domini M°CCC°VII° » ; Mons. d'Estain ; St-Chély ; n° 25. — Sommaire du même acte (coté H), cf. reg. n° 19, fol. 3 v°.

1. La copie du reg. n° 25 porte M°CC°LXXVI°.

2. V. l'acte n° 90.

Digitized by Google

nationes et piscationes faciebant in terris et de terris dicti Hospitalis et contra bannum ejusdem, quia dicebant se usum faciendi predicta habere. — Tandem, super predictis omnibus et dampnis hinc inde datis seu illatis et aliis questionibus, quas inter se habebant seu habere poterant usque in [h]odiernum diem, dictus dominus Guillermus pro se et suis hominibus predictis et ipsius successoribus ex una parte, et dominus Durantus, dompnus dicti Hospitalis, pro se et conventu et fratribus ipsius Hospitalis et ipso Hospitali et successoribus suis ex altera, compromiserunt in venerabilem dominum virum Petrum de Stagno et dominum Geraldum Revelhaca, militem, et discretum virum magistrum Petrum Martini de Biauro et ipsos arbitros et arbitratores et amicabiles compositores elegerunt, sub pena C librarum Turonensium ad invicem inter dictos compromittentes nomine quo supra stipulata et premissa, danda et solvenda parti obedienti a parte inobediente, que non teneret compromissum dictum et dictam pronunciationem seu pronunciationes dictorum arbitrorum seu duorum ex eis seu solius dicti magistri, aliis presentibus vel absentibus... [*Formules de droit*].

Post hec, anno et die quibus supra, nos predicti arbitri et arbitratores, dictis compromittentibus coram nobis existentibus, dictum nostrum et voluntatem super premissis dicimus et pronunciamus in hunc modum : Dicimus, inquam, quod pars dicti Hospitalis mittat illos homines suos, qui delinquerunt seu deliquisse dicuntur et dicentur et delinquent seu comittent seu contrahent in terris vel in jurisdictione dicti domini Guillermi, ad examen et curiam dicti domini Guillermi, cum idem dompnus vel ejus locum tenens fuerit a parte domini Guillermi requisitus, pro cognoscendo de premissis et pro eisdem, si res exigerit, puniendis et fidejussoribus ab eisdem delinquentibus habendis seu exigendis ; et dicimus et pronunciamus quod vice versa dictus dominus Guillelmus seu ejusdem locum tenens mittat ad examen dicti dompni seu ejus locum tenentis homines ipsius Guillermi, qui deliquerunt et etiam qui delinquent vel deliquisse dicuntur in terris vel jurisdictione dicti Hospitalis, pro co-

Digitized by Google

gnoscendo de premissis et eisdem, si res exegerit, puniendis et fidejussoribus recipiendis et habendis pro premissis ; et quod dictus dominus Guillermus permittat uti dictum dompnum et suos jurisdictione, clamoribus et sanguiniis et aliis, in terris dicti Hospitalis seu pertinentibus ad ipsum Hospitale, et bannorum impositione et levatione, tam in hominibus propriis dicti domini Guillermi quam in aliis, cum incident in eisdem in terris videlicet dicti Hospitalis, nemoribus, venationibus, aquis et aliis ; et viceversa dictum Hospitale et fratres ejusdem dictum dominum Guillermum et suos in terris dicti domini Guillermi, salvo jure pascendi hominibus Sancti Elegii et dicto Hospitali et suis in terris dicti Hospitalis et contentis infra limitationes, contentas in carta pronunciationis et determinationis alias facta per Durantum Vimeneti, notarium domini Pape et domini A. de Petra, inter dictas partes super premissis per dictum dominum Austorgium [1], prout ibidem continetur : hoc salvo, quod una bola seu limitatio sit a podio de Las Ribas de la Peira aguda en aval, ut rectius bolari poterit, usque ad fontem qui est prope viam, qua itur de Bonafonte versus Albiac [2], et a dicto fonte sicut descendit rivus sive rials, qui exit de dicto fonte et tendit sive vadit in quemdam alium rivum, qui dividit terram dicti Hospitalis, in qua moratur P. Bonals, et quamdam aliam terram dicti domini Guillermi ; dicentes et pronunciantes quod, infra dictas limitationes, homines Sancti Helegii et pertinentiarum possint uti lignis ibidem constitutis et etiam per alias terras et per loca dicti Hospitalis et dicti domini de Stagno juxta dictas limitationes possint uti lignis mortuis, scilicet siccis, et habere ad usum suum calefaciendi exinde si opus habuerint ex eisdem et de venationibus, salvis avibus venatoriis, et quod dictum Hospitale et sui permittatur in possecione vel quasi pascendi et aliorum quas habet infra limitationes predictas et dictus dominus Guillermus et sui. — *Item* dicimus et pronunciamus quod homines Sancti Helegii et pertinentia-

1. V. l'acte n° 90. — 2. *Reg. n°* 25 : Albrac.

Digitized by Google

rum tam dicti domini de Stagno quam dicti Hospitalis possint depascere de herbis terrarum dicti castri et pertinentiarum, cujuscumque ipse terre sint, et in ipsis cum animalibus suis et que tenebunt ad captaniam et etiam tenere ibidem et depascere ultra predicta quilibet habitantium ibidem et faciens ibidem locum et focum per yemem et estatem CCC animalia ovina vel caprina aliena, que custodiantur et pascantur proprio pane et sale, videlicet unusquisque predictorum que teneantur in ovili, sive *pargue* [1], salvo jure dominorum in venationibus, et si plus tenerent quod de illo pluri satisfacerent de herbagiis illis quorum herbagia depascerentur et quod se adobarent [2] cum eisdem, et hoc infra limitationes predictas ; dicentes et pronunciantes quod dicta carta dicte pronunciationis facte per dictum dominum A. firma in aliis ibidem contentis remaneat et illesa ; super terris et locis et nemoribus ipsius Hospitalis, ultra dictas limitationes dicte carte contentas et supra expressas, eisdem hominibus silentium imponentes quod eisdem non utantur contra voluntatem dompni dicti loci. — *Item* quod de locis communibus Sancti Eligii fidejussores habeant et cognoscant et in aliis propriis cujuscumque ille cujus sunt terre. — *Item* dicimus et pronunciamus quod dictus dompnus recognoscat in feudum francum et liberum et recognoscere teneatur dicto domino Guillermo se tenere ab eodem et quod ab ipso teneat in feudum mansos sive affaria de Fraissenoza et del Boiso et de Talhada [3] et dels Tozes e Calcidos e lo Teilh, salva jurisdictione, mero et mixto imperio dicto Hospitali in premissis et fructuum eorumdem mansorum perceptione ; adjudicantes tamen de his dicto domino Guillermo justitiam detruncationis membri et ultimi supplicii, si crimina propter que talia infligi deberent committerentur ibidem ; et si propter crimina commissa pecuniariter punirentur, quod medietas esset dicti domini Guillermi et alia dicti Hospitalis, salva incursione rerum immobilium, que fieri non posset nisi Hospitali predicto, si ipsa immobi-

1. *Reg. n°* 25 : pargio. — 2. *Reg. n°* 25 : allocarent. — 3. *Reg. n°* 25 : Cailhada.

Digitized by Google

lia ab eodem Hospitali tenerentur. — *Item* dicimus et pronunciamus quod dictus dominus Guillermus teneatur permutare Hospitali, si dompnus voluerit, pratum quod habet dictus dominus Guillermus in manso del Boisso pro terra equivalenti alibi vel redditu tantumdem valente ad cognitionem nostram, nisi aliter dicti compromittentes concordare possent et quod hoc fecerint infra festum Pentecostes. — *Item* retinemus nobis potestatem alias questiones, si que nunc sunt inter partes, terminandi et iterum dicendi et pronunciandi et premissa interpretandi, corrigendi et emendandi... ; et premissa omnia et prout dictabit et scribi faciet idem magister, predicti compromittentes laudaverunt et expresse emologaverunt. — Et dictus dominus dompnus incontinenti fecit dictam recognitionem dicto domino Guillermo de predictis mansis, ut superius continetur. — Actum apud Leborinas, dictis die et anno quibus supra, — presentibus testibus vocatis et rogatis ; domino P. Azemarii, D. Melaret, fratre P. de Peirolis, fratre Guillermo Boneti, fratre Johanne Grimaldi, W. de Boraldet, W. Grimal, fratribus, Olrico La Roca laico et predicti arbitri et me Duranto Tabardelli, publico Burgi et comitatus Ruthene notario, qui, *etc...*

Et in continenti dictus dominus dompnus quittavit et absolvit dictum dominum Guillermum super debitis pecunie, que debuerat idem dominus Guillermus dicto domino dompno ex causa quacumque, et recognovit idem dominus dompnus sibi esse satisfactum a dicto domino Guillermo de omnibus que eidem unquam debuerat. — Actum die et anno, loco et testibus quibus supra, et me dicto notario, qui, *etc...*

127.

1274, 28 juillet. Lyon. — *Quittance donnée par le camérier du pape en faveur du procureur de l'Hôpital d'Aubrac de la somme de huit besants d'or de redevance annuelle* [1].

Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de

1. Doat 134, fol. 208, copie d'après l'original.

Digitized by Google

Sancto Laurentio, domini Pape camerarius, salutem in Domino. Universitati vestre tenore presentium innotescat nos ex parte religiosi viri dompni rectoris Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis diocesis, pro censu Hospitalis ejusdem pro octo annis proximo preteritis per manum fratris Hugonis, procuratoris Hospitalis predicti, VIII bisancios auri pro domini Pape camera recepisse, uno bisancio pro anno quolibet computato. In cujus rei testimonium presentes litteras nostri sigilli munimine duximus concedendas. — Datum Lugduni, anno Domini M° CC° LXXIV°, V° kalendas augusti, indictione II^a^, pontificatus domini Gregorii pape X^i^ anno tertio.

128.

1275 (n. s.), 4 mars. Bozouls [1]. — Bail acapte par Ramond *Bernardi*, de Cabrespines, à Bernard *Valdo*, de Bozouls, d'un champ *in cumbis de Murato*, confrontant avec champ du preneur, terre de seigneur Aimbard de Bozouls, chevalier, et terre du bailleur. Droit d'accapte ou d'entrée : 40 sols Rodanois, dont quittance. Cens annuel : deux deniers *et vendas et vestiones suo loco*. — Fait à Bozouls, devant les maisons de Hugues *de Valle*, témoins : Michel *de Viridario* damoiseau, P. *Butos*, B. *Massoti*, Durant *Massoti*. Not. recevant : S. *Sabrerii*, not. comtal. — [*Seing manuel du notaire*].

129.

1275. Hôpital d'Aubrac. — *Transaction entre Pierre Bompar et Hugues, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Compositio domini de Lastico. — Anno Domini M° CC° LXX° V°. Cum contentio seu discordia verteretur inter religiosum virum Hugonem, dompnum seu preceptorem Hospitalis de Alto Bracho, et conventum ejusdem Hospitalis nomine ipsius Hospitalis ex una parte, et nobilem virum Petrum Bomparis, domicellum ex altera : dicente ipso Petro

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), orig. parch. coté n° 62 et R. nombre 3. Au dos : « ne sert que par succession ».

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 36, fol. LXII v°-LXIII v°.

Digitized by Google

quod cum ipse dompnus seu dictum Hospitale per donationem et concessionem domini Ber. de Valelhas, militis, acquisivisset in feudo suo tenenciam seu affarium, quam seu quod tenent ab ipso Hospitali apud mansum de Cordessas Ber. et W. dicti Estrenel, nolebat quod ipsum Hospitale retineret seu detineret amplius supradicta in feudo suo ; ex adverso ipso dompno nomine predicto dicente quod licet predicta sint in feudo suo, ipse seu dictum Hospitale post donationem ab ipso domino Ber. de predicta tenentia seu affario factam, habuerat de predictis bonis litteram confirmationis et laudimii a domino Bernardo Bomparis quondam milite et fratre ipsius Petri ; et super hiis premisse partes ad invicem compromiserunt de tenendo dicto super predictis venerabilis viri archipresbiteri Sancti Flori. — Qui archipresbiter ad requisitionem ipsarum partium et de voluntate eorum, recepto in se compromisso et stipulationibus hinc inde auditis rationibus ipsarum partium et habito super ipsis concilio, dictum suum protulit in hunc modum, scilicet : — quod ipse dompnus nomine predicto recognoscat, recipiat et semper teneat tenentiam seu affarium predictum ab ipso P. et heredibus suis in feudum francum, quod et fecit et tenere promisit ; — *item* et quod ipse P., nomine suo et heredum suorum, concedat, laudet et confirmet predictam tenentiam seu affarium cum pertinentiis suis perpetuo tenendam et possidendam per ipsum Hospitale in feudum francum ab ipso P. et heredibus suis, quod et statim fecit, salvo jure suo, scilicet mero imperio et majori et dominio ; concedens ipse P. sua propria et libera voluntate ipsam tenentiam seu affarium cum pertinentiis suis ab ipso Hospitali libere et quiete in feudum francum perpetuo possidendam seu possidendum ; recognoscens etiam ipsum Hospitale habere et habere debere in predicta tenentia seu affario investire et deinvestire, vendas, laudimia et omnia alia ad mixtum imperium pertinentia, salvo et specialiter retento eidem P. et heredibus suis in predictis mero imperio et majori jurisdictione ; promitentes ad invicem ipse partes tenere et servare omnia premissa et singula et contra non venire sub obligatione bonorum

Digitized by Google

suorum ; recognoscens etiam ipse P. se habuisse, numerasse et recepisse ab ipso dompno, nomine ipsius Hospitalis et ex dicto ipsius archipresbiteri, X libras Turonensis monete pro bono pacis et pro laudimio tenentie et affarii supradicti ; de quibus X libris ipse P. se tenuit pro peccato, renuncians exceptioni peccunie non numerate, non habite et eidem non tradite ; renunciantes etiam ad invicem ipse partes omni juri seu auxilio per quod possent venire contra predict[a] vel aliquid predictorum. — *Item* fuit dictum quod in mutatione domini, videlicet cum ipse P. Bomparis vel heres ejusdem fiet miles, ipse dompnus seu ipsum Hospitale det et dare teneatur ipsi P. vel heredi ejusdem, pro ipsa tenentia seu affario, calcaria deaurata in signum majoris dominii. — Acta fuerunt predicta apud ipsum Hospitale, anno quo supra, presentibus supradictis, et Johanne del Boysso, Ber. de Bredom, Duranto Doble, presbiteris Ber. de Campanhac, cellarario, W. de Petrolis, P. Canut, fratribus ipsius Hospitalis, et pluribus aliis. — Et nos predictus archipresbiter, tenentes locum domini episcopi Claromontensis in Montanis, considerantes quod per predictam compositionem seu ordinationem conditio prefati Petri fiebat melior et dominium predicti domini Claromontensis episcopi dilatabatur, assensum et auctoritatem prescriptam compositionem faciendi et tenendi predicto Petro duximus concedendum, ac in testimonium predictorum omnium sigillum curie, quam tenemus nomine predicti domini episcopi, cum sigillo prefati Petri Bomparis presentibus duximus apponendum.

130.

1276 (n. s.), 18 janvier. — *Donation de biens sis dans les paroisses de Canet-d'Olt et de La Capelle-Bonance et relevant de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

« ... Item instrumentum receptum per B. de Verlagueto, notarium, sub anno incarnationis Domini M° CC° LXXV°, die sabbati ante festum beati Vincencii, in quo cavetur quod Deodatus de las Vergas, mansi de Bana, parrochie de

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°s 333 et 24, fol. 26r°.

Digitized by Google

Las Sotz, Ruthenensis diocesis, dedit Blanqueto, filio Deodati Manhani mansi de Gorgavigana, parrochie de Caneto ejusdem diocesis, nomine dotis cum Guillerma et pro Guillerma, filia ipisus Deodati et uxore futura ipsius Blanqueti, quartam partem pro indiviso quam habebat in mansis de la Sableyra et del Bosc, qui mansi sunt siti in parrochia Beate Marie de Capella et quartam partem pro indiviso mansi de las Vergas, siti in parrochia de Caneto ; quos mansos tenebat ipse Deodatus et Reynaldus et P. de las Vergas, fratres sui, salvo jure super accessatis dictorum fratrum, si que habeant ad partem infra confrontationes dictorum mansorum. Dicti vero mansi del Bosc et de la Sableyra confrontantur ab una parte cum tenencia mansi del Faduc (*sic*) et ab alia parte cum tenencia mansi del Croset et ab alia cum manso de Gorgavigana et ab alia parte cum manso de Mongros. Mansus vero de las Vergas confrontatur ab una parte cum territorio et tenencia mansi de la Vernha et ab alia cum territorio dicti Raynaldi, dicto lo Vinhal, et ab alia cum manso de Fraseget. Certifficavit enim quod totus mansus predictus de las Vergas tenetur a Ramundo de Banaco et ab Hospitali de Altobraco sub certis censibus, ita quod dictus Ramundus percipit ibi quolibet anno V^{e} solid. Ruthen. censuales et dictum Hospitale unam eminam avene et III sol. Ruth., minus uno den., censuales ; certifficando etiam dictum Blanquetum quod quolibet anno tenebitur solvere VI den. Ruth. censuales Johanni de Bonansa pro quadam parte territorii dicti mansi del Bosc, quod ab ipso tenebat infra dictas confrontationes, et plus unam eminam siliginis censualem Arnaldo del Bosc nomine dicte quarte partis dicti mansi, et ecclesie Beate Marie de Cappella unam cupatam avene censualem nomine quarte partis territorii de Meillarinas. Item dedit nomine quo supra quartam partem quam habebat in satis in dictis quartis partibus dictorum mansorum et territoriorum excrecentibus, prout premissa lacius in dicto instrumento continentur. Signatur quadruplici OOOO. »

Digitized by Google

131.

1276 (n. s.), 25 janvier. — *Echange du mas de Monteil contre le mas de Chassagne entre Hugues, domp de l'Hôpital d'Aubrac et le prieur de Saint-Flour* [1].

LITTERA PERMUTATIONIS MANSI DEL MONTEIL. — Nos frater Hugo, dompnus Hospitalis de Alto Braco, notum facimus presentes [litteras inspecturis] pariter et futuris, quod nos, considerata utilitate nostra nostrique Hospitalis diligentius et inspecta, de voluntate et assensu expresso et fratrum nostrorum, permutavimus et titulo permutationis habere concessimus vobis, priori de Sancto Floro, et vestris successoribus universis, certam partem mansi del Monteil, cum juribus et pertinentiis universis, siti in parrochia de Calidis [Aquis], que quidem tertia pars mansi predicti ad nos, nomine Hospitalis predicti, ante permutationem hujusmodi totaliter pertinebat ; pro manso de Chassang sito in parrochia prædicta de Calidis Aquis, cum suis etiam juribus et pertinentiis universis, qui quidem mansus ad vos ante permutationem hujusmodi, nomine monasterii Sancti Flori totaliter pertinebat ; damus inquam vobis et vestris successoribus universis, nomine et ex causa predictis, tertiam partem mansi predicti ad habendum, tenendum, possidendum et quod et quidquid vobis et vestris de cetero placuerit faciendum, cum omnibus suis juribus, appendentiis et pertinentiis universis, hominibus, gentibus ibidem habitantibus et in posterum habitaturis et cum mero [et] mixto imperio, jurisdictione et districtu ; et de predictis omnibus vos, nomine monasterii predicti, in possessionem posuimus corporalem ; renunciantes super hoc omni juri canonico et civili, scripto siquidem et non scripto, per quod contra permutationem hujusmodi venire possemus in totum vel in partem ; promittentes nichilominus, bona fide, vobis et vestris successoribus, predictam permutationem tenere et inviolabiliter observare, nec facere nec fecisse quare predicta permutatio

1. M. Boudet. *Cartulaire du prieuré de Saint-Flour*. Monaco, 1910, in-4°, p. 170. — C. Felgères, *op. cit.* p. 70.

Digitized by Google

minus robur obtineat perpetue firmitatis. — In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. — Datum et actum die sabbati post beatum Vincentium, anno Domini M° CC° LXXV°.

132.

1276, 31 août. Grange du Serre ; — 1er septembre. Hôpital d'Aubrac. — *Transaction entre le domp de l'Hôpital d'Aubrac et les habitants du Serre de Condom* [1].

Notum sit cunctis... quod cum super questionibus, demandis et rancuris, quas habuerant inter religiosum virum dominum Hugonem, dompnum Hospitalis Beate Marie de Altobraco et religiosos viros et conventum dicti Hospitalis et sindicum seu yconomum seu procuratorem ipsius Hospitalis, et universitatem seu comunitatem hominum habitancium furci et territorii del Serre et universos de dicta universitate et communitate pro se et suis et eorum heredibus et successoribus quibuscumque super questis, talliis, toltis, manoperis et gallinis censualibus et aliis, quas, quod et que dictum Hospitale et dictus yconomus nomine ipsius dicebat se habere in dictis hominibus et in possessione fuisse longissimo tempore, predictis hominibus in dicto territorio anno quolibet ad voluntatem eorumdem, et omnibus aliis demandis, petitionibus et rancuris et questionibus, quas ad voluntatem [... ?] et compromissum fuisse per dictas part[e]s amicabiliter et concorditer in nos dictum fratrem Hugonem, dompnum Hospitalis predicti, ut in instrumento super dicto compromisso confecto per notarium de Spaleo et terre domini de Calomonte plenius continetur ; nosque dictus dompnus, recepto in nos dicto compromiso, die lune post festum decollanis beati Johannis Babtiste et apud grangiam Hospitalis scitam in dicto territorio del Serre, partibus predictis ad audiendum dictum nostrum, sententiam, ordinationem et diffinitionem insuper predictis ferendam, presente procuratore dicti Hospitalis pro ipso ex una parte, et Petrus

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. pièce informe papier, XVIIIe s. — Rouleau en parch., coté n° 5, en mauv. état, contenant plusieurs actes (1276, 1290, 1350, 1406), concernant les « communs du four del Serre et de Condom ».

Digitized by Google

Anglada et Petrus Boyer et Minot (?) et Petrus Vaquier et Guillelmus Aosta et Deodatus Salelas, dominus Raymundus Gautier, dominus Petrus de Quozelhac, dicti Hospitalis, et Guillelmus Tornier, Petrus Baras, Amalricus de Condor, Raymundus Boyssonada, Raymundus Baratieus, Guillelmus Pegorerii, Stephanus Pegorerii, Petrus Rigaldi, Astorgia Becayssa et Guillelma Riveta, habitatores territorii del Serre, pro se et suis et Petrus Sudre et Petrus Frenaldi, sindici et procuratores dicte universitatis et omnium hominum habitancium in dicto territorio, pro se et suis et eorum heredibus et successoribus dicte universitatis et terras et res possidentes in dicto territorio quod inferius confrontatum est, presentes coram nobis et petentes dictas questiones, demandas et petitiones et rancuras terminari per nos et diffiniri, habito super premissis diligenti tractatu quam plurimorum bonorum virorum et hominum peritorum et visis et auditis que hinc inde partes proponere voluerunt coram nobis, pro bono pacis et amicabilis compositionis, dictum nostrum, sententiam et ordinationem dicimus, pronunciamus et ordinamus prout secundum formam dicti compromissi poteramus fa[cere ...], in hunc modum : — Dicimus enim. . quod homines dicti territorii del Serre et habitantes qui nunc sunt et pro tempore fuerunt et omnes alii qui habent terras et possessiones quascumque in dicto territorio, prout dictum territorium inferius est confrontatum, dent et solvant ratione dominii et senhorie dicto Hospitali, anno quolibet, X libras Ruthenensis monete, pro questis et talliis, et quod dicte X libre tallientur et distribuantur per quatuor probos viros, quos dictum Hospitale duxerit eligendos ; et quod facta dicta tallia seu talliatis dictis X libris seu distributis inter eos per dictos quatuor probos viros, quos bajulus dicti Hospitalis, qui pro tempore erit pro dicto Hospitali, renuentes compellat ad solvendum secundum distributionem factam per dictos quatuor probos viros et dictum Hospitale vel aliquo nomine ejusdem ulterius in aliquo casu expressato vel non expressato in jure non possit nec valeat compellere dictos homines vel universitatem vel aliquem ex illis ad aliquam subventio-

Digitized by Google

nem faciendam ipsi Hospitali vel aliquam aliam talliam seu questam, ymo sint dicti homines inmunes et liberi ab omni alia subventione facienda ipsi Hospitali in aliquo casu expresso vel non expresso in jure, salvis dictis X libris et inferius expressatis. — *Item* dicimus... quod quodlibet hospicium, quod nunc est et pro tempore fuerit in dicto territorio quod facit vel faciet ignem in dicto territorio teneat, det et solvat et dare et solvere teneatur dicto Hospitali I^am^ gallinam censualem ante festum Nativitatis Domini per octo dies, anno quolibet, preter gallinas quas nunc debent dicto Hospitali censuales, ratione terrarum et possessionum quas tenent a dicto Hospitali, si et quando ab eis fuerit requisitum. — *Item* dicimus... quod quodlibet hospicium dicti territorii, quod nunc est vel pro tempore fuerit in dicto territorio vel infra dictum territorium ubicumque sit, teneatur dare et solvere alberguam dompno ipsius Hospitalis et ejus voluntariis cum duabus cavalgaturis, sive duobus hominibus in equis, scilicet : cum dompnus novus instituetur vel fiet vel creabitur de novo in dicto Hospitali, semel tantum, et cum pagesius habitator seu possessor mutabitur et, nisi mutante domino vel pagesio vel possessore, non teneatur albergare dictum dompnum vel aliquem alium dicti Hospitalis. — *Item* dicimus... quod dicti homines faciant et facere teneantur segoam ad mandatum dicti domini dompni et cujuslibet fratris ipsius Hospitalis pro deffencionibus terrarum et possessionum et jurium ipsius Hospitalis ad expensas ipsius Hospitalis et non aliter. — *Item* dicimus... quod quodlibet hospicium, quod nunc est vel pro tempore fuerit in dicto territorio, teneatur facere manobram bis in anno dicto Hospitali sive dicte grangie ipsius Hospitalis semel, in ressequandis pratis ipsius Hospitalis vel dicte grangie et alia vice in aliis necessitatibus ipsius Hospitalis seu predicte grangie cum fuerint requisiti. — *Item* dicimus... quod ulterius non possint compelli per dictum Hospitale vel grangerium dicte grangie ad faciendum aliquam manobram ipsi Hospitali seu dicte grangie, nisi dictum Hospitale contingeret aliquod magnum edifficium facere et casu quo contingeret comuniter

Digitized by Google



RUINES DE L'ABBAYE D'AUBRAC. Façade méridionale.
D'après Taylor, 1833 |

Digitized by Google

Digitized by Google

omnes alios homines dicti Hospitalis qui ita distarent dicto Hospitali sicuti distant dicti habitatores dicti territorii del Serre a dicto Hospitali de Altobraco manobram fieri ; et tunc quod non possent compelli ad faciendum dictam manoperam nisi secundum quod alii homines dicti Hospitalis qui ita distarent a dicto Hospitali sicut distant dicti habitatores dicti territorii del Serre ; et quod dictam manoperam ad expensas victualium ipsius Hospitalis faciant ; et si de dicto edifficio dubitaretur utrum esset magnum vel mediocre, quod stetur ad esgardium duorum proborum virorum hinc inde electorum. Et hoc dicimus et adjudicamus dicto Hospitali pro dominio et senhoria quod habet dictum Hospitale in dicto territorio et habitancium in eodem pro debita possessione quod et quam habet dictum Hospitale in predictis hominibus, salvo et rettento ipsi Hospitali jure ipsius Hospitalis in aliis que consue[ve]runt facere dicti habitatores dicto Hospitali quantum ad predicta et rettenta omnimoda jurisdictione et senhoria ipsi Hospitali et aliis omnibus juribus ipsius Hospitalis. — *Item* dicimus... quod dicti habitatores, qui nunc sunt et pro tempore fuerunt in dicto territorio possint habere et percipere herbas et ligna et fustes et aquas de territorio predicti Hospitalis et herbas et glandes depascere cum eorum animalibus illorum locorum et territoriorum et mansorum, in quibus habitant et habitabunt in futurum, et aliorum locorum dicti Hospitalis de quibus facere consueverunt, sine contradictione dicti Hospitalis et cujuslibet alterius nomine dicti Hospitalis. — Confrontatur autem dictum territorium : ex una parte, cum aqua vocata Boralda usque ad rivum de Men[a]peyra abinde et vadit usque ad rivum del Cros de Guilhem, a parte dicte aque de Boralda, et abinde vadit usque ad fontem frigidum dal Cros de Guilhem et abinde usque ad territorium de Peyrolinet et de dicto territorio de Perolinet usque ad pratum de Recorssina et abinde usque in dictam aquam, et si qui alii sint confines. — Acta fuerunt hec die et loco quibus supra, anno Domini M° CC° LXXVI°, presentibus testibus vocatis : fratre Guillelmo de Bosqueto capellano, Johanne Girmaldi clerico, Petro Boadoni, Deodonato,

Digitized by Google

Guillelmo Boneti, Petro de Petros, Guillelmo Rotabol, fratribus dicti Hospitalis et aliis pluribus, tam militibus dicti Hospitalis et aliis ac etiam aliquibus hospitaleriis laycis et Pascale clerico et me Arnaldo Sigaldi, publico notario, qui *etc.*

Post hec, die crastina dicti diei lune, nos dictus dompnus, cum consilio fratrum nostrorum eorum in omnibus voluntate expressa, ad postulationem et requisitionem dictorum sindicorum et dicte universitatis del Serre et sindicorum seu procuratorum dictorum hominum del Serre et nomine dictorum hominum et dicte universitatis et ipsis hominibus concedimus quod dictum Hospitale, vel aliquis nomine ejusdem Hospitalis vel grangerii dicte grangie, non possint inmiscere aliqua animalia in state, nisi solum usque ad L animalia ovina in terris, mansis, possessionibus, pascuis et herbagii[s] mansorum et territoriorum in quibus pargum pascuum tenebunt seu in illis in quibus consueverunt depascere in dicto territorio dicti homines cum animalibus eorumdem. — *Item* dicimus, statuimus... quod nullus habitator vel non habitator in dicto territorio possit inmiscere animalia aliqua in state, nisi de comuni voluntate omnium habitatorum in dicto territorio vel majoris partis eorumdem. Et predictas libertates et inmunitates dicimus et concedimus dictis hominibus nunc habitantibus in dicto territorio et qui pro tempore fuer[i]nt in eodem, pro dicto Hospitali et pro nobis et successoribus nostris. — Actum apud dictum Hospitale, anno et die quibus supra, in presencia et testimonio discretorum virorum dominorum et fratrum ipsius Hospitalis : Bernardi Berengarii, Raymundi de la Garda et Arnaldi jurisperitorum. Et me Arnaldo Sigaldi, predicto notario predicti Hospitalis, qui, *etc.*...

133.

1276, 14 juillet. Gabriac [1]. — Bail acapte par frère Guillaume *Boneti*, sindic ou terrier de l'Hôpital d'Aubrac *a fluvio Olti citra*, à Déodat *Guirberti* de Gabriac, de la qua-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté D, n° 2 et III° LXXII.

Digitized by Google

trième partie par indivis entre Guillaume et Raymond Brassat et l'emphitéote, du mas de *Lensso*, paroisse de Saint-Affrique, confrontant avec le mas de *la Cassanha*, terre de *Rostang de Bussuojol*, chevalier, et terre de l'église dudit Saint-Affrique. Droit d'entrée : 500 sols Rod.. Censive annuelle : 5 s. Rod., à la Saint-André, une carte de froment *pro parrana...*, *in messibus*, mesure de Bozouls, avec lods et ventes et le quart des blés. — Fait à Gabriac, maison dudit D. *Guirberti*, présents : Michel, curé de Gabriac, R. *Guirberti*, Jean *del Peiro*, prêtres, Gaillard de *Guallaco* chevalier, Guillaume Brassat, R. Brassat. — Notaire recevant : Etienne *Sabrerii*, not. du comté de Rodez et de l'Hôpital d'Aubrac. — [*Seing manuel du notaire.*]

134.

1276, 2 septembre. Hôpital d'Aubrac. — *Reconnaissance et hommage faits au seigneur de Canillac par Hugues, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Recognitio domini de Caniliaco facta per dominum Hugonem [2]. — Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos frater Hugo, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, et de voluntate pariter et assensu conventus dicti Hospitalis vel majoris partis ibidem servientium, confitemur et in veritate recognoscimus coram testibus et notariis infra scriptis ad hec specialiter vocatis et rogatis, nos nomine ipsius Hospitalis et ipsum Hospitale tenere in feudum francum et honoratum, sub modo et conditionibus inferius contentis, a vobis domino M. de Caniliaco milite, domino de Caniliaco, mansos et territoria infra contentos et contenta et confrontatos, cum omnibus juribus suis et pertinentiis et juridictione simplici et reali et mixto et mero imperio, prout in predictis mansis et territoriis habemus, videlicet : — medietatem pro indiviso mansi appellati los Gotalhs, qui confrontatur ex una parte cum manso de Cabestras et ex alia parte cum territorio appellato W. ;

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 5, fol. VII v°-IX v°. *A la marge :* Correcta. Non valet.

2. *A la suite, d'une autre main :* « secondom instrumentum recognitionis domnum P. E[c]her domnum. »

Digitized by Google

item mansum vocatum los Plas Glaoles et mansum de Genestozas ; item et mansos vocatos Domenge el Batuht, qui confrontatur ex una parte cum Beureriis et ex alia cum aqua de Cambolieh ; item mansum vocatum Rossolenas et mansum appellatum Pueh Ginyeis, qui confrontatur ex una parte cum territorio dels Bertolmieus et ex alia parte cum manso de Rocoletas ; item et mansos vocatos Rocacalva, Escorreschadas et Vaissieira Rainal e Riupeiros e Bagoieiras, qui confrontantur ex una parte cum aqua de Bes et alia cum manso del Chier ; item et mansum vocatum Sanharossa, qui confrontatur ex una parte cum via que descendit de nemore et protenditur versus lo ga de Cogossac ; item et mansum de Escudieiras, qui confrontatur ex una parte cum aqua de Bes et ex alia cum manso de Escudairetas et ex alia ab la Peiralevada del mas de Cogossac ; item mansum de Cogossac, qui confrontatur ex una parte cum rivo de Jausens et ab inde usque in aquam de Bes ; item mansum vocatum Costarausteta, qui confrontatur ex una parte cum manso de Costarausta et ex alia cum manso dels Cambos ; item mansum vocatum Labric de Maleza, qui confrontatur ex una parte ab Calm Sobeiros et ex alia cum rivo dal pe de Costa Eversa ; item mansum de Ruscles e del Pendoliu e del Sanc, qui confrontatur ex una parte cum manso de las Landas, et ex alia ab lo Chau ; item medietatem mansi vocati l'Ospitalet, siti in parrochia de Calidis Aquis ; item et mansum dals Faus, qui confrontatur ex una parte cum mansso de Rairac et ex alia cum mansso de la Brugaireta ; item mansum vocatum Brio lo Vielh ; item mansum vocatum de Costavaira, qui confrontatur ex una parte cum manso ecclesie de Brio ; item mansum seu fazendam dels Grezels, sicut protenditur usque a las dozes de Bes et sicut protenditur usque ad Tegulam et abinde sicut protenditur vers[us] Trochens ; item mansum de Priondas, qui confrontatur ex una parte cum manso de Brio lo Vielh ; — in quibus mansis, ut dictum est, habemus jurisdictionem simplicem et realem et sanguinum effusiones, nisi fierent cum gladio ; habemus etiam mixtum imperium et in solidum ; item habemus in predictis man-

Digitized by Google

sis merum imperium usque ad ultima supplicia et membrorum detruncationem, et quoad furta nisi comittens esset fur signatus, seu publicus latro, et quoad adulteria comitenda in dictis mansis quantum ad cognitionem et inpositionem pene pecuniarie et etiam punitiones corporales usque ad ex[e]qutionem ; pro quibus nos predictus dompnus, nomine dicti Hospitalis, debemus et tenemur facere vobis dicto domino Marquesio successoribusque vestris homagium, salva reverentia ordinis, et fidelitatem promittere bona fide et eodem modo faciebant antecessores nostri antecessoribus vestris, mutante dompno in dicto Hospitali. — *Item* confitemur et in veritate recognossimus, eodem modo et forma quibus supra, vos habere et [h]abere debere et antecessores vestri habebant merum imperium in predictis mansis quoad ultimum suplicium et membrorum detruncationem et ex[e]quutionem, tam in proxime dictis quam etiam in condempnatis corporaliter per curiam vestram ratione furti seu adulterii, ita videlicet quod si ratione pene corporalis imposite per curiam vestram vel nostram accipiebatur peccunia vel res alia quecumque esset, ita quod pena corporalis reverteretur in pena peccuniaria, de illa peccunia seu rebus debemus nos habere nomine dicti Hospitalis medietatem, deductis tamen per vos inde moderatis expensis factis per curiam vestram, et dictam medietatem vos tenemini nobis reddere bona fide. — *Item* confitemur quod si curia nostra ratione adulterii sive furti, non requirentis membri decisionem, acciperet oblationem in peccunia vel alia re, de illa peccunia debetis habere medietatem, et nos illam vobis reddere debemus bona fide, deductis prius per nos moderatis expensis factis per nos seu curiam nostram in cognoscendo, ratione premissorum. — Et in continenti facimus vobis homagium et fidelitatem juramento promittimus. — *Item* nos predictus dompnus confitemur et recognoscimus quod homines mansorum terre vestre utantur herbis, aquis et nemoribus et utantur mansorum dicti Hospitalis contiguorum mansis hominum terre vestre. — Quam confessionem, recognitionem, homagium et fidelitatem nos predictus Marquesius, dominus de Caniliaco, gratis acceptantes et reci-

Digitized by Google

pientes, confitemur et in veritate recognossimus, coram notario et testibus infra scriptis ad hoc specialiter vocatis et rogatis, predictos mansos et territoria cum simplici jurisdictione reali et mixto imperio et etiam mero imperio, prout per nos superius est expressatum, ad vos et dictum Hospitale pertinere. — Confitemur etiam vos et dictum Hospitale habuisse ex donatione et privilegio ab antecessoribus nostris ipsi Hospitali concesso ut in tota terra nostra et baronia a subditis nostris et feudotariis possitis habere et adquirere ex donatione, ex legato sive emendo vel alio quocumque modo terras et possessiones, exeptis clausuris castrorum et villarum terre nostre cum ortis, pratis et parranis eisdem pertinentibus et contiguis dictis castris et villis, sub illis modis et conditionibus per vos nobis faciendis et successoribus nostris quibus illi a quibus acquireretis tenerent a nobis et facere tenerentur ; et cum illis modis et conditionibus per vos nobis faciendis et successoribus nostris tenemur vobis laudare et confirmare terras et posseciones per vos adquirendas in predicta terra nostra, si laudimium a nobis pecieritis. Si vero per nos seu curiales nostros exequutio fieret corporalis, mortem inferendo vel membrorum detruncationem vel fustigationem, illa exequtio vel fustigatio debet fieri preconizando nomine nostro et dicti Hospitalis. — *Item* confitemur et recognoscimus quod homines habitantes in mansis dicti Hospitalis utuntur et utantur et uti possint et debeant herbis, pascuis, aquis de nemoribus et usum habeant pascendi in mansis nostris contiguis mansis in quibus habitant homines dicti Hospitalis, cum et nos et nostri homines idem habeamus in mansis dicti Hospitalis ; et in predictis mansis et territoriis nichil intendimus habere nisi ea que per vos et nos superius sunt concessa, confessata et declarata. Et remitimus vobis tallias et actiones et subcidia in omni casu que debebatis nobis vel homines predictorum mansorum ratione seu occasione predictorum mansorum superius expressorum. — Hec omnia universa et singula nos Lordetus, Guido del Coforc, Itiers de Rocalaura, Berengerius de Mayrois, milites et fratres dicti Hospitalis, et nos P. d'Aulas

Digitized by Google

presbiter, P. de Peirolis et Dieudonatz, Guillermus Boneti, B. de Verlac, D. Capios, Willermus Rotavuolp, Bertrandus Pradier, Ber. Pelatz, Willermus Balatz, P. de Grezer, fratres dicti Hospitalis, laudamus, approbamus et confirmamus omnia supradicta universa et singula. — Acta fuerunt hec apud dictum Hospitale, anno Domini M° CC° LXX° VI°, die mercurii ante festum Nativitatis Beate Marie, presentibus testibus ad hoc vocat[is] et rogat[is] : B. de Sancto Petro, Pontio de Quintihac, B. Esclavi, Galdino, P. Riquerii, donatibus dicti Hospitalis, et domino Hugone Deodati et magistro R. Rigaldi jurisperito, magistro Arnaldo Sigaldi, notario dicti Hospitalis, et me Stephano Maurelli, publico notario castri Rupis Vallissergie et totius tenementi pro illustrissimo domino rege Francie, qui, *etc...*

135.

1277 (n. s.) 18 février. Puechméja [1]. — Bail acapte par frère Guillaume *Boneti*, sindic ou terrier de l'Hôpital d'Aubrac *a fluvio Olti citra*, à Pierre *del Brol*, de certaines terres au terroir de *Clamora*, paroisse de Saint-Affrique, confrontant avec les mas de *Cumbres*, *Hesparvairenc* et de *Carrols*. Droit d'entrée : 500 s. Rod.. Censive annuelle : 3 énimes froment et 3 énimes avoine, mesure de Bozouls, 12 d. Rod., une géline, un *jornal* d'homme, avec droit de lods et ventes. — Fait dans l'aire-sol de Déodat *Felgos*, au mas de *Puhmeiha*, présents : R. *Laguarda*, juge de l'Hôpital d'Aubrac, S. del *Cassanh*, S. *dels Mares*, P. et B. *de Magrinh*, Guillaume de *Sauguel*, Bertrand de Muret. — Notaire recevant : Etienne *Sabrerii*, not. du comté de Rodez et de l'Hôpital d'Aubrac.

136.

1277, 11 juillet. Chirac [2]. — Bail acapte par Déodat *Pagesii, preceptor et administrator Hospitalis sive domus castri de Chiraco de Altobraco*, à Guillaume *Fredaldi* et à Guillerma *Raize*, sa femme, d'un pré, sis au mas

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig parch , coté P, n° 29 et III° LXXXIII.

2. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Chirac) 136, copie informe papier.

Digitized by Google

de Massibert, paroisse de Saint-Romain de Chirac, confrontant avec le ruisseau de *la Cumba del Paignil, de quo rivo debet dictum pratum adaquari*, et de tous autres côtés avec le terroir dit *lo Mas Sibert*, appartenant aud. hôpital, et dont il est séparé par des bornes de pierre. Cens annuel : 18 den. Tourn.. Droit d'entrée : 15 sols Tourn. — Fait à Chirac, dans la maison de Guillaume *Nicholai*, témoins : Michel Razet, Guillaume et Durant Merle, Etienne *Chauchardi* du lieu (*castrum*) de Canillac. Notaire recevant : Guillaume *Nicolay*, not. royal *in Gaballitano.*

137.

1277, 28 août. Rieutort. — *Transaction entre le seigneur de Marchastel et le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Compositio Hospitalis et Mauricastri. — In nomine Domini. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LXX° VII°, die sabbati post festum sancti Bartholomei, domino Philippo, Francorum rege, regnante. Noverint universi et singuli quod cum questio verteretur inter religiosum virum fratrem Hugonem, dompnum Hospitalis de Altobracho, nomine dicti Hospitalis et conventus et ipsum conventum ex una parte, et nobilem virum et reverendum dominum Al. de Petra, precentorem ecclesie Mimatensis et dominum castri de Marcastel, nomine suo et dict[i] castri ex altera, super jurisdictione, mero et mixto imperio mansorum [scilicet] del Deroc, de Vedrina, dels Alatieus, de Caldacumba, de Lhucsal, de la Chalmeta, de Peiraficha, que omnia dictus dominus Al., dominus dicti castri, dicebat ad se pertinere et se in quasi possecione esse predictorum meri et mixti imperii et jurisdictionis ; dicto domino dompno in contrarium asserente : compromiserunt dicte partes, nomine quo supra, super predictis et aliis questionibus que verti possent inter ipsos usque in diem presentem, in dominum Bertrandum Rotberti, priorem ecclesie de Vitracho, et Stephanum Bacaldo clericum, tanquam in arbitros, arbitratores seu ami-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 15, fol. XXX r°-XXXII r°. *A la marge* : correcta ; non valet quia alia est ultima.

Digitized by Google

cabiles compositores de stando ordinationi, diffinitioni seu ipsorum omnimode voluntati ; acto quod si dominus dompnus non posset habere ad diem vel dies dictum dominum B. priorem, quod loco ipsius subrogaretur dominus Bernardus Berenguarii de Bertholena clericus ; et promiserunt ambe partes venire ad diem et dies, locum et loca per ipsos adsignandos vel etiam assignanda ; acto etiam quod neutra partium possit recurrere ad arbitrium boni viri etiam si ipsos inique contigeret arbitrari, et hoc sub pena L librarum Turonensium a parte parti sollempni stipulatione vallata et promissa ; qua comissa et exacta, si comiti contingerit, dictum ipsorum, voluntas seu ordinatio in sui remaneat perpetua firmitate et quod ex pronunciatione ipsorum seu voluntate seu ordinatione quam facient in scriptis vel sine script[is] a cetero in factum oriatur, quemadmodum ex re oriretur judicata....., et quod dictum seu ordinationem ipsorum partes expresse habeant emologare, et quod dictus dominus dompnus faciat et procuret quod conventus dicti Hospitalis ratificet ordinationem seu voluntatem predictorum amicabilium compositorum. Et ita utraque pars juravit predicta attendere et servare, super sancta Dei evangelia corporaliter a se tacta, renunciando omni juri... ; acto etiam et convento inter partes predictas quod presens compromissum et potestas ipsius debeat durare et valeat usque ad festum Ascensionis Domini proxime a[d]futurum. — Actum apud Rivumtortum, in camera Murati, presentibus testibus : domino Guillermo de Mauro Castro milite, et Guillermo Merle, Pontio dels Salhens domicello, magistro P. Girbaldi, Stephano Merle clerico, et me Johanne de Sancta Columba, notario nobilis viri Astorgii, domini de Petra, *etc.*

Et post, incontinenti, de consensu partium fuit adsignata dies jovis post octavas festivitatis Beate Marie, et locus apud Rivumtortum, cum continuatione dierum sequentium, si arbitratoribus videbitur expedire. — Ad quam diem partes comparuerunt coram dictis arbitris arbitratoribus et in loco assignato per eosdem, et dicti arbitratores scilicet dominus Bernardus Rotberti et Ste-

Digitized by Google

phanus Bacaldonis jurisperitus supradicti continuaverunt diem predictam usque in diem sequentem et ipsam diem sequentem assignaverunt ad faciendum que eis videbitur expedire. — Qua die etiam dicte partes comparuerunt coram ipsis arbitris et amicabilibus compositoribus. Qui arbitri..., ob bonum pacis, ex vi compromissi, sequentes viam pacis et equitatis pocius quam ordinem stricti juris, voluntate partium quasi prestita, processerunt ad ordinationem dicti negocii in hunc modum : — Voluerunt, statuerunt et dixerunt... inter partes quod dominus Al. de Petra, precentor ecclesie Mimatensis et dominus castri de Marcastel et pertinentiarum ejusdem castri, nomine dicti castri et dominationis, habeat in mansis et territoriis recognitis eidem vel patri suo et in territorio de Nabinals, villa et manso, et in manso de la Chalmeta merum imperium, scilicet mortem et mutilationem membrorum, oculorum et auricularum ; et quod predicta recognita dictus dominus dompnus et Hospitalis de Altobraco teneat in pheudum francum et honoratum a dicto domino Al., ratione castri predicti et dominationis, et heredibus suis et successoribus in futurum. — *Item* statuerunt..... quod dictus dominus Al., ratione castri predicti, et sui successores in dicto castro vel heredes, habeant merum imperium, scilicet mutilationem membrorum et mortem, ut supra, in mansis de la Vedrina, e del Pelegri, e dels Alatius, et de Lucsal et de Petrafixa, et quod predicti mansi sint et sunt de pheudo et dominatione dicti castri ; et quod dictus dompnus et Hospitalis et sui successores teneant predictos mansos in pheudum et ten[ere debeant] a dicto domino Al. et a suis successoribus vel heredibus dicti domini Al. in dicto castro in futurum. — *Item* voluerunt... quod dictus dominus Al. et sui successores vel heredes, ratione dicti castri et dominationis ejusdem, habeant in dictis V^e^ mansis medietatem mixti imperii et jurisdictionis et omnium que ratione jurisdictionis et mixti imperii obvenerint in predictis ; et alia medietas pertineat ad dictum dominum dompnum et Hospitale et suos successores, qui ibi pro tempore fuerint in futurum. — *Item* statuerunt... quod, ratione terrarum et possetio-

Digitized by Google

num dictorum mansorum, si questio quoquo tempore inter pagesios verteretur, quod hujusmodi reales actiones ad cognitionem dicti domini dompni et suorum successorum pertineant in futurum. — *Item* statuerunt... quod ad mutationem domini vel vassalli, ut consuetum est, recognitio predictorum fiat domino [Mauri]castri, qui pro tempore fuerit, a dompno dicti Hospitalis infra annum, et etiam idem dominus dompnus hoc faciat eidem domino Al. de Petra incontinenti. — *Item* voluerunt... quod in omnibus nominatis et non nominatis feudis, scriptis et non scriptis, dictus dominus dompnus habeat cognitionem et examinationem et punimentum, salvis et retentis ipsi domino de Marcastel que superius sunt expressa. — *Item* statuerunt quod si aliqua instrumenta predictis ordinatis contraria invenirentur vel a parte dicti domini Al. de Petra, domini de Marcastel, vel a parte dicti domini dompni et Hospitalis, quod sint cassa et irrita quantum dumtaxat ad superius ordinata set in aliis in sua semper remaneant firmitate. — *Item* retinuerunt, ex consensu partium expresso, potestatem corrigendi, emendandi, declarandi, statuendi, interpretandi predicta, si super ipsis in aliquo inter partes questio oriretur et etiam diffiniendi obscura et dubitationem de predictis ortam seu oriendam inter partes, usque ad annum. — Et pro dicto tenendo et pena solvenda, si pro parte dicti domini dompni et Hospitalis comitteretur, extitit fidejussor dicto domino Al. de Petra, domino Mauricastri stipulanti, Merles domicellus ; et pro dicto domino Al. de Petra, domino dicti castri, et pro parte ipsius, pro dicto tenendo et pena solvenda, si pro parte dicti domini Al. de Petra comiteretur, extitit fidejussor dicto domino dompno stipulanti dictus Guillermus de Marcastel. — Et hoc est dictum, voluntas et ordinatio predictorum arbitrorum..., quod et quam preceperunt tenere a partibus et servare sub comissione dicte pene et religione prestiti juramenti per se et suos successores, nunc et in perpetuum et nunquam contra venire per se vel per personam interpositam, jure aliquo vel ratione. — Quod dictum et voluntatem predictorum arbitrorum emologaverunt expresse predicte partes ; et dictus

Digitized by Google

dominus dompnus, cum consensu et voluntate expressis dictorum Yterii militis et Bernardi de Campanhaco, cellararii dicti Hospistalis, et Petri de Peirolis et Willermi de Peirolis et P. Rodanes, prioris de la Faja et Deodonati et P. Canut et Bertran Pradier, fratrum dicti Hospitalis, [qui] approbaverunt et emologaverunt expresse omnia supradicta. — Actum apud Rivumtortum, presentibus testibus : Guillermo Merle, domino Guillermo de Marcastel, Willermo Aerra clerico, Willermo Aerra domicello, P. de Sancto Jorio, domino Berenguario dels Salhens milite, Pontio dels Salhens, S. Merle clerico, magistro R. de la Garda jurisperito, Guillermo Frenaldi presbitero, et me Johanne de Sancta Columba, notario publico nobilis viri domini de Petra, *etc.* — Post cujus notarii mortem, ego P. de la Bazalgeta, publicus notarius domini regis in senescallia Bellicadri et Nemausi auctoritate, concessione michi facta a nobili viro domino Austorgio, domino de Petra..., assero me presens instrumentum sumpsisse ex quadam notula non cancellata, scripta inter alias notas predicti magistri Johannis de Sancta Columba, notarii, *etc.*...

138.

1277, 28 novembre. Villefranche-de-Rouergue. — *Accord entre le domp de l'Hôpital d'Aubrac et le juge royal de La Roque-Valzergue, au sujet de la justice du Puech de Fraysse* [1].

Compositio de Fraise cum domino rege. — Noverint universi presentes pariter et futuri quod cum esset questio seu debatum et lis mota et diu agitata coram curia domini regis Francie Rupis Vallissergie inter religiosos viros dompnum et conventum Hospitalis Beate Marie de Alto Bracho, nomine ipsius Hospitalis et domus de Leborinas, pertinentis ad dictum Hospitale ex una parte, et curiales predicti domini regis predicti castri de Rupe Vallissergie, nomine ipsius domini regis ex altera, super juridictione, mixto et mero imperio mansorum et terri-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 2, fol. III v° — IIII v°. *A la marge* : correcta.

Digitized by Google

torii vocati de Pueh de Fraisser et habitantium et delinquentium et contrahentium et quasi ibidem, quam jurisdictionem et merum et mixtum imperium utraque pars ad se pertinere dicebat, et dictum Hospitale etiam diceret se usum fuisse per longissima tempora omnibus et singulis supradictis in dictis mansis et territorio et super predictis et testes producti fuerint et recepti per dictam curiam et examinati, tandem, inspectis meritis processus habiti super premissis, probationibus hinc inde factis, per nobilem virum dominum Gaufridum Bassi militem, senescallum Ruthenensem, et discretum virum dominum Bonum Tozeti, judicem majorem ipsius domini senescalli, et quosdam alios discretos viros curiales dicte curie ad hoc specialiter evocatos, pensata utilitate dicte curie et domini regis, inter dictum dominum senescallum, de concilio judicis Amiliavi et curialium, ex una parte, et fratrem Hugonem Revelhaca, dompnum dicti Hospitalis, et fratrem Guillermum Boneti, dictum sindicum seu yconomum predicti Hospitalis et dicte domus de Leborinas, pro se et conventu dicti Hospitalis et pro ipso Hospitali et dicta domo ex altera, talis intervenit transactio, compositio seu ordinatio comuni consensu inter eos et voluntate eorumdem, videlicet : — quod dictus dominus rex et dicta curia sua predicti castri Rupis Vallissergie habeat plenariam cognitionem et punimentum de criminibus et forefactis, que comiterentur in dictis mansis et territorio, ex quibus ultimum suplicium seu membri abcisio vel mutilatio de jure seu de consuetudine fuerit imponenda, hoc salvo quod bona ipsius delinquentis mobilia et immobilia, si qua dicta curia reciperet occasione premissorum, dividantur per medium inter dictum dominum regem et dictum Hospitale, expensis moderatis per dictam curiam, ita videlicet quod bona immobilia que ob hoc ad manum dicte curie pervenirent, dictus dominus rex et ejus curiales et etiam dictum Hospitale teneantur transferre in alios pagesios seu alios agricultores, salvo laudimio et dominio dicti Hospitalis in premissis, et quod precium ex dictis possessionibus habitum fuerit comunicetur, ut dictum est, inter eos et

Digitized by Google

quod plenaria cognitio, punimentum et jurisdictio omnium aliorum ad ipsum pertineat Hospitale, et quod possint ibi habere postellum. — Et nos Gaufridus Bassi miles, senescallus Ruthenensis predictus, hanc transactionem predictam, compositionem seu ordinationem pro dicto domino rege Francie concedimus et laudamus, retenta voluntate predicti domini regis ; et nos dompnus predictus et frater Guillermus Boneti predictus, per nos et dictum Hospitale et totum conventum dicti Hospitalis, omnia predicta universa et singula concedimus et laudamus ; volentes nos predictus senescallus et nos predicti dompnus et frater Guillermus Boneti, quilibet pro parte sua, silicet nos dictus senescallus pro domino nostro rege, et nos dompnus et frater Guillermus Boneti predicti, quod predicta omnia universa et singula nunc et in perpetuum, ut supra dictum est, habeant firmitatem. Et nos predictus dompnus et predictus frater Guillermus promittimus vobis, domino senescallo predicto, quod predictam transactionem, compositionem seu ordinationem faciamus laudare fratribus et conventui predicti Hospitalis, ut supra dictum est, et approbare et etiam confirmare. — Actum fuit hoc apud Villamfrancam, in domo Bertrandi Gualteri, in presentia et testimonio venerabilis viri domini Boni Tozeti, judicis majoris Ruthenensis, et discreti viri magistri Berengarii Peutertii, et magistri G. de Rodoles, et domini Rotberti de Castromarino militis, domini P. Ademarii militis, domini Ber. Berengarii militis, Olrici de Scuria domicelli, Guillermi Aimonis, magistri D. de Mairanh clerici, Begonis de Barterria domicelli, et mei R. de Valle, publici notarii de Castlario, qui, *etc.* — Anno domini M° CC° LXX° VII°, videlicet die dominica ante festum beati Andree apostoli.

Digitized by Google

139.

1278, 22 septembre. Aubrac. — *Compromis et sentence arbitrale au sujet des différends existants entre Hugues Revelhaca, domp d'Aubrac, et Garin de Castelnau, seigneur d'Apcher* [1].

COMPOSITIO ET RECOGNITIO FACTA DOMINO DE APCHERIO PER DOMINUM HUGONEM. — Noverint universi hoc presens instrumentum publicum inspecturi quod anno Domini M° CC° LXXVIII°, videlicet X° kalendas octobris. Cum questio, querela seu controversia verteretur seu verti speraretur inter dominum Hugonem Revelhaca, dompnum Hospitalis de Altobraco, et conventum ejusdem ex una parte, et dominum Garinum de Castronovo, dominum Abcherii, ex altera, super mero et mixto imperio et plena jurisdictione, feudo et recognitione ville de La Faja et de Montivernos et mansorum, vulgariter appellatorum Faja Vielha et Garambal, et mansi Guionenc, salvo jure alieno, e del Vedrinel, siti in parrochia Sancti Johannis de La Faja, et de Beyres, siti in parrochia Sancti Laurentii, et juris quod dictum Hospitale habet in parrochia Sancti Laurentii supradicti, et juris quod dictum Hospitale habet in parrochia de Maurinas et mansorum appellatorum de Maurissanias et de Durforc, sitorum in parrochia predicta de Maurinas, et de la Farga, siti in parrochia de Maurinas, et ville de Maurinas et mansi de Chasals, siti in parrochia de Anterivis, et mansi de la Brugieyra, siti in parrochia de Manhac, et mansi d'en Baletas, siti in parrochia predicta de Anterivis, et pertinentiarum et jurium eorumdem, et super injuriis, rancuris et dampnis datis hinc inde. — Tandem, post multas intercationes habitas hinc inde inter ipsos de predictis et super omnibus questionibus et querelis, actionibus, peticionibus, persecutionibus, injuriis et dampnis datis, quas habebant inter se ad invicem vel habere poterant usque in diem presentem, compromisserunt dictus dompnus et predictus conventus pro se et nomine et vice dicti Hospitalis et dictus

1. Doat, 134, fol. 219-228, copie d'après la grosse originale. — *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 20, fol. XXXVI v°. — XLI v°. *A la marge* : correcta ; non valet quia alia est ultima.

Digitized by Google

dominus Guarinus pro se et suis heredibus et successoribus, qui pro tempore fuerint, in discretos viros magistrum P. de Scura, archipresbiterum de Salgue, et magistrum Willermum Roderii de Sancto Floro et dominum G. de Brossinhac, judicem Ruthenensem ex parte domini regis Francie, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, juramento super sancta Dei evangelia hinc et inde corporaliter prestito, pena etiam C marcarum argenti hinc et inde apposita, promissa et sollempniter stipulata, solvenda parti parenti arbitrio a parte non parenti ; acto tamen inter partes quod, pena comissa soluta semel vel pluries, arbitrium, dictum, ordinatio sive compositio dictorum arbitrorum in sua remaneat firmitate... ; promittentes dicte partes vicissim una alteri, adhibita super hoc solempni stipulatione, quod contra dictum compromissum nullum impetrabunt rescriptum, nullum privilegium allegabunt, nullam exceptionem opponent, nec utentur alicujus legis beneficio, quod viciet vel viciare possit hujusmodi compromissum, sive ex personis compromittentum sive ex rebus ex quibus extitit compromissum ; volentes etiam et promittentes dicte partes sub religione dicti juramenti et pene commissione quod, statim prolato arbitrio per dictos arbitros, ratificabunt et laudabunt, gratum habebunt et emologabunt dictum et pronunciationem dictorum arbitrorum... [*Formules de droit*]. — Pro dicto tenendo et pena solvenda, si committeretur, a parte inhobediente parti obedienti, extiterunt fideijussores pro parte dicti Hospitalis : dominus Motetus miles et Ohalricus [1] de Rupe et R. de Caors ; et pro parte domini Guarini : dominus Marquesius de Canillaco et dominus P. Henrici et dominus Bertrandus de Castronovo.

Et in continenti, dicti arbitri, recepto in se dicto compromisso, auditis rationibus et petitionibus utriusque partis examinatoque negotio diligenter, partibus presentibus et cum instantia presens negotium diffiniri postulantibus, dixerunt et pronunciaverunt dictum suum in hunc modum, videlicet : — quod dictus dompnus et conventus, no-

1. *Livre des transactions* : Malricus.

Digitized by Google

mine dicti Hospitalis, recognoscant se tenere in feudum francum a dicto domino Garino et ejus successoribus et tenere debere in feudum villas, loca et mansos, superius nominatos et nominatas, cum juribus et pertinentiis suis, excepto manso de Beireschet, sito in parrochia Sancti Laurentii, et exceptis mansis, quorum unus vocatur de Barbarandas [1] et alter vocatur mansus de Monclergue, qui sunt siti in parrochia de Maurinas. Quam recognitionem dictus dompnus et conventus fecerunt in continenti, prestito domino Garino fidelitatis juramento a predictis dompno et conventu. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod si aliquis familiaris seu subditus ipsius Hospitalis seu manens in territoriis antedictis vel alibi sub dominio dicti Hospitalis vel quilibet extraneus commiserit leve furtum in dictis territoriis, exceptis superius exceptatis, ita quod res furata valorem XXX solidorum Turonensis monete non excedat, nec frequentare consueverit, nec dictum furtum in domibus vel itineribus violenter commiserit nec crimen commiserit abigeatus, ita quod pena ultimi supplicii seu membri mutilatio seu alia pena gravissima corporalis non esset sibi ex hoc jure vel consuetudine infligenda, judex dicti Hospitalis qui pro tempore fuerit, de predicto levi furto in predictis territoriis, exceptis exceptatis, per quemcumque commisso cognoscat et puniat, et curiales dicti Hospitalis furem hujusmodi capere et constringere possint, et si curiales dicti domini Garini curiales dicti Hospitalis prevenirent, dictos fures capere possent et eosdem in continenti remittere tenerentur curie dicti Hospitalis, prout judici dicte curie pro dicto levi furto visum fuerit, puniendos. — De pena vero quacumque peccuniaria dicto furi imposita per judicem dicti Hospitalis in predicto casu, dictus dompnus et conventus seu eorum curiales dicto domino Garino et ejus curialibus medietatem restituere teneantur, deductis tamen prius sumptibus inde factis per dictum Hospitale ad notionem judicis supradicti. — Si vero dictus judex dictum furem pro dicto levi furto cognoverit fore fustigan-

1. *Livre des transactions* : Barbarenias.

Digitized by Google

dum vel in postello ponendum, hoc significet curialibus domini Garini et quod dicti curiales una cum dicti Hospitalis curialibus communiter pro utroque preconisationem et justiciam seu executionem predictam de dicto fure faciant et exequantur ; et idem observetur in omnibus levibus criminibus in dictis territoriis commissis, exceptis exceptatis, pro quibus pena peccunaria usque ad XXX solidos Turonensis monete vel infra vel levis castigatio seu fustigatio tantum consuevit imponi, et ex quibus et pro quibus ultimum supplicium seu membri mutilatio, exilium, relegatio seu deportatio seu alia pena corporalis gravissima de jure vel de consuetudine dicto malefactori non fuerit inponenda. — Dixerunt etiam et pronuntiaverunt quod judex dicti Hospitalis cognoscat de adulteriis per familiares et homines et subdictos dicti Hospitalis in dictis territoriis committendis et eadem puniat, et de pena pecuniaria, si que fuerit imposita dicto adulterio, dictus dompnus et conventus medietatem dicto domino Garino et ejus successoribus restituere teneantur. Pena vero corporalis per curiales dicti Hospitalis et domini Garini preconisatio et justitia, si que fuerit imposita adulterio per judicem dicti Hospitalis, communiter exequatur et fiat. Alii vero extranei qui inventi fuerint adulterantes in dictis locis, exceptis superius exceptatis, puniantur per curiam dicti domini Garini. — Caveant tamen curiales dicti domini Garini ne curiales dicti Hospitalis impediant in casibus dicto Hospitali superius concessis ne se ingerant in eisdem. — Dixerunt etiam et pronunciaverunt quod judex et curiales dicti Hospitalis, qui pro tempore fuerint, de ictibus et sanguiniis absque membri amputatione et letali vulnere in dictis territoriis commissis cognoscant et puniant in ea quantitate, que judici dicti Hospitalis videbitur imponenda, et quod ea quantitas dicto Hospitali totaliter applicetur. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod curiales dicti Hospitalis et etiam curiales domini Guarini, illi tamen predictorum qui alios prevenerint, possint capere malefactores pro criminibus in dictis territoriis commissis, exceptis exceptatis, si eosdem ibidem invenerint vel alibi sub jurisdictione sua qualibet

Digitized by Google

eorumdem, et quod judex dicti Hospitalis remittat eos ad curiam domini Guarini, si juxta ordinationem predictam per curiam dicti domini Guarini eos noverit puniendos, et idem teneatur facere judex domini Guarini si predictos malefactores per curiam Hospitalis fore noverit puniendos. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod dictum Hospitale, dompnus et conventus seu eorum judex, qui pro tempore fuerit in eodem, de omnibus causis civilibus, realibus et personalibus agitandis inter manentes in dicto loco vel inter dictum Hospitale et dictos manentes vel inter alios extraneos et dictos manentes pro contractibus et negotiis ibidem celebratis civilibus tamen cognoscant et judicent, tutores et curatores dare et emancipare possint et alia facere sine quibus cause civiles et eorum merita expediri non possunt. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod dictus dominus Guarinus et ejus curia et successores ipsius in perpetuum habeant et exerceant in dictis locis et habitantes et delinquentes ibidem, exceptis mansis superius exceptatis, merum imperium et altam jurisdictionem senioriam et ea exerceant in delinquentibus ibidem, pro quibus de jure vel de consuetudine pena ultimi supplicii seu mutilatio membrorum seu alia pena gravissima : exilium, relegatio seu deportatio consuevit imponi et majora et graviora crimina in dictis locis commissa puniat et cognitionem habeat eorumdem. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod si aliquis malefactor, puniendus per curiam domini Guarini juxta ordinationem predictam, commiserit tale quid quod ejus bona sint de jure vel de consuetudine confiscanda, bona mobilia dicti malefactoris puniendi, si que habet, et jus, si quod habet, in rebus immobilibus que teneret a dicto Hospitali per curiales domini Guarini et dicti Hospitalis communiter distrahatur, et inter dictum Hospitale et dominum Guarinum equis portionibus dividatur ; et si pena corporalis infligenda per dominum Guarinum alicui delinquenti in territoriis supradictis commutetur in penam pecuniariam, dicta pena pecuniaria inter dictum dominum Guarinum et dictum Hospitale equis portionibus dividatur, deductis prius de bonis omnibus sumptibus inde factis per curiam domini

Digitized by Google

Guarini. Verumtamen si dictus malefactor in dicto territorio, tempore commissi maleficii, non maneret vel alibi sub dominio dicti Hospitalis et bona mobilia ibi vel alibi habet vel alibi immobilia, ea applicentur domino Guarino, prout de jure vel de consuetudine fuerit faciendum. — Dixerunt etiam et pronunciaverunt quod si appelletur a judice Hospitalis a quacumque sententia seu quocumque casu pro causis, delictis, contractibus factis seu commissis in territoriis antedictis, exceptis exceptatis, ad judicem domini Guarini tanquam ad dominum superiorem appelletur. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod curiales domini Guarini et dicti Hospitalis communiter habeant et fieri faciant postellum in loco de La Faja, in quo eleventur qui juxta ordinationem predictam fuerint elevandi. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod dictus dominus Guarinus removeat seu removeri faciat furcas, quas habet in dicto territorio infixas, infra octo dies, et quod eas reducat et reducere possit in eodem loco et infixas teneat et non alibi furcas aliquas elevet seu immittat in territorio dicti Hospitalis, cum primum aliquis delinquens in dicto territorio et non alibi ratione dicti maleficii fuerit suspendendus vel quod dictas furcas, partim in territorio Hospitalis, partim in suo, infigi faciat seu immitti, et quod ibidem possit suspendere delinquentes quoscumque ipse seu ejus curia noverit suspendendos. — *Item* dixerunt et pronunciaverunt quod judex Hospitalis, qui pro tempore fuerit, juret ad sancta Dei evangelia domino Guarino et ejus successoribus una vice, cum de novo per dictum Hospitale fuerit institutus et per dominum Guarinum seu successores ejus fuerit requisitus, se bene et legaliter habere in officio suo et jura domini Guarini et juridictionem quoad dictum territorium fideliter conservare et jus suum domino Guarino et ejus curie reddere et remittere prout est superius ordinatum. — *Item* teneatur facere judex dicti Guarini dompno dicti Hospitalis una vice, cum de novo fuerit institutus et per dictum dompnum seu ejus curiam fuerit requisitus. — Voluerunt etiam quod dictus dominus Guarinus seu ejus curiales non teneant assisias in dictis locis nisi pro his

Digitized by Google

que juxta ordinationem predictam sibi competunt cognoscendis et exercendis. — Dixerunt etiam et pronunciaverunt quod non intendunt aliquid derogare per hanc pronunciationem suam ordinationibus seu concessionibus contentis in instrumentis dictarum partium, preter superius expressata, set ea volunt potius in sua firmitate durare. — *Item* voluerunt quod injurie hinc inde facte et illate penitus remittantur et ibidem fuerunt ad invicem remisse. Et in continenti predicte partes et specialiter dictus dompnus et conventus insimul congregatus, plena deliberatione super hoc, ut moris est, adhibita pensataque utilitate dicti Hospitalis et alia juris solempnitate adhibita, que in talibus adhiberi debet et consuevit, omnia predicta laudaverunt, emologaverunt et approbaverunt et promiserunt non contra venire sub religione prestiti juramenti et pene interpositione superius expressate. — Actum apud Hospitale de Altobraco, in quodam prato, prope dictum Hospitale, in presentia et testimonio magistri Petri de Rausatio [1], magistri Hugonis Johannis, magistri R. de Blancafort, domini R. Bernardi militis, Bertrandi de Castronovo, domini Moteti de Panosia militis, Rotberti de La Faja [2], Guillelmi del Vilaret, Buonsson de Monesterio, Petri Charbonier [3] et mei Poncii de Leborone, publici notarii curie et totius bailivie de Rupe Cesarea pro domino rege, qui, *etc.*

140.

1278, décembre. — *Ratification par le roi Philippe III, le Hardi, du bail de la borie de la Roque-Valzergue* [4].

« Ratiffication du roy Filipe sur le bailh faict par ses commis à Bégon de Maurantuolz de la borie de la Roque-Balzergue, du vivié, moulins, eaux de Vèbre, bois et terres, confrontant : le chemin de la Roque à Montaignac et le chemin qui va de la Roque à Vimenet et monte jusques au coppeau de la montaigne d'ung costé ; et de l'autre : l'eau de Vèbre ; soubz la cense de 24 cestiers froment et 5 solz Rodanois ; — plus des terres jadis de Cas-

1. *Livre des transactions :* Rausatero ; — 2. La Fara ; — 3. Carbonier.
4. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n° 333 et 24, fol. 27 r°.

Digitized by Google

sot, confrontant le chemin que va de la Roque dessendant à l'eau del Serre ; — plus la borie jadis dud. Cassot avec ses appartenences, pour laquelle debvoict une obole d'or et les vroges (*sic*), toutz lesquelz droictz ont esté réduictz à 30 cestiers fromant, une obole d'or et 5 solz. Séélé du grand seau de cire verte avec lactz de soye rouche et verte, cotté quatre esses, de l'an mil IIc septante huict, au mois de décembre.... SSSS. »

141.

1278. — *Echange de terres entre l'Hôpital d'Aubrac et l'église de St-Saturnin de Lenne* [1].

« Permutatio facta inter Hospitale et priorem Sancti Saturnini, ita quod Hospitale tradidit priori et ecclesie sue terciam partem quarti bladorum pertinentem sibi in campo vocato lo Cambo, sito juxta cimiterium Sancti Saturnini, inter aquam Serre et viam publicam, qua itur de Sancto Saturnino versus Ruppem. Et dictus prior tradidit Hospitali tres eminatas terre, cum proprietate et quarto et dominio, quas ibi habebat ecclesia Sancti Saturnini ; et confrontantur dicte tres eminate : cum via qua itur de Viridario versus Vebram et cum via de Sancto Saturnino versus pontem et cum campo Ferros. Que permutationes fuerunt approbate in capitulo conventuum de Altobraco, monasterii Conchensis, a quo deppendet ecclesia Sancti Saturnini, instrumento sumpto per Stephanum Maurelli notarium, anno Mo CCo LXXVIIIo et sunt duo instrumenta dupplicata, signata par litteram H. »

142.

1278. Prades [2]. — Bail acapte par Hugues, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Bernard *de Vilareto* et à ses frères du capmas de la *Pechoresca*. Droit d'entrée : 2 livres de gingembre (*gimgiber*). Censive annuelle : le quint des blés, à l'exception de ceux d'une *parra*, confrontant avec champ de Hugues de Marcastel, pré de seigneur Motet, champ de Hugues Delmas

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n° 333 et 24, fol. 3 r°.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté RR et n° 188.

Digitized by Google

et champ de Guirald *del Teron*, et *deductis primo ab excolentibus mercedibus collectorum* ; 4 s. Rod. à la Toussaint, pour le pré de *las Quairadas* ; droits de lods et ventes : 1 den. par sol. Sont exceptés dudit bail acapte les prés tenus par le seigneur Motet. — Etienne *Blancs*, Guillaume *Rotavolps*, Déodat *Boissa*, frères dudit Hòpital, ont approuvé le susdit bail. — Fait à *Pratas*, présents : Déodat Blanc, Durand, curé de Prades, P. *Prior*, Hugues de Marchastel chevalier. — Notaire recevant : Arnald *Sigualdi*, not. de l'Hôpital d'Aubrac. — [*Seing manuel du notaire.*]

143.

1279 (n. s.) 27 janvier, Marvejols ; 26 mars, Aubrac. — *Sentence arbitrale portée par G. de Sénaret et B. des Salhens entre Astorg de Peyre et le domp de l'Hòpital d'Aubrac ; avec ratification par le chapitre de l'Hòpital* [1].

Compositio facta cum domino de Petra per dominum Hugonem. — In nomine Domini, Amen. Anno incarnationis Ejusdem M° CC° LXXVIII°, die veneris post festum sancti Vincentii, indictione VI^a^, domino Phlippo, illustri rege Francorum, regnante. Noscant presentes et futuri quod cum questio verteretur seu verti speraretur inter nobilem virum dominum A. de Petra ex una parte, et religiosum virum dominum dompnum de Altobraco, nomine suo et nomine conventus ejusdem loci, ex altera, super jurisdictione seu districtu mansorum infrascriptorum, qui sunt videlicet : mansi dels Forns et dels Fornetz e las Malas Bessieiras e la Vedrina et Gran Vilar, et super dicta recognitione quam dicebat dictum dompnum sibi fieri debere ratione mansorum de las Gotas et de las Salelas et del Fau et de Senhieiras Crosas, et super omnibus aliis rancuris et demandis que esse poterant usque in hodiernum diem inter predictas partes ratione predictorum, — compromiserunt se dicte partes in dominum Guidabertum de Senareto et dominum Berengarium del Salhens, milites, tanquam in

1. Doat, 134, fol. 210-217, copie d'après la grosse originale. — *Arch. dép. de l'Aveyr.* H. Aubrac, *Livre des transactions*, n° 18, fol. XXXIII r° - XXXV v°. — Nous donnons le texte de Doat. Les noms de lieux sont cependant tirés du *Livre des transactions*. — Certains passages manquent dans le *Liv. des trans.*

Digitized by Google

arbitros, arbitratores,.. ab ipsis pariter communiter electos sub pena C librarum Turonensium... [*Formules de droit.*] — *Item* fuit actum quod dictus dompnus de Altobraco procuret modis omnibus se facturum et curaturum quod conventus dicti Hospitalis omnia predicta confirmet et ratificet, ad requisitionem dicti domini Austorgii de Petra. Et pro dicta pena et dicto tenendo et servando exstitit fidejussor pro dicto domino Austorgio de Petra penes dictum dompnum, Petrus Geraldi, qui renunciavit in hoc facto nove constitutioni, *etc...* ; et pro dicto dompno penes dictum dominum Austorgium exstitit fidejussor idem Petrus Geraldi, qui se obligavit eodem modo et eadem forma et sub eisdem renunciationibus quibus supra. Et predicti dominus Austorgius et dompnus promiserunt ipsum P. Geraldi servare indempnem a predicta obligatione.

Et post, eadem die in continenti, predicti arbitri, recipiendo in se dictum compromissum, dixerunt et ordinaverunt dictum suum in hunc modum, prout sequitur, scilicet : — quod dictus dompnus et conventus de Altobraco, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, teneant et tenere debeant in feudum a domino A. de Petra, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, et recognitionem eidem facere teneantur ad mutationem domini vel dompni vel vassali, qui pro tempore fuerit, mansorum predictorum scilicet : dels Forns et dels Fornetz, de Malas Bessieiras et de Gran Vilar et de la Vedrina, sitorum in parrochia ecclesie sancti Johannis de la Faja de Montyvernos. — *Item* dixerunt quod dominus de Petra habeat in predictis et habere debeat in perpetuum merum imperium quantum ad crimina, que mortem vel abcisionem membrorum requirunt seu exsilium, ita tamen quod si furtum minus fuerit X solidorum Turonensium, non possit fur nec debeat corporali pena puniri, quantum ad membrorum mutilationem, nisi fur manifestus fuerit vel alias in abscissione membrorum dictus fur fuerit nodatus vel aliter condemnatus ; et si contingeret quod ea que ad merum imperium pertinent in penam pecuniariam commutarentur, dicta pena pecuniaria communiter inter partes divideretur, retentis expensis moderatis, si contingeret fieri ratione judicis et notarii qui cognoscerent de predictis. —

Digitized by Google

Item dixerunt quod si contingeret ensem vel lanceam vel gladium ab aliquo evaginari vel aliquem vulnerari per predicta arma supra posita, quod pena pecuniaria que inde proveniret inter partes communiter divideretur, nisi mors inde prosequeretur, et cognitio de predictis fiat per judices dicti domini de Petra et dicti domini de Altobraco. — *Item* dixerunt quod adulteria, furta et fustigationes et postellationes et dationes tutorum et curatorum utrique parti pertineant et sint communia et per utrosque judices cognoscantur ; si cognitio aliqua contingeret fieri de predictis et si contingeret aliquem a predictis criminibus capi vel captum detineri in predictis casibus communibus, capiantur et capti detineantur infra feudum dicti domini A. de Petra per servientem vel bajulum domini de Petra, si per illos capti fuerint seu detenti, seu per bajulum seu per servientem dicti Hospitalis, si primo per illos capti fuerint. — *Item* fuit dictum quod dictus dominus A. de Petra non possit plantare seu edificare furcas in territorio predictorum mansorum nisi pro his que constiterit in predictis feudis deliquisse. — *Item* fuit actum et dictum per arbitros quod illi qui tenerentur capti pro criminibus supra scriptis in feudo predicti domini A. de Petra, etiam tenerentur ad expensas communes capti utriusque partis, scilicet dicti domini de Petra et dicti Hospitalis de Altobraco. Omnia alia voluerunt et pronunciaverunt pertinere et pertinere debere ad dictum dompnum, ut sunt ictus fustium et pugnorum et lapidum et sanguinum, ubi mors non sequeretur, et banni impositio et cognitio civilium et realium questionum et etiam personalium et pene sive mulcte impositio et executio sententiarum pertinentium ad predicta. — *Item* dixerunt et voluerunt quod dictus dompnus de Altobraco recognoscat et recognoscere teneatur villam de la Moleta, cum suis pertinentiis et tenementis, a dicto domino A. de Petra in feudum francum et honoratum, salvis et retentis dicto dompno mixto imperio et totali jurisdictione et salvis his que ad dictum mixtum imperium pertinent; merum vero imperium, quod mortem interpretatur vel membri detruncationem, ad dictum dominum A. de Petra et

Digitized by Google

ejus heredes pertineat et pertinere debeat in futurum. — *Item* etiam fuit actum quod dictus dominus A. de Petra non possit nec debeat se furcas plantare seu edificare in territorio predicto de la Moleta nisi pro his que in dicto territorio constiterit deliquisse, dum tamen cognitio fieret per judicem Hospitalis ; et si cognitio esset facta per dictum judicem dicti Hospitalis, quod reus remissus fuerit ad curiam dicti domini A. de Petra puniendus ; et si pena corporalis in penam pecuniariam verteretur per eundem judicem dicti domini A. de Petra, illa pena etiam pecuniaria inter predictos dominos equis portionibus dividatur. — *Item* dixerunt et voluerunt quod quandocumque contigerit aliquem aliquod facinus perpetrari ab aliquo, cognitione facta utrum teneretur remissionem facere vel non per judicem dicti Hospitalis, teneantur facere remissionem et ipsum mittere ad ipsum dominum A. de Petra puniendum, in casibus qui penam mortis vel mutilationem membrorum requirunt. — *Item* dixerunt et voluerunt quod si contingeret aliquem aliquod facinus in dictis locis perpetrari, quod dominus de Petra vel alius nomine ipsius possit ipsum capere et retinere et etiam ipsum punire in continenti, si delictum clarum vel manifestum fuerit ; et si aliqua obscuritas seu dubietas intervenerit, ex tunc infra XL dies dictus dominus de Petra, vel alius nomine ipsius ad quem cognitio pertineat, teneatur cognoscere utrum delinquens fuerit condemnandus vel etiam remittendus ; vel etiam si contingeret ipsum capi primo a curialibus dicti Hospitalis, quod cognitio fieret infra dictum tempus per dictum judicem dicti Hospitalis, ut in continenti infra dictum tempus per eundem judicem puniretur vel ad judicem domini de Petra esset remittendus. — *Item* voluerunt et dixerunt quod dictus dompnus de Altobraco teneat et tenere debeat et recognoscat et recognoscere teneatur in feudum a domino A. de Petra mansos scilicet de las Gotas et de Rimaisenc [1], qui sunt in parroquia del Fau ; item mansum de Senhieiras Crosas, qui est in parrochia ec-

1. *Doat* : Remeyzenc.

Digitized by Google

clesie Sancti Martini del Boisso, et mansum de la Brugieira cum omnibus servitiis et usaticis et servitutibus, que et quas dictus dominus de Petra consuevit percipere et habere in dictis mansis, secundum modum et consuetudinem aliorum hominum commorantium in terra dicti domini A. de Petra, excepto quod in medietate dicti mansi de las Gotas, quam medietatem tenet rector seu prior de La Faja qui nunc est, non teneatur nec possit dictus dominus A. de Petra habere nec aliquam exigere servitutem seu usaticum, set dictus prior et ejus successores teneant dictam medietatem in ea libertate in qua modo est ; hoc acto quod si contingeret dictam medietatem dare alicui laico in emphiteosim seu accapitum, dictus pagesius qui ibi esset teneretur prestare predictas etiam servitutes et usatica, que dictus dominus A. de Petra consuevit percipere et percipit ab hominibus terre sue. — *Item* si contingeret devestire seu vestire mansos predictos per dictum dompnum hoc posset fieri, causa cognita, et emendari et meliorari, salvis usibus, servitutibus et usaticis, quibus usque nunc usus est dictus dominus A. de Petra.

Et in continenti, frater P., prior de La Faja, Bertrandus Praderii, P. de Sciris, Bertrandus Robanilhas, fratres dicti Hospitalis, laudaverunt et approbaverunt omnia predicta de mandato et consensu dicti dompni de Altobraco ; et dictus dompnus et dictus dominus A. de Petra omnia predicta pariter laudaverunt et approbaverunt et emologaverunt et petierunt inde sibi fieri publicum instrumentum. Quam recognitionem omnium predictorum mansorum dictus dominus dompnus eidem domino A. de Petra fecit in continenti, de consensu fratrum predictorum, et fidelitatem ei promisit et homagium sibi fecit manuale juxta modum et formam superius prelibatam. — Actum Marologio in domo Johannis Senerii, — testibus presentibus ad hoc vocatis : domino precentore ecclesie Mimatensis, domino Willelmo de Marcastello milite, Stephano Merulo, Guillelmo Aerra clericis, Guillelmo de Valle, P. Vilata, Guido de Senareto, Guillelmo Aerra bajulo de Mauro Castro, domicellis.

Et post, anno Domini M°CC°LXXIX°, VII° kalendas aprilis, conventus predicti Hospitalis de Altobraco simul,

Digitized by Google

prout moris est, congregato, videlicet : Guillelmo de Bosqueto, preceptore domus de Ruthena, Bernardo de Senareto, preceptore de Moirenc, Vabrensis diocesis, Johanne de Alborsol, Bernardo de Charais, presbiteris, Hugone de Monjou, Bernardo de Mayroys, militibus, Bernardo de Ca[m]painac, cellarario dicti Hospitalis, Bertrando Praderii, Bernardo Briude, Deodonat, Petro de Peyrolis, Hugone Creysselli, Guillelmo de Montpeyros, preceptore de Bonafonte, Johanne Tabornelli, fratribus dicti Hospitalis, laudaverunt, concesserunt et approbaverunt pro se et nomine predicti Hospitalis et mandato etiam expresso dicti domini dompni dicti Hospitalis de Altobraco presens compromissum et dictum et pronunciationem predictorum arbitrorum... ; et promiserunt eidem domino Austorgio de Petra, presenti et stipulanti pro se et successoribus, contra predictum compromissum et dictum in hoc presenti instrumento contentum de cetero non venire aliquo jure vel aliqua ratione. — Actum apud Hospitale de Altobraco, in fornello. — Testes interfuerunt ad hoc vocati : Petrus Geraldi, bajulus de Petra, Petrus Sirventis, Johannes Aymerici, Raymundus Blancs, Bernardus Esclavis, dominus Guillelmus de Petra, dominus Poncius de Chaminacis, milites. Et ego Durantus Vimeneti, auctoritate sacrosancte Romane Ecclesie et illustris domini regis Francorum publicus notarius, hanc cartam scripsi et subscripsi et signum meum atque bullam apposui. — (*Seing manuel du notaire.*)

144.

1279, 1er septembre, Aubrac.— *Transaction passée entre Raymond de Calmont, évêque de Rodez, et Hugues, domp d'Aubrac, par l'entremise d'Hugues Johannis, recteur d'Ampiac, au sujet de l'élection et des pouvoirs spirituels du dom d'Aubrac* [1].

Sit cunctis presentibus et futuris certum et manifestum quod cum questiones diucius fuissent ventilate inter reve-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 404, n° 4, orig. parch., les trois lacs et les trois sceaux disparus ; cop. pap. cotée n° 5, faite par autorité de E. de Perrin le 22 oct. 1585. Notaires : Guillermi, not. apost., et A. Delauro. (V. p. 161, note 3). — G. 43, fol. LVIII r°-LIX v°. — G. 406, cop. informe pap. cotée n° 15. — H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 37, fol. LXIII r°-LXVI v°. *En tête* : Compositio domini episcopi Ruthenensis. — Doat, 134, fol. 229-234, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

rendum patrem dominum R., Dei gratia episcopum Ruthenensem, ex una parte, ac religiosos dominum Hugonem, dompnum, et fratres Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobracho, dyocesis Ruthenensis, ex altera, ratione jurium episcopalium que idem dominus episcopus petebat a dictis dompno et fratribus, que in dicto Hospitali dicebat se habere et super hiis intentionem suam de jure comuni fore fundatam, specificatis quibusdam que ratione jurium episcopalium debentur ; — e contrario prefatis dompno et fratribus dicentibus et asserentibus tam ex privilegiis Romanorum Pontificum quam aliis libertatibus necnon legitimis prescriptionibus contra predicta se esse munitos et ex hoc petitionem dicti domini episcopi non debere dictos dompnum et fratres astringere de jure. — Tandem predicti dominus episcopus et dompnus et fratres, pro se et suis successoribus universis, voluerunt et concesserunt quod nos magister Hugo Johannis, rector ecclesie de Ampiaco, questiones predictas terminaremus, declararemus et finem debitum imponeremus eisdem.

Nos autem dictus rector, inspectis privilegiis, libertatibus ac prescriptionibus dictorum dompni et fratrum de hiis omnibus que partes predicte coram nobis proponere curaverunt diligenter examinatis, Deum habentes pre oculis, habito consilio peritorum, volentes quantum cum Deo possumus et debemus jura domini episcopi et ecclesie Ruthenensis dictorumque dompni et fratrum et ipsius Hospitalis illibata observare, auctoritate et potestate dictorum domini episcopi et dompni et fratrum nobis in hac parte comissa, ut est dictum, jura episcopalia quibus idem dominus episcopus et sui successores sint et debeant esse contenti declarantes, diffiniendo ordinamus : — quod cum dompnus in dicto Hospitali fuerit eligendus, fratres et conventus ejusdem Hospitalis liberam habeant facultatem quem sibi voluerint eligendi vel postulandi in dompnum dicti Hospitalis, dum tamen ydoneum et ejusdem sue professionis et de legitimo matrimonio procreatum, presbiterum seu talem qui infra annum a die sue electionis cumputandum possit et velit ad presbiteratus ordinem promoveri. Cum autem dompnus ibidem fuerit

Digitized by Google

electus, requirat quam cito comode poterit, cum reverentia qua convenit, episcopum qui pro tempore erit in ecclesia Ruthenensi, tanquam suum dyocesanum, quod idem episcopus electionem de ipso factam debeat confirmare. Quam quidem confirmationem idem episcopus eidem electo impendere teneatur infra mensem a die requisitionis computandum, absque omni examinatione electionis ejusdem ac difficultate quacumque et dispendio expensarum, nisi forte aliquo legitimo impedimento terminus predictus pro[ro]garetur. Preterea cum idem electus fuerit, ut dictum est, confirmatus in ipsa confirmatione assequatur, alia licencia minime requisita, curam animarum fratrum et sororum dicti Hospitalis et ecclesie ejusdem loci, sic quod ex tunc possit per se vel per suum vicarium quem ad hoc duxerit statuendum, administrare ecclesiastica sacramenta in ibi consueta. Si vero ultra dictum terminum, legitimo impedimento sessante, idem episcopus eidem electo munus confirmationis inpendere noluerit seu alio modo distulerit, electio hujusmodi ex illa hora in antea plenam habeat roboris firmitatem, et idem electus habeatur pro confirmato et habeat potestatem et licenciam administrandi bona temporalia dicti Hospitalis et ecclesiastica sacramenta ejusdem ecclesie per se vel per suum vicarium, juxta ordinationem prelibatam, non obstante sibi in aliquo contradictione episcopi seu confirmatione non inpensa. Hoc adjecto quod si episcopus, qui pro tempore erit in ecclesia Ruthenensi, tunc absens esset extra suam dyocesim, electus in dompnum petat sibi munus confirmationis impertiri a vicario quem idem episcopus generalem in sua dyocesi habebit, ut ipse loco et vice ejusdem domini episcopi eundem electum liberaliter confirmet, prout supra de ipso domino episcopo est ordinatum. — *Item* eadem declaratione difinimus quod dompnus qui nunc est et qui pro tempore erunt in dicto Hospitali veniant personaliter et venire teneantur Ruthene ad synoda que in ecclesia Ruthene, annis singulis, celebrari consueverunt, nisi forte aliquo legitimo impedimento detentus per suum vicarium, quem loco sui mitet ad sinodum, excusetur ; adicientes quod quandocumque aliqua

Digitized by Google

mandata synodalia domini episcopi vel ejusdem officialis seu curie sue apud dictum Hospitale fuerint exequenda, scribatur per eundem episcopum seu ejusdem officialem sub [h]ac forma : *Religioso viro, dompno Hospitalis pauperum de Altobracho, vel ejus vicario*, etc. ; et quod ad mandata hujusmodi per ipsum dompnum vel ejus vicarium exequenda et non ad aliqua alia negocia gerenda, idem vicarius habeat sigillum speciale absque omni subscriptione litterarum de mandato dicti dompni, per cujus appositionem fides fiat de executione recepti mandati, et sic idem dompnus vel ejus vicarius vice sua ad executionem dictorum mandatorum teneatur et non alii fratres dicti Hospitalis. Cum autem prefatum dominum episcopum apud Hospitale causa visitandi contigerit declinare, dompnus et fratres dicti loci recipiant eundem cum reverentia qua convenit et eidem exhibeant procurationem, que semel in anno ratione visitationis dyocesano debetur. — *Item* quia tam de jure quam de consuetudine aprobata, idem dominus episcopus judex ordinarius in sua dyocesi existit, reservamus sibi et suis successoribus juridictionem debitam in dicto loco ut in aliis locis dyocesis Ruthenensis in illis casibus qui ad forum ecclesiasticum pertinere dinoscuntur, volentes potestate premissa, quod cum hiis et eadem tangentibus prefatus dominus episcopus et ejus successores ratione jurium episcopalium que petebat a dictis dompno et fratribus perpetuo sint contenti. Ceterum quia in hiis que subsecuntur, facta diligenti examinatione, invenimus quod dicti dompnus et fratres tam privilegiis Romanorum Pontificum quibus non intendimus in aliquo derogare, quam pro suis libertatibus ac legitimis prescriptionibus sunt premuniti, potestate premissa pronunciando et declarando diffinimus quod dompnus, qui nunc est et qui pro tempore successive fuerint in dicto Hospitali, habeant in futurum canonicam obedienciam, subjectionem ac reverenciam, correctionem, institutionem, destitutionem, receptionem ac plenam reformationem fratrum, sororum et aliorum donatorum dicti Hospitalis ac religiosorum commorancium in dicto loco et in pertinenciis ejusdem ; decernentes

Digitized by Google

quod in hiis et eadem tangentibus fratres et sorores et donati dicti Hospitalis dicto dompno et ejus successoribus obediant tanquam suo domino et prelato, utpote sub ejus obediencia et disciplina existentes, salva in omnibus regula dicti Hospitalis aprobata et ejus observancia, contra quam nichil intendimus innovare. Super hiis autem et eadem tangentibus dictos dompnum et fratres ab ejusdem domini episcopi petitione absolvimus et eidem domino episcopo et ejus successoribus perpetuum silencium duximus apponendum et sic hac presenti pronunciatione et declaratione finem imponimus questionibus premissis, super quibus a predictis partibus plenam habuimus et recepimus potestatem ; volentes quod in signum ratihabitionis et testimonium premissorum hec presens ordinatio sigilletur sigillo dicti domini episcopi et sigillo venerabilium virorum capituli Ruthene et sigillo dicti dompni cum subscriptione fratrum dicti Hospitalis. — Acta fuerunt hec in ecclesia dicti Hospitalis, anno domini M° CC° LXX° IX°, videlicet kalendis septembris. — Testes fuerunt presentes vocati et rogati : venerabilis vir et religiosus dominus Poncius de Canilhaco, prior ecclesie Sancti Amantii Burgi Ruthene ; dominus Galhardus Mantellini, precentor ecclesie Ruthenensis ; dominus P. de Stangno ; magister Paulus Balsani, doctor decretorum ; magister P. de Brolleto, archipresbiter de Berriacho ; magister Ramundus de Peisso, archipresbyter de Javals, Mimmatensis dyocesis ; magister R. de Blancafort ; magister R. de La Garda, judex dicti Hospitalis ; Guido de Montepetroso ; Geraldus de Baneriis ; B. de Cauzaco, clerici ; nobilis vir Bego, dominus de Calomonte ; B. de Bredom, B. Charais, B. de Senareto, Guillermus de Bosqueto, Johannes Grimaldi, Johannes d'Albossor, D. de Melareto, Bertrandus d'Orbanilhas, B. de Campanhaco, Hugo de Rotavolp, Guillermus de Peirolis, P. de Peirolis, B. de Verlac, D. Costa, Dieudonat, P. Girbaldi, Poncius Artaldi, B. lo Pelat, P. Baze, D. Mazels, Stephanus Martini, Guillermus Boneti. — Ad hec nos dictus episcopus et nos dictum capitulum et nos frater Guillelmus de Bosqueto, dompnus predicti Hospitalis, pro nobis et nostris fratribus dicti Hospitalis, de voluntate

Digitized by Google

et consensu eorumdem, presentem ordinationem, declarationem et diffinitionem super premissis gratam et ratam habentes, ad rei geste memoriam et in signum ratihabitionis et testimonium premissorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

145.

1279, 18 septembre. — *Achat des droits de Guillaume et de G. Aera, frères, dans les appartenances de Saint-Chély d'Aubrac* [1].

« *Item* instrumentum emptionis confectum anno Domini M° CC° LXXIX°, die lune post exaltationem sancte Crucis, quo cavetur quod Guillelmus Aera clericus et G. Aera laycus, domicelli et fratres, filii et heredes universales domine Helene de Aera, ambo insimul et quilibet eorum in solidum vendiderunt et titulo pure venditionis tradiderunt dompno Hospitalis de Altobraco presenti, etc. et pro dicto Hospitali stipulanti, videlicet : quitquid habebant in villa Sancti Elegii et pertinenciis seu mandamento et districtu dicte ville ; — *item* vendiderunt etiam mansum del Beraldes cum omnibus pertinenciis suis et juribus ; — *item* vendiderunt eorum mansum de Las Fabregas cum omnibus pertinenciis suis et juribus et cum suis confrontacionibus universis, et quitquid habebant in dicta villa Sancti Elegii et in tota parrochia ejusdem ville : vendiderunt, inquam, premissa absque retentione quacumque sive sint pascua, etc., cum omni juridictione et senhoria, scilicet : banna, usatica, clamores et sanguinum effusiones, ictus et impositiones bannorum, executiones reales et personales et omnia alia quecunque jura, que habent vel visi sunt habere ex quacumque causa, precio trium M et D solidorum Ruthenensium, nummis (?) bonis, valentibus IV libras vel C solidos Ruthenenses ; quod precium numerando confessi fuerunt habuisse, etc., prout premissa plenius ad longum reserantur in dicto instrumento, signato par litteram I. »

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, Registre n° 19, fol. 4 v°.

Digitized by Google

146.

1279, 9 novembre. — *Reconnaissance faite par le domp de l'Hôpital d'Aubrac en faveur du juge royal de La Roque-Valzergue* [1].

Anno Domini millesimo CC^mo LXXIX, die jovis ante festum beati Martini yemalis, ad requisitionem et monitionem factam per Ramundum Guarigua, bajulum Rupis Vallissergie pro domino rege Francie, domino Hugoni, dompno de Altobraco, ut faceret recognitionem de hiis que tenebat a dicto domino rege in bayliviis de Ruppe et de Sancto Genesio, recognovit dictus dominus dompnus nomine dicti Hospitalis de Altobraco se tenere et tenere debere et tenere velle a predicto domino rege ad feudum francum et honoratum coram venerabili et discreto viro domino G. de Brocilmaco, judice Ruthenensi et in dictis bailliviis et coram dicto bajulo et coram B. de Vertlagueto, publico notario domini regis, [pres]entibus et recipientibus nomine dicti domini regis, se, inquam, tenere ab eodem domino rege territorium appellatum de Fraysser, situm in parrochia de Sancto Africano, cum pertinenciis suis, sub pactis et conventionibus in instrumentis inter ipsum dominum dompnum, nomine dicti Hospitalis, et curiales dicti domini regis, ut in instrumento inde confecto per manum R. de Val'e, notarii del Caslario pro domino rege, plenius continetur. — *Item* recognovit nomine quo supra et ad feudum francum et honoratum se tenere ab eodem domino rege mansum de Crozet cum pertinenciis suis, scitum in parrochia de Vimen[e]t. — *Item* et territorium seu fazendam appellatam de la Borgada. — *Item* et medietatem pro indiviso mansi vocati d'Agues, que omnia sunt in parrochia de Vimenet sita, et quicquid dictum Hospitale habet in dicta parrochia recognovit. — *Item* et quicquid habet dictum Hospitale in parrochia de Peyraficha. — *Item* et quicquid habet dictum Hospitale in parrochia ecclesie Sancti Saturnini Rupis Vallissergie, et in parrochia ecclesie Sancti

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. *Livre des transactions*, N° 38, fol. LXVIIv° — LXVIII r°. *En tête* : Puech de Fraxe.

Digitized by Google

Genesii, et in parrochia ecclesie de Cappella, et in parrochia ecclesie de Canet, et in parrochia ecclesie de Marnhac. — Et protestatus fuit idem dominus dompnus quod si inveniebatur quod ipse dominus dompnus vel dictum Hospitale teneret in dicta baylivia seu dictis baylivi[i]s a dicto domino rege alia feuda preter que expressata sunt superius, dum veniret ad noticiam ipsius, illa recognosceret domino regi et sibi placeret in tantum quod incontinenti faceret recognitionem domino regi. — *Item* protestatus fuit quod per predictam recognitionem non intendebat in aliquo facere prejudicium sibi vel dicto Hospitali vel aliis dominis, si inveniebatur, quod non credit, quod de dictis feudis fecisset primitus recognitionem vel partis ipsorum alicui dominorum... [*La suite manque.*]

147.

1280 (n. s.), 22 mars. Marcillac. — *Accord entre le seigneur de Canillac et le seigneur de Bénaven au sujet de la terre d'Aurelle* [1].

Compositio de Aurella facta inter dominum de Canillaco et dominum de Benavento. — Anno Domini M°CC° LXX° IX°, scilicet XI° kalendas aprilis. De questione seu questionibus, controverciis et rancuris que erant et esse poterant inter nobiles viros, scilicet : dominum Marquesium, dominum Caniliaci ex una parte, et dominum Henricum de Benaven ex alia, ratione castri de Aurella et mandamenti, honoris, jurisdictionis et districtus ejusdem et ratione feudatariorum dicti castri, honoris, mandamenti, que quidem tales erant : dicebat etenim dictus dominus Henricus se habere et habere debere medietatem pro indiviso in dicto castro et mandamento et in senhoria et jurisdictione et in feudatariis eorumdem ; dicto domino Marquesio in contrarium dicente et asserente jurisdictionem plenariam dicti castri, mandamenti ejusdem ad se pertinere et pertinere debere in solidum, salvo quod confitebatur quod de eo proveniebat ratione

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 12, fol. XXII r°-XXV r°.

Digitized by Google

dicte jurisdictionis, cum erat per suum judicem et suos curiales judicatum, medietatem ejus quod supererat, expensis inde deductis factis per suos curiales, reddebat et reddere consueverat tam ipse quam antecessores sui dicto domino Henrico et antecessoribus suis in dicto castro per se vel per alium ; exepto de illo quod proveniebat de feudis recognitis ipsi domino Marquesio et antecessoribus suis in solidum in dicto castro de Aurella et ejus mandamento et de terris et possecionibus per ipsum dominum Marquesium et successores suos adquisitis, de quo dicebat nichil fuisse redditum dicto domino Henrico et antecessoribus suis in dicto castro neque fore reddendum, ymo totum illud ex integro dicebat ad se pertinere et pertinere debere in solidum sine parte dicti domini Henrici. — Compromiserunt siquidem super predictis questionibus, controversiis et rancuris dicte partes pro se et successoribus suis et super quibuslibet aliis que erant et esse poterant inter dictas partes usque in diem [h]odiernam, prefatis de causis, in illustrem virum dominum Henricum, Dei gratia comitem Ruthene, tamquam in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem, sub pena C marcharum argenti ad invicem stipulata et promissa per dictas partes, dantes et concedentes dicte partes plenam et liberam potestatem dicto domino comiti, presenti et recipienti in se presens compromissum, dictas questiones diffiniendi, determinandi pro sua voluntate... ; et promiserunt dicte partes ad invicem per stipulationem sub dicta pena danda et solvenda a parte inobedienti parti hobedienti tenere et observare quicquid dominus comes super predictis questionibus et super qualibet ipsarum dixerit, statuerit, preceperit, pronunciaverit seu ordinaverit... Dederunt ètiam potestatem dicto domino comiti plenariam voluntatem, ordinationem et pronunciationem, quam ipse dicet et faciet super predictis questionibus et super qualibet earundem, declarandi, interpretandi, corrigendi, emendandi infra annum a tempore dicte pronunciationis seu pronunciationum per ipsum, ut dictum est, faciende seu faciendarum numerandum. Et ex parte domini Marquesii fidejusserunt dominus Guillermus de Stagno et do-

Digitized by Google

minus Astu[l]phus de Capdenaco, qui se et sua quilibet in solidum obligaverunt super omnibus super dictis et dicendis, factis et faciendis in presenti compromisso. Et renunciaverunt omni juri canonico et civili... Et ita omnia predicta juraverunt ad sancta Dei evangelia a se corporaliter tacta. Et hoc idem promiserunt et renunciaverunt et juraverunt et obligaverunt quilibet in solidum dominus Hugo de Arpajone et dominus Guillermus de Ruthena, qui fidejussores pro parte domini Henrici de Benaven se constituerunt. — Actum apud Mar[cilh]acum, anno et die quibus supra. Testes ad hoc vocati et rogati : dominus Willermus de Combreto, dominus Petrus de Stagno, Bernardus Berengarii de Bertholena, dominus R. Bernardi de Salis, B. Berengarii de Panato, magister Sicardus Fauri de Varis, Guillermus Aybran, Folconetus, Hugo de Marcastel.

Postque dictus dominus comes volens finem dare dictis questionibus et super eis ordinare et pacem facere inter partes, tractato etiam cum eis assentitis voluntatibus earundem voluit, statuit, ordinavit et pronunciavit pro bono pacis et concordie : — quod jurisdictio plenaria dicti castri d'Aurela, mandamenti, honoris et districtus ejusdem, scilicet merum et mixtum imperium et omnis jurisdictio, inter dictos dominos Marquesium et Henricum et eorum successores, equis portionibus, sit communis, salvo quod ibi sit semper judex et ille qui judex est vel pro tempore fuerit generalis in terra et baronia dicti domini Marquesii de Canillaco et successorum suorum, et quod per ipsum judicem ibidem jus reddatur et decernantur et exerceantur que ad judicis officium quoquo modo pertinent seu pertinere dinoscuntur ; qui judex teneatur jurare dicto domino Henrico et suis successoribus quantum ad dictam medietatem dicte jurisdictionis, ad dictum dominum Henricum, ut dictum est, pertinentis, ut alii judices dominis suis in sua creatione jurare consueverunt et consuescent in futurum ; et quicquid ratione comunis jurisdictionis pervenerit inter dictas partes comuniter dividatur, expensis tamen per dictum judicem factis ratione dicte comunis jurisdictionis inde retentis primitus seu deductis, salva tamen et exepta jurisdictione plenaria

Digitized by Google

feudorum specialiter et in solidum recognitorum in castro de Aurella et ejus mandamento dicto domino Marquesio et ejus antecessoribus, et dicto domino Henrico et ejus antecessoribus similiter recognitorum et in solidum et proprietatum singularium et quasi per alterum ipsorum et antecessores suos ibidem adquisitarum titulo emptionis vel alio modo, super qua nichil ad presens ordinavit, set ordinationem et diffinitionem super ea faciendam penes se retinuit et voluit esse retentam dictis partibus, quantum ad jurisdictionem plenariam dictorum feudorum et singularium proprietatum et quasi per eosdem ibi adquisitarum, nullum volens per presentem pronunciationem prejudicium generari, donec de eadem aliter duxerit ordinandum. — Voluit etiam... quod feuda alterutri predictorum dominorum Marquesii et Henrici et antecessorum suorum specialiter et in solidum adquisita ex causa infeudationis et recognita, nulla facta alterius mentione, necnon terre et posseciones et sensus et alterum predictorum adquisite et adquisiti, ut est dictum, ad illum predictorum dominorum et ad successores ipsius pertineant et pertinere debeant in solidum, cui sit, ut est dictum, usque nunc adquisita ; feuda vero modis predictis comuniter dictis dominis Marquesio et Henrico et predecessoribus suis in dictis castro et mandamento usque nunc adquisita comunia remaneant inter eos et eorum successores partibus illis pro quibus ex causa infeudationis et recognitionis usque nunc fuerunt adquisita. — Voluit etiam quod feuda et proprietates [et] quasi terrarum et poscessionum et sensuum que nunc recognocentur vel adquirentur comuniter in dictis castro et mandamento dictis dominis Marquesio et Henrico et successoribus eorum vel alterutri eorundem et per eosdem vel per alterum eorum sint cómunia equis portionibus inter eos, dum tamen non adquirens paratus sit satisfacere de medietate precii quod adquirens prestiterit in rebus taliter adquisitis ; excpto quo[d] a premissis quod si dominus Hugo de Gassaco, miles, recognoceret domino Marquesio vel successoribus suis medietatem feudi, alteram medietatem feudi jam recognovisset, debetur dicto domino Henrico, quod

Digitized by Google

in predicta medietate, si recognoscatur predicto domino Marquesio, nichil dictus dominus Henricus ratione adquisitionis feudi possit petere in eadem. — *Item* voluit... quod in dictis castro et mandamento dicti domini Marquesius et Henricus et eorum successores, si de bailivis, correvis et banneriis et notariis comunibus non possint concordare, alteruter ex ipsis possit suum bajulum et correvum proprium ibidem habere, qui bajuli et quilibet ex ipsis bajulis possint pignorare, bannire et bailiare et quod ea que per bajulum, correvum, bannerium et notarium unius ex dictis dominis sive tangentia officium et ad ipsum pertinentia facta super premissis fuerint vel de mandato suo habeantur et quod per alterutrum ex ipsis bajulis et curialibus et notariis fecerit super premissis, alter revocare non possit absque dicti judicis licentia et ascensu ; et quod aliqui[s] ex dictis bajulis, altero bajulo invito, non possit compositionem facere absque judice predicto nisi de parte suum dominum contingente. — Voluit etiam... quod herbagia, aque, ligna, nemora et omnia alia ex dictis castro et mandamento provenientia, exceptis superius expressatis, sint comunia et inter dictos dominos Marquesium et Henricum et eorum successores. — *Item* voluit... quod si super premissis aliqua questio, dubietas seu rancura infra annum orietur a tempore pronunciationis presentis, quod ipse dominus comes eandem possit diffinire et interpretare et determinare prout ei videbitur faciendum. — Et hec voluit,.. ibidem dominus comes, salvo in omnibus jure suo, et quod per presentem pronunciationem et ordinationem quantum ad jus quod in predictis castro et mandamento habet et habere intendit ut major dominus sibi nullum prejudicium generetur.

Postque incontinenti, utraque pars emologavit, laudavit et approbavit universa et singula supra scripta, et sic tenere et observare et nunquam contravenire per se vel per alium promisit et juravit ad sancta Dei quatuor evangelia corporaliter tacta. Et insuper renunciavit utraque pars, certa de facto et certiorata de jure, constitutioni que dicit : *Non debere compromitere sub religione juramenti* et omni juri et rationi canonico et civili... et re-

Digitized by Google

nunciavit expresse utraque pars sub dicta pena et juramento juri quod dicit : *Quod pravum arbitrium seu arbitratorium ad boni viri arbitrium redducatur.* Et ita utraque pars promisit sub dicta pena et juramento se nullo tempore, ratione ipsius compromissi, predicto juri contra venire. — Actum apud Marcilhiacum...

148.

1280, 2 avril. Malet [1]. — Bail acapte par frère Hugues, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Guillaume de *Lobrieu* du mas de *Nualhlac*, paroisse du Cambon, confrontant avec terre de l'église du Cambon et le mas de *Lescura*. Censive annuelle : un setier seigle et un setier avoine, *pro duobus sestariatis parranee* ; *et pro pratis, usque ad quatuor sechoradas*, 10 sols Rodanois et une géline, payables à la Saint-André ; le quint des blés ; *et quod tenealis bene et fideliter dictas terras predicti mansi colliuare et laorare* ; *quod si non faciebas, quod dictus Hospitalis dictas terras possit alii tradere ad excolendum.* Droit d'entrée ou d'accapte : 15 livres Rodanois. — Fait *apud Meletum.* — Témoins : B. Charays, Ramond de *Garda*, frère Guillaume *Rotavolps*, frère Guillaume *Boraldela*, *Vessa*, *donzels.* Notaire recevant : Arnald *Sigaldi*, notaire de l'Hôpital d'Aubrac. Notaire expéditionnaire : Guillaume de Valiech, notaire subrogé dudit Hôpital. — [*Seing manuel de G. de Valiech.*]

149.

1280, 2 septembre. Palmas [2]. — Bail acapte par Guillaume de Véniscles et par *Maria*, sa femme, à Pierre Déodat et Bernard Rodanès, frères, d'un terroir dit *à la Cros da Molenas*, paroisse de Palmas, confrontant avec chemin de Palmas à Bertholène, terre relevant des susdits bailleurs et tenue par les dits P., D. et Bernard Rodanès, terre des susdits bailleurs et *dels Mumberles*, terre de Hugues *Fabri*, de Pierre Raimond et de ses frères, pré des susdits bailleurs et pré de Hugues *del Alo.*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, Orig. parch. coté E, Num. V, liasse XXIX, titre 20.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté H, n° 365 et VIc XLI.

Digitized by Google

Droit d'entrée : 7 livres Rod. Censive annuelle : une émine avoine, mesure de Palmas, et une géline, à la Saint-Michel ; le quart des fruits, à l'exception de ceux d'une *parra* et d'un jardin, quittes de tout droit de quart et de quint ; les bailleurs ou leurs successeurs se réservent le droit de construire une maison sur les biens inféodés. La susdite *parra* confronte avec chemin de Laissac au *Vinhal de Molenas*, *parra* de Hugues *del Alo*, chemin de Palmas à *Ponteilh Vielh ;* le jardin se fera près de la casature et contiendra une émine de terre, mesure de Palmas. Droits de lods et ventes : 1 d. par s., réservés. — Fait à Palmas, près des maisons dudit Guillaume de Vénisclès, présents : Guillaume *Regordi*, *Perrini*, Guillaume *Carrerii*, D. Ferragut plus jeune, Jean de Cayrac, B. *Molenerii*. — Notaire recevant : Pierre *Cayroza*, not. de Palmas. — [*Seing manuel du notaire.*]

150.

1280, 26 octobre. Laissac [1]. — Bail acapte par Guillaume de Mayrinhac et *Jausions*, sa femme, à Déodat de Prunhac, de trois parties par indivis de la moitié du mas dit *Dos Amayros*, paroisse de Laissac, confrontant avec tenures des mas de *la Tremolieira*, et de *Finalhac*, bois d'*Autors* et tenures des mas de *Cofolens*, de *Solacrop* et de *Vielha Morta* ; — de la moitié par indivis du moulin dudit mas de *Dos Amayros*, sous la réserve du droit de Brenguière *Facte*. Droit d'entrée : 60 livres Rod. Censive annuelle : le quart des blés et des raves ; 20 s. Rod. et une livre de cire à la Saint-André ; droit de lods et ventes : 1 d. par sol ; le droit d'usage dans le bois compris dans l'inféodation, pour la maison des bailleurs ; 50 s. Rod pour chacun des quatre cas. — Fait à Laissac, présents : Aldéguier d'Ayrinhac, *Guillelmul Jordani*, Raynès de Monferrier, damoiseaux, Raymond Alaman, Jean de *Conna*. — Notaire recevant : Durand de *Mossauro*, not. du *Laissazès* pour le roi et pour Gui, seigneur de Sévérac. — [*Seing man. du not.*]

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté GG, n° 316 et VII • XII.

Digitized by Google

151.

1280, 30 décembre. Sommières. — *Présentation faite par Bernard de Charais, frère de l'Hôpital d'Aubrac, à Guillaume Bocuch, châtelain de Sommières, de lettres royaux du roi Philippe IV* (1280, 13 décembre, Mont-de-Marsan) *et d'une lettre du chanoine préchantre de Mende* (1280, 23 novembre, Mende) *par lesquels les religieux d'Aubrac sont exemptés des décimes imposés pour la Terre Sainte* [1].

Anno Domini M° CC° LXXX°, III° kalendas januari, domino Philippo, rege Francorum, regnante. Pateat omnibus presentem paginam inspecturis quod frater Bernardus Charais, Hospitalis pauperum de Altobracho, diocesis Ruthenensis, presentavit et tradidit domino Guillermo Bocucho, castellano de Sumidrio, quandam litteram sigillatam sigillo cereo illustrissimi domini regis Francie, in presentia P. Fraisnelli, vicarii curie castri predicti, cujus tenor talis est :

Philippus, Dei gratia Francorum rex, castellano de Sumidario salutem. Quia intelleximus quod tu fratres domus Dei seu Hospitalis de Altobraco intendis compellere ad solvendum decimam bonorum domus ejusdem occasione decime beneficiorum ecclesiasticorum in subsidium Terre Sancte concesse, licet ipsi fratres a prestatione decime memorate se dicant esse immunes et domum predictam, parati super hoc facere fidem collectoribus dicte decime in diocesibus Ruthenensi et Mimatensi deputatis, mandamus tibi quatenus quam cito tibi significaverint dicti collectores dictam domum et fratres ejusdem esse immunes a prestatione decime supra dicte, a molestatione et compulsione ipsorum fratrum et domus predicte super dicta prestatione desistas omnino. — Datum apud Montem Martianum, die veneris post festum beati Nicolai hiemalis.

Item anno quo supra et die, dictus frater Bernardus Charais prefato domino Guillermo Bocucho, castellano de Sumidrio, tradidit quamdam aliam litteram sigillatam sigillo pendenti cereo domini A. de Petra, precentoris ecclesie Mimatensis, cujus tenor talis est :

1. Doat 134, fol. 235-237, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

Nos A. de Petra, precentor ecclesie Mimatensis, collector decime non exemptorum una cum venerabili viro Armando, sacrista ejusdem ecclesie jam defuncto, in civitate et diocesi Mimatensi auctoritate apostolica deputatus, illustrissimo domino regi Francorum concesse in subsidium Terre Sancte, notum facimus universis quod cum nos dictam decimam exigerimus auctoritate nobis commissa a domo Hospitali de Altobraco, Ruthenensis diocesis, ratione reddituum ac proventuum, que tam ipsa domus quam etiam membra ejusdem domus habent et percipiunt in diocesi Mimatensi, quia tamen domus predicte ac membrorum ipsius reditus adeo sunt tenues et exiles quod ad sustentationem fratrum et aliorum ad dictam domum confluentium proprie non suppetunt facultates, imo opportet publice mendicare et publice elemosinas petere pro habenda vite sue sustentatione, prout ipsius domus tam fratres quam nuntios sepius vidimus nostris oculis helemosinas petere ostiatim et in declarationibus super prestatione dicte decime a Sede Apostolica emanatis, liquido invenerimus quod regulares persone quarum redditus et proventus ecclesiastici adeo sunt tenues et exiles quod de illis substentari non possunt, set pro habenda vite sue substentatione necesse habent publice mendicare et helemosinas publice petere, dictam decimam non persolvent, decrevimus domum Hospitalis predicti una cum membris suis omnibus a prestatione dicte decime liberam esse penitus et immunem. — Datum Mimati, sabbato ante festum beati Andree apostoli, anno Domini M°CC°LXXX°. — In cujus rei testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum in testimonium premissorum.

De qua presentatione predictarum litterarum dictus dominus castellanus et predictus frater Bernardus dicti Hospitalis voluerunt quod inde fieret publicum instrumentum, ita quod tenor predictarum litterarum in eodem, instrumento apponeretur et in formam publicam redigeretur, nichil addito vel diminuto. — Hujus rei testes sunt : Guillermus de Lubieira, prior de Croso, P. de Ginaco de Sumidrio, Beraudus Parrerii de Andusia, P. Fraisnelli, vicarius curie Sumidrii, qui in signum dicte representa-

Digitized by Google

tionis facte dictarum litterarum hoc presens instrumentum sigillo dicte curie sigillavit. — Et ego Guillelmus Bailla, publicus Sumidri notarius, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

152.

1281 (n. s.), 21 mars. Saint-Geniez [1]. — Bail acapte par Guillaume *de Serreta*, de Sainte-Eulalie-d'Olt, à Bernard et Hugues *Carineу*, du mas de Saint-Savi, paroisse de *Las Solz*, de deux pièces de terres au terroir de *Las Fajas*, ès appartenances dudit village : l'une d'elles confrontant de l'occident avec terroir de l'église du Cambon, du pied le Lot, et des autres côtés terroir de l'Hôpital ; l'autre, située près de la précédente, confrontant du pied le Lot, du chef tenure du mas de Saint-Savi, de l'orient encore, *et protenditur usque in boscum grossum*, de l'occident tenure du mas *del Molinet* ; la première quitte du droit de quart et de quint, et donnée *ad opus prati ;* la seconde sujette au droit du quint de blés. Censive annuelle : 2 s. Rod. à la St-André, avec droit de lods et ventes. Droit d'entrée : 23 s. Rod. — Fait à Saint-Geniez, *in platea*, présents : D. *del Gotailh*, D. de *Las Fessoiras*, D. *del Balut*, P. Argentier. — Notaire recevant : Bernard de *Vertlagueto*, not. de Saint-Geniez. Notaire expéditionnaire : *Rotbert de Vertlagueto*, not. royal subrogé de Saint-Geniez. — [*Seing manuel de Robert Verlaguet.*]

153.

1281, 11 août. Rodez. — *Exemption du droit de subside de la Terre Sainte accordée à l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Nos magister Philipus de Fontaneto, clericus deputatus a domino rege Francie et a reverendo patre G., Dei gratia Rothomagensi archiepiscopo, executore dato in negotio decime a sanctissimo Pontifice ad decimam exigendam, subsidio Terre Sancte concessam, in provincia Biturícensi, notum facimus universis presentes litteras inspecturis quod com voluerimus decimam exigere a domno Hospitalis de

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Orig. parch. coté G, Num. V, liasse XXX, titre 9.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. non coté ; double queue en parchemin du sceau, qui a disparu.

Digitized by Google

Altobraco, Ruthenensis dyocesis, nomine dicti Hospitalis et ejus membrorum, vocando ipsum domnum seu magistrum dicte domus ad judicium coram nobis Ruthene super dicta decima, propositum fuit ex parte dicti domni seu magistri coram nobis se non teneri, nomine dicte domus et membrorum, ad dictam decimam refundendam, pro eo quod status dictorum domus et membrorum adeo sunt tenues et exilles quod ipsi non suficiunt [1] ad sustentationem dicte domus et necesse habent publice mendicare pro sustentatione fratrum et sororum ejusdem domus et hospitum ibi receptorum et confluentium ex officio pietatis ; propositum fuit insuper ex parte dicte domus se non teneri ad dictam decimam, pro eo quod alias mota fuit questio contra ipsum super dicta decima ex parte collectorum dicte decime, qui collectores recipientes dictam decimam adpud Ruth[enam et ad]pud Mimatem et adpud Albiensem, post plenariam cause examinationem de mandato regis commissarii dictis collectoribus dictos domnum, fratres nomine dicte domus pronunciaverunt a prestatione dicte decime absolutos et eos propter causas premissas ad decimam non teneri et de dictis commissione, processibus, cause examinatione vel a solutione fecerunt plenariam nobis fidem. Nos autem videntes dictos domnum, fratres esse munitos tot deffenssionibus et impetitos decimam ab eisdem exigere nostra conciencia formidavit, credens eos ex dictis rationibus ad decimam non teneri nec eam exegimus, nollentes retractare ea que a predecessoribus et [...]peritis in dicto officio positis fuerat ordinatum et qui pro toto tempore decimali predicto et super tota decima absolutos pronunciaverent et immunes. — Datum apud Ruthenam, anno Domini M°CC° LXXXI°, die lune post festum beati Laurencii.

154.

1282 (n. s.), 2 janvier. Montrozier. — *Hommage rendu par B. Duval, dom de Bozouls, au comte de Rodez* [2].

Noscant presentes atque futuri quod anno Domini M°CC°

1. *Ms.* : satfasiunt. — 2. Doat, 134, fol. 248-250. — V. l'acte du 23 mars 1291 (n. s.)

Digitized by Google

LXXXI°, videlicet in crastinum Circumcisionis Domini, ego Bernardus de Valle, dompnus Hospitalis pauperum de Boadone,... bene confiteor et recognosco me tenere et debere tenere nomine dicti Hospitalis et antecessores meos ab antecessoribus vestris tenuisse diu, quod memoria hominum in contrarium non existit, a vobis domino Henrico, Dei gratia comite Ruthene, ut a vero domino in feudis, res, honores et possessiones infrascriptas videlicet : — mansum de Coms et territorium de Verals et quidquid habeo et visus sum habere in parrochia de Bruissac ; — *item* mansum de Mauriac et mansum de Brever et mansum de Mortagola et quicquid habeo in parrochia Sancte Eulalie ; — *item* mansum de Steruge et pertinentias supradictorum mansorum et quidquid habeo nomine dicti Hospitalis in parrochia ecclesie de Bessuejol et territorium de La Garriga ; tamen habeo et habere debeo in predictis mansis, terris et possessionibus, nomine dicti Hospitalis, cognitionem soli terre et ictus usque in VII solidos Turonenses. Judex vero, qui nunc est et pro tempore erit, debet cognoscere de predictis ictibus et judicare de ipsis et levare inde pro expensis XII denarios et residuum debet esse de dicto Hospitali ; verum si contingeret aliquem vel aliquos homines habitantes in predictis mansis seu terris condempnari aliquo forefacto ad amissionem terre sue, non ad vos set ad nos nomine dicti Hospitalis debet totaliter pertinere, mobilia vero ad vos et successores vestros debent integriter devenire. — *Item* confiteor et etiam recognosco vos et successores vestros habere in predictis omne dominium et jurisdictionem altam et bassam in predictis mansis et terris et pertinentiis eorumdem, exceptis et salvis supra expressis et declaratis. — *Item* confiteor et recognosco vobis, dicto domino comiti, presenti et recipienti nomine quo supra, me tenere et debere tenere mansum de Bovilar et mansum de Dos Aigas et mansum de Pradagels et territorium de Petrolis et quidquid habeo et visus [sum] habere nomine dicti Hospitalis in parrochia ecclesie de Boadone et de Julhiergues, et vos habere in predictis omne dominium et jurisdictionem altam et bassam ; tamen habemus in predictis, nomine dicti Hospitalis cognitionem soli terre ; et predicta omnia et singula con-

Digitized by Google

fiteor et recognosco tenere a vobis, dicto domino comite, nomine quo supra, nomine dicti Hospitalis, salvo jure in omnibus alieno, quod penitus ignoro, ut pro omnibus universis et singulis pro me et successoribus meis nomine dicti Hospitalis, vobis dicto domino comiti, presenti et recipienti, dictam confessionem et recognitionem pro vobis et vestris homatgium facio et fidelitatem promitto ; promittens nichilominus facere recognitionem vobis et volo ut successores mei vobis et vestris faciant, mutante domino vel dompno, si per vos et successores vestros fuerimus requisiti. Et omnia predicta et singula... promitto et juro super sancta Dei evangelia a me gratis corporaliter tacta attendere et complere... Et nos dictus Henricus, Dei gracia comes Ruthene, predictam recognitionem recipientes, recognoscimus et confitemur vobis dicto dompno dicti Hospitalis predicta omnia et singula esse vera et ipsa vobis laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus et ea volumus observari. — Actum apud Montem Rosarium, in camera dicti domini comitis. — Testes fuerunt vocati et rogati ad hoc : domini Rostagnus de Panosa, monachus Bonevallis, Guillelmus de Combreto miles, magister Guillelmus de Clissac, Belos, Hugo de Centelh, Guillelmus de Erinhaco, Guillelmus Garderii, Bertrandus Labroa, Petrus Fabri et ego Stephanus Sabrerii, publicus notarius comitatus Ruthene, qui, *etc...* — [*Seing manuel de G. Ponterii, not. expéditionnaire subrogé.*]

155.

1283, 20 avril. Les Bourines [1]. — Bail acapte par frère Guillaume de Peyroles, sindic de l'Hôpital d'Aubrac, *a fluvio Olti citra*, à Pierre *del Brol*, de la paroisse de Saint-Affrique, d'un terroir au tènement de *Clamoza*, contenant terres et prés, confrontant avec terre de Bérenguier d'Albiac, terre dudit emphitéote et terre d'Aiméric de Roquelaure. Droit d'entrée : 20 livres tournois. Censive annuelle : 2 set. 1 carte froment et 2 set. 1 carte avoine,

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté O, n° 27 et III° LXXXII.

Digitized by Google

mesure de Bozouls, à la St-Michel, une géline et un *jornal* d'homme et 3 s. Rod. à la St-André ; lods et ventes à raison de 1 d. par sol. — Fait *apud Leborinas*, devant la porte, présents : frères Déodat *Pagezii*, B. *Lemozis*, prêtres, D. *Costa*, P. *Canuti*, Guion de *Petrolis*, frères dudit Hôpital, Bertrand de Sainte-Eulalie, Jo. *Boneti*, clercs, Guillaume *Bertrandi*, R. *Textoris*. — Notaire recevant : Etienne *Sabrerii*, not. du comté de Rodez et de l'Hôpital d'Aubrac.

156.

1284, 6 avril. Hôpital d'Aubrac. — Bail acapte par frère Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Guillaume Boni, de la Valette, d'un pré, *in riperia d'Apio*, paroisse de St-Romain de Chirac, qui avait été donné à Aubrac par Pierre Fiche, frère dudit Hôpital, et confrontant avec le mas de la *Valeta*, le mas de *Salvagrossa*, le mas de *las Sallelas* et *cum aqua d'Apio*, pré de Guillaume *da Rocos*, pré de *Malavielha* et pré de P. Nicolau. Droit d'entrée : 4 livres 3 deniers. Censive : un setier de froment et un setier d'avoine, mesure de Marvejols, et une géline, à la Saint-Michel; le tout porté à l'hôpital de Marvejols, avec lods etc. *Et Petrus et Guillermus Nicolai debent se servire de aqua que exit de dicto prato seu excapavit ratione territorii vocati del Noguier, quod dedit dicto Hospitali pro dicta aqua.* — Fait *apud Hospitale*, témoins : Pierre *d'Aulas*, P. *Montanha*, B. de Bredon, Bertrand *Chabano*, B. Panaffieu, Jean *da Lausac*, prêtres, B. *Henrici*, Brenguier de *Montpeyros*, chevaliers. Not. recevant : Arnald *Sigaldi*, notaire de l'Hôpital d'Aubrac. Not. expéditionnaire : Durant *Ricquerii*, not. de l'Hôpital d'Aubrac, par autorité de Me P. de *Basalgeta*, juge de la terre d'Aubrac et à la requête de frère Mathieu Dangles, religieux d'Aubrac et commandeur de l'hôpital de Marvejols.

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 41 r°, copie faite le 3 février 1597 à Belvézé en Rouergue par *Delsherms*, commissaire, écrivant Jean Sagnier, not. de Ste-Eulalie-d'Olt, sur le grossoyé exhibé et retiré par Jean Bonal, commandeur de la commanderie de Marvejols. — H. 440 reg. fol. XXI v°, copie informe papier.

Digitized by Google

157.

1284, 5 mai. Hôpital d'Aubrac. — *Dotation d'une chapellenie par autorité du domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Sit certum cunctis presentem cartam visuris quod domina Johanna de Martieu, sponte et voluntarie et titulo perfecte donationis irrevocabilis inter vivos, de voluntate fratris Guillermi, Dei gratia dompni Hospitalis de Altobraco, et fratrum ipsius conventus expresse consentienti[um] et ad hec auctoritatem prestanti[um] ex causa manifesta, dedit fratri Bernardo presbitero, tanquam beneficiato in beneficio personali et nomine capellanie, IV^or cestaria et eminam siliginis et unum cestarium avene ad mensuram Marologii et XVI solidos Turonensium ; que omnia Hospitali de Altobraco debentur in manso vocato de la Bessaireta annuatim nomine pentionis ab excollentibus dictum mansum, quorum collatio in ea continetur, pacto habito inter ipsos. Hanc autem donationem dicta domina Johanna fecit ad Dei reverentiam et redemptionem anime sue et omnium amicorum suorum. Quam quidem donationem dictus frater Bernardus ibidem recepit et ipsa Johanna omnia cum isto publico instrumento eadem investivit. — Actum apud Hospitale de Altobraco, III nonas maii, anno Domini M° CC° LXXXIV°. — Testes vocati et [rogati] : Bernardus de Brando, Guillermus de Montpeyros, Johannes Dobles, Ab. de Tenairolhac (?), Johannes da Lausac, Bertrandus Chabanas, presbiteri et fratres dicti Hospitalis, frater Petrus Caunes (?), Iterius Bonafos, Brengarius de Travanis, milites et fratres dicti Hospitalis. Et ego Arnaldus Sigaldi, publicus notarius de Altobraco, [qui], *etc.*

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. Hôpital de Marvejols, 439, reg., fol. 37 r°, copie en forme faite à Belvézé en Rouergue, maison de Jean Pégorier, le 3 février 1597 par *Delshermis*, commissaire, écrivant Jean Sagnier, not de Ste-Eulalie-d'Olt, sur le grossoyé exhibé et retiré par Jean Bonal, prêtre, religieux de l'Hôpital d'Aubrac et commandeur de Marvejols. — H. 440, reg. f. XXV r°, copie informe papier.

Digitized by Google

158.

1284, 8 décembre. Rodez. — *Echange des églises de Condom et de Saint-Chély-d'Aubrac* [1].

Cunctis pateat presentibus et futuris quod cum olim [2] reverendus pater dominus R., Dei gracia episcopus Ruthenensis, pro se et ecclesia Ruthenensi, ex una parte, ac religiosus frater Hugo, tunc dompnus Hospitalis pauperum de Altobraco, Ruthenensis diocesis, pro se et dicto Hospitali et conventu et fratribus ejusdem ex altera, comuni consensu convenissent quod, quia causa supererat et evidens utilitas utriusque partis et locorum eorumdem requirebat, permutationem canonicam inter se facerent, videlicet de ecclesia Sancti Eligii, ejusdem diocesis, ad collationem dicti domini episcopi spectantem, cum ecclesia Beate Marie del Ser de Condor, ejusdem diocesis, ad jus et proprietatem dicti Hospitalis pertinente; — *item* de quibusdam terris, locis, possessionibus, rebus, censibus et usaticis infra contentis, cum evidens utilitas utriusque partis et locorum eorumdem necessitas id exposcat; verum quia predicti domini... episcopus et dompnus pro suis et ecclesie sue negociis non poterant comode intendere permutationibus predictis nec eisdem vaccare, potissime cum redditibus et fructibus locorum predictorum de quibus fieri permutationes canonicas intendebant plenam noticiam non haberent, voluerunt et expresse concesserunt partes predicte quod permutatio hujusmodi ecclesiarum nec non permutatio possessionum et locorum et jurium infra contentorum, [quas] pro se divisim et sigillatim facerent, per discretum et dilectum suum magistrum Hugonem Johannis, rectorem ecclesie de Ampiaco, ducerentur ad effectum, et super hiis eidem suas patentes literas ac sigillo dictarum parcium sigillatas concesserunt, quarum tenores inferius continentur. Demum vero, dicto dompno de medio sublato, venerabilis vir ac religiosus frater Guillelmus, ad regimen dicti Hospitalis assumptus et dompnus ibidem creatus, et

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* G. 404, n° 6, orig. parchemin. Les 4 sceaux ont disparu. Initiale ornée. — II. Hôpital d'Aubrac. Registre n° 19, fol. 8 v°. Sommaire du même acte, coté KK. — 2. 1278.

Digitized by Google

idem dominus episcopus in eodem consensu persistens ut permutationes hujusmodi rite et canonice effectui manciparentur, pro hac etiam permutatione provide dict[arum] ecclesiarum facienda, fuerunt per dictas partes legitime et canonice instituti procuratores et defensores in dictis ecclesiis, scilicet : dominus Johannes del Portal, rector ecclesie Sancti Vincentii, et frater P. Montanha, de ordine dicti Hospitalis, ut sic tractatu et consensu et voluntate, si in hoc concurrat dictorum procuratorum et defensorum, utilitati dictarum ecclesiarum et dictarum partium et locorum eorumdem plenius prospicerentur ; unde nos prefatus rector, in quem partes predicte et ipsi defensores et procuratores dictarum ecclesiarum expresse consenserunt pro predictis exequendis et ordinandis, visis et diligenter consideratis fructibus, proventibus, redditibus, facultatibus et ceteris conditionibus dictarum ecclesiarum omnibusque diligenter perscrutatis, intelligentes tam per evidentiam facti quam per assertionem dictarum partium et ipsorum procuratorum, quod licet dicta ecclesia Sancti Eligii preponderet ratione fructuum, reddituum et proventuum dicte ecclesie Beate Marie del Ser de Condor, quia tamen dicto Hospitali magis est propinqua et per quam necessaria eidem et dompno et fratribus ejusdem ad hospitalitatem consuetam pauperum inibidem conservandam, dicimus, ordinamus et diffinimus, auctoritate et potestate nobis data et concessa ab ipsis dominis episcopo et dompno memoratis, consensu etiam prehabito parcium predictarum et ipso requisito, — quod, loco et vice presentis permutationis et intuitu hospitalitatis et helemosine predicte, dicta ecclesia Sancti Eligii cum juribus et pertinenciis suis ac fructibus, redditibus et obventionibus ejusdem cedat realiter dicto dompno et fratribus dicti Hospitalis et eidem Hospitali et ad jus et proprietatem eorumdem, tanquam unita dicto Hospitali et mense comuni dictorum dompni et fratrum et successorum eorumdem ad sustentationem helemosine et hospitalitatis dicti Hospitalis, hoc tamen proviso quod dompnus, qui nunc est et qui pro tempore fuerit in dicto Hospitali, presentet et presentare teneatur personam aliquam ydoneam

Digitized by Google

sui ordinis dicto domino episcopo et successoribus ejusdem ad curam animarum ejusdem ecclesie, cui congrua portio de fructibus et redditibus ipsius ecclesie per dictos dompnum et fratres assignetur unde possit congrue sustentari et jura episcopalia solvere et procurationes tam dicto domino episcopo quam archidiacono et archipresbitero consuetas, qui de plebis cura dicto domino episcopo et ejus successoribus respondeat, prout decet, et pro aliis dompno et fratribus memoratis, quam quidem personam sic in dicta ecclesia ad dictam curam institutam dompnus seu fratres dicti Hospitalis removere non presumant, dicto domino episcopo inconsulto. — *Item* dicimus et eadem potestate ordinamus quod dicta ecclesia Beate Marie del Sere de Condor, que ad jus et proprietatem dicti Hospitalis pertinere consuevit, cedat cum juribus et pertinenciis suis loco et vice dicte ecclesie Sancti Eligii et ratione presentis permutationis dicto domino episcopo et successoribus ejusdem et ad meram et liberam collationem ejusdem deinceps in futurum pleno jure; et quod sic presens permutatio dictarum ecclesiarum utpote de spirituali cum spirituali suis finibus contenta procedat et perpetuo observetur realiter inter dictas partes et successores earumdem. — Ceterum quia de temporali cum temporali restat permutatio per se divisim facienda inter partes predictas de locis, possessionibus, usaticis et rebus aliis infra contentis, nos prefatus rector in quem partes predicte, ut dictum est, expresse consenserunt super hiis faciendis que sequntur, visis, inspectis et diligenter consideratis facultatibus, redditibus, fructibus, proventibus ac conditionibus locorum et rerum que sequntur, intelligentes quod domus, locus et territorium de Ebilhac, cum suis pertinentiis, sunt et esse consueverunt ab antiquo de feudo et alodio dicti domini episcopi et ecclesie Ruthenensis ac de mandamento et districtu castri de Palmacio, ad dictum dominum episcopum et ecclesiam Ruthenensem cum mero et mixto imperio et omnimoda juridictione pleno jure pertinentis; et quod idem dompnus et fratres dicti Hospitalis tenent et tenere consueverunt locum, territorium et affarium de Bilhac cum

Digitized by Google

suis pertinenciis a dicto domino episcopo et ecclesia Ruthenensi tanquam a domino suo sub certo censu bladi et denariorum, scilicet: C solidos Ruthenenses et VIII sestaria frumenti et VIII sestaria annone, singulis annis, dicto domino episcopo vel ejusdem mandato, ratione dominii persolvendo; et quod pro hiis idem dominus episcopus vel alius pro ipso et ejus mandato bannit et distringit, bannire et distringire consuevit, in loco predicto: pro quibus provide perpendimus, quod licet territorium et affarium de Ebilhac cum suis pertinenciis preponderet in redditibus, edificiis, possessionibus et usaticis domini episcopi et ecclesie Ruthenensis, que ad dictos dompnum et fratres obvenire debent ratione presentis permutationis, quia tamen res de facili redit ad suam naturam, potissime cum in hoc concurrit voluntas et consensus partis utriusque, potissime cum dictis dompno et fratribus sit per quam grave et durum pro predicto loco, territorio et affario de Ebilhac solvere, subire et agnoscere, singulis annis, dictum censum bladorum et denariorum, quare ipsi a predicto honere et subjectione liberari volebant, — dicimus, diffinimus, ordinamus realiter et potestate premissa, quod locus, territorium et affarium de Ebilhaco, cum forcia et edifficiis et pertinenciis suis, prout protenditur et confrontatur: cum quibusdam terris mansi de Barbares, quodam rivo medio a parte orientis, et a parte meridii cum aqua sive fluvio Avarionis et protenditur per ripam Avarionis usque a la sanha dels Agassachs, et a parte occidentis cum via publica qua itur de Palmacio versus Peiraram de Serra et prout confrontatur ex altera parte in quibusdam suis partibus cum aqua de Serra et protenditur usque ad pontem de la Feda et ab ipso ponte usque ad puteum de Pom Maur et a dicto puteo protenditur per quendam terminum, qui dividit parrochias ecclesiarum de Palmacio et de Corrossergas, usque ad petram levatam vocatam de Bilhaco et ab ipsa petra usque ad quasdam terras dicti mansi de Barbares et ab ipsis terris protenditur usque ad rivum dictum de Caldagoza, qui rivus dividit dictam grangiam de Ebilhaco cum dicto manso de Barbaresc usque ad aquam sive fluvium Avarionis; *item* mansus dictus de Vielhas

Digitized by Google

Cazas, prout confrontatur ex una parte cum manso de Vielhas Cazetas et cum quibusdam terris dicti mansi de Barbaresc et ex alia parte cum quibusdam terris mansi de Grezas et de Causset Rozier et cum quibusdam terris liberorum quondam Guillelmi de Roca et cum aqua sive fluvio Avarionis et cum nemore dicto d'Aunhargues et si qui alii sunt confines ; *item* III solidi et una dimidia gallina censualis, quam et quos dictum Hospitale habet et consuevit habere et percipere in villa de Palmacio in domibus et hortis Hugonis Laget et Bernardi Bertrandi, prout predicta erant plenius et esse dicebantur dictorum dompni et fratrum et Hospitalis de Altobraco, que sita esse dicuntur in parochia ecclesie de Palmacio, sint, ex causa presentis permutationis, dicti domini episcopi et ejusdem successorum et ecclesie Ruthenensis et cedant realiter deinceps perpetuo in futurum juri et proprietati ejusdem domini episcopi et ecclesie Ruthenensis tanquam sua. — *Item* dicimus, pronunciamus et ordinamus potestate premissa, quod mansus vocatus de l'Avesque, situs in parrochia de Erinhaco in territorio de Mascle ; *item* quidam campus situs in eadem parochia, quem tenent ab ipso domino episcopo B. Foetz et fratres ejusdem in riparia dicta Mascleza, prout confrontatur cum aqua Avarionis et cum prato dictorum Foetz ; *item* census et usatica que idem dominus episcopus habet et habere consuevit in pratis sitis in riparia de Vinhobre, prout confrontatur cum la landa dicta de Vinobre et cum pratis de Leborinas et dels Cairozas et cum la Planha de Vinhobre, et si qui alii sunt confines ; *item* quedam petia terre sita in monte dicto de Vinhobre, quam tenent li Hugot de Bertolena a dicto domino episcopo sub censu II sestariorum avene ; *item* quedam pecia terre, sita in eodem monte, quam tenent li Mercadier ab ipso domino episcopo sub censu I emine frumenti et VI denariorum Ruthenensium ; *item* octava pars pro indiviso quam idem dominus episcopus habet in territoriis de las planas de Vinhobre et de la Mola ; *item* quidam campus et quoddam pratum que tenent ab ipso domino episcopo Hugo de Lagarda et Johannes Fava, que ex una parte confrontantur cum aqua Avarionis et ex alia

Digitized by Google

parte cum rivo de Rogenes et cum territorio Hugonis de Manso; *item* medietas pro indiviso cujusdam campi siti juxta rivum del Pontel de las Landas, quem quidem campum idem dominus episcopus habet comunem cum Aldegerio d'Erinhaco, prout confrontatur cum territoriis dels Monferriers et cum dicto rivo de las Landas. Que omnia sita esse dicuntur in parrochia ecclesie de Erinhaco et ad ipsum dominum episcopum et ecclesiam Ruthenensem pertinere dinoscuntur, sint ex causa presentis permutationis dictorum dompni et fratrum et Hospitalis de Altobraco et cedant realiter eisdem et successoribus eorumdem tanquam sua, salvo jure pagesiorum et tenenciariorum locorum predictorum, et quod sic presens permutatio dictorum locorum utpote de temporali cum temporali, vicissim inter partes predictas realiter procedat et perpetuo observetur inter ipsas partes et successores earumdem. — *Item* pronunciamus potestate premissa quod de decimis quas idem dominus episcopus percipit nomine ecclesie predicte de Palmacio et percipere consuevit in territorio dels Pradal[s] subtus mansum de Solatge, que quidem pradalia ad jus et proprietatem dicti Hospitalis pertinere dicuntur et quicquid juris idem dominus episcopus habet et percipit nomine ecclesie de Palmacio et pro ipsa et percipere consuevit ratione juris parochianatus in dicto manso de Solatge. *Item*, versa vice, de decimis quas dicti dompnus et fratres, nomine dicti Hospitalis et pro ipso, habent et percipiunt, habere et percipere consueverunt in territorio et affario de Ebilhaco, fiat hinc inde vicissim permutatio, ita videlicet quod idem dominus episcopus et ejusdem successores habeant et percipiant deinceps in futurum ratione presentis permutationis decimas, quas dicti dompnus et fratres consueverunt habere et percipere in haffario et territorio de Ebilhaco et in pertinenciis suis quibuscumque. Et versa vice, dompnus et fratres predicti decimas, quas idem dominus episcopus consuevit percipere in dicto territorio dels Pradals et quicquid juris idem dominus episcopus nomine ecclesie predicte de Palmacio percipit et percipere consuevit ratione juris parochianatus in dicto manso de Solatge; et quod sic contractus pre-

Digitized by Google

sentis permutationis suis finibus contentus de decimis cum decimis inter partes predictas et earumdem successores perpetuo deinceps in futurum realiter observent ; adhicientes quod predicta debitum effectum recipiant per ratihabitationem et consensum expressum venerabilium virorum capituli Ruthene et religiosorum virorum fratrum et conventus dicti Hospitalis, quorum dinoscitur interesse.

Tenor vero litere domini episcopi talis est : R., miseratione divina episcopus Ruthenensis, discreto et sibi dilecto magistro Hugoni Johannis, rectori ecclesie de Ampiaco, salutem in Domino. De discretione vestra gerentes fiduciam pleniorem, questiones, quas habemus seu habere intendimus cum religiosis viris dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco nostre diocesis ratione subjectionis dicti loci et ceterorum que ad jus episcopale spectare noscuntur nec non transactiones, permutationes faciendas quarumdam rerum spiritualium et temporalium, que, utilitate nostre ecclesie et dicti Hospitalis pensata, inter nos et ipsos juste fieri poterunt et debebunt ac diffinitiones et ordinationes earumdem vestre providentie duximus comittendas ; nos enim gratum et ratum perpetuo habebimus quicquid per vos super predictis simul vel separatim actum fuerit vel eciam ordinatum, ex tunc autem per presentes litteras sigillo nostro sigillatas ad predicta facienda et ordinanda vices nostras vobis duximus comitendas. — Datum Ruthene, die martis in crastinum Assumptionis Beate Marie, anno Domini M° CC° LXX° VIII° [*1278, 16 août.*]

Tenor vero litere dicti dompni talis est : Frater Hugo, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis diocesis, dilecto suo magistro Hugoni Johannis, rectori ecclesie de Ampiaco, ejusdem diocesis, salutem in Domino. De discretione vestra plenam fiduciam in Domino gerentes, questiones, quas habemus seu habere intendimus cum reverendo patre domino R., Dei gratia episcopo, et ecclesia Ruthenensi ratione subjectionis quam idem dominus episcopus vendicat et dicit se habere in dicto nostro Hospitali et in nos et in fratribus dicti Hospitalis, nec non quasdam permutationes et ordinationes inter nos et ipsum dominum episcopum faciendas quarundam ecclesia-

Digitized by Google

rum et rerum aliarum spiritualium et temporalium que, utilitate nostra et dicti Hospitalis et ipsius domini episcopi et ecclesie Ruthenensis pensata, fieri possunt et debent ac diffinitiones... [*v. l'acte précédent*]. — Datum Ruthene, die martis in crastinum Assumptionis Beate Marie. Anno Domini M° CC° LXX° VIII° [*1278, 16 août*].

Actum Ruthene, in aula dicti domini episcopi Ruthenensis, die veneris post festum sancti Nicolay, anno Domini M° CC° LXXX° IV°. — Testes vocati et rogati : magister Johannes Vaissa, officialis Ruthene, magister Arnaldus de Sancto Ylario, Johannes del Portal, rector ecclesie sancti Vincentii, frater P. Montanha, frater D. de la Garriga et ego Bernardus de Belloforti, publicus notarius civitatis et episcopatus Ruthene, qui, *etc.* — [*Seing manuel du notaire.*]

Ad hec nos R., Dei gratia episcopus, et nos capitulum Ruthene in unum congregati, ut moris est, pro capitulo nostro celebrando, in festo Assumptionis Beate Marie, cum diebus continuis et oportunis, anno Domini M° CC° LXXX° VII°, die dominica post predictum festum [*1287, 17 août*], predictas permutationes contentas supra in hoc publico instrumento gratas et ratas habentes et eisdem consensum nostrum expressum prebentes, intelligentes factas esse pro utilitate nostre ecclesie Ruthenensis et dicti Hospitalis ; — et nos frater Guillermus, dompnus dicti Hospitalis de Altobraco, pro nobis et fratribus nostris presentibus et futuris et de consensu fratrum dicti Hospitalis presencium, nomine dicti Hospitalis et pro ipso, qui ad universa negocia nostra tam spiritualia quam temporalia unico utimur sigillo, una cum fratribus predictis, memoratas permutationes (g)ratificantes et eisdem consencientes ; — et nos dominus Hugo Johannis, per quem predicta ordinata fuerunt de voluntate et consensu parcium predictarum, sigilla nostra apposuimus presenti publico instrumento supra contenta, ad rei geste memoriam et in testimonium premissorum. — Actum die et anno, quibus supra.

Digitized by Google

159.

1285 (n. s.), 31 janvier. Bozouls. — *Donation de sa personne et de ses biens à l'hôpital de Bozouls par Michel Lassudorie d'Entraygues* [1].

Anno Domini M° CC° LXXX° IV°, videlicet die me[r]curii ante festum Purificationis Beate Marie. Noverint universi... quod ego Micahel Lassudoria, de Interaquis, non deceptus,.. dono, cedo et concedo nunc et in perpetuum donatione pura et simplici, yrrevocabili, facta inter vivos animam meam Deo et Beate Marie, matri Ejus, et omnibus sanctis paradisi et corpus meum cum aliis bonis meis temporalibus, prout in hoc presenti et publico instrumento continetur : dono, ut supra scriptum est, pro redemtione anime mee et salvatione, domno Ospitalis pauperum de Boadone, volens et postulans me esse fratrem dicti Ospitalis, dono et nomino : — *primo* quandam vineam meam, quam habeo in parrochia de Interaquis sitam, vocatam del Puch [2] de Sanh Mares, que confrontatur ex una parte cum vinea D. Varao, ex alia cum quadam vinea P. Salesa, ex alia cum vinea Wilhelmi Olier et si qui alii sunt confines, cum omnibus suis pertinentiis et adjacentiis. — *Item* dono, ut supra, dicto Ospitali IV denarios Ruthenenses et I eminam frumenti ad mensuram de Interaquis, quos et quam habeo pro censu et dominio in quadam vinea que a me tenetur tanquam a domino, vocata de la Salessa, sita in parrochia ecclesie de Interaquis, que confrontatur ex una parte cum via publica per quam itur de ecclesia de Interaquis versus Seveirac, ex alia cum vinea Hugonis de Rodier, presbiteri, ex alia cum vinea Hugonis Grimal, et si qui alii sunt confines. — *Item* dono, modo quo supra, I quartam siliginis ad eandem mensuram, quam habeo pro censu et dominio in quadam vinea quam tenet a me P. de Roairolas, de Interaquis, et confrontatur predicta vinea ex una parte cum via qua itur de ecclesia de Interaquis versus Seveirac, ex alia cum Cumba Agoza, ex alia cum vinea D. Vidal, ex alia cum

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, (Bozouls), orig. parch. coté : H, n° 86 et H, nombre premier. — 2. *Ms.* : Punh.

Digitized by Google

vinea D. Parra, et si qui alii sunt confines. — *Item* dono, modo quo supra, aliam quartam siliginis, quam habeo sensualem et pro dominio in eodem territorio, quam solvit et solvere debet michi D. Laglieia, filius condam Duranti Laglieia, volo et dico quod predictam cartam solvat dicto Ospitali deinceps et redat seu alicui nomine ipsius exigenti et pro ipso, tempore competenti et consueto, et alii similiter supra dicti. Et hanc donationem ego dictus Michael facio motus misericordia et pietate, coram notario et testibus infras[c]riptis, vobis, domino B. de Valle, domno dicte domus dicti Ospitalis, presenti, stipulanti et recipienti nomine et vice dicti Ospitalis, nunc et in perpetuum valituram ad abendum, tenendum et possidendum... ad utilitatem dicti Ospitalis ; pono vos, domine domne dicti Ospitalis, presens et recipiens nomine et vice dicti Ospitalis, in corporali possesione cum hoc presenti et publico instrumento in perpetuum valituro, dans et consedens vobis domino domno predicti Ospitalis plenariam a[u]ctoritatem et licentiam, nomine et vice dicti Ospitalis, recipiendi et aprendendi veram et corporalem possetionem per vos ipsum omnium supra dictorum tanquam rem propriam dicti Ospitalis ; et renuntio juri dicenti *non valere donationem ultra D aureos sine insinuatione et donationem non valere propter ingralitudinem donatarii* et omni beneficio juris canonis et civilis... ; set volo quod perpetuo robur predicta donatio habeat et firmitatem ; et hanc donationem facio de presenti dicto Ospitali quatinus vos, domine domne hac ministrador dicti Ospitalis, nomine et vice dicti Ospitalis, recipiatis me in fratrem et faciatis me esse participem in bonis spiritualibus et temporalibus dicte domus dicti Ospitalis pauperum de Boadone. Et nos B. Deval, frater dicti Ospitalis et domnus, nomine et vice dicte domus dicti Ospitalis pauperum de Boadone, hanc donationem et electionem de presenti factam per vos, dicte Michael, recipimus [pro et] nomine et vice dicti Ospitalis et recipimus in fratrem vos et facimus vos esse participem sicut unum de fratribus nostris in bonis spiritualibus et temporalibus dicti Ospitalis, quamdiu in dicto Ospitali vixeritis pasifice. — Actum apud Boadonem, in capella dicti Os-

Digitized by Google

pitalis. — Testes fuerunt vocati et rogati : P. Be[r]nardi de Boadone, W. de [Veyreriis], D. Delaiga, Bertrandus de Buzecs et ego S. Galeto, publicus castri Boadonis notarius et ejus mandamenti pro illustri domino Henrico, gratia Dei comite Ruthene, qui, *etc.* — [*Seing manuel du notaire.*]

160.

1285, 22 septembre. Banc-d'Anglars [1]. — Bail acapte consenti par Raimond de *Lagarda*, habitant du lieu (*castrum*) de *Vonco*, à Durand de *Julhodes* des biens (*mansum sive mansos meos seu territorium*) qu'il a au terroir de *Maysmac*, paroisse de Ceyrac (*Seyraco*) : lesd. biens confrontant avec terroir de Déodat *Bonafos*, terre de l'Hôpital d'Aubrac et terre *dels Rigals*. Droit d'entrée : 100 sols Rodanois reçus comptant. Censive annuelle : le quart des fruits (*fructuum et provenluum*) ; sont exceptés : le pré de *Rigontal*, confrontant avec terre de Déodat *Bonafos*, le mas de *Serra* et terre *dels Guirgoris ;* une terre confrontant avec terre de Déodat *Bonafos* ; un cambon (*cambone*), confrontant avec le Dourdou et terre du seigneur de Calmont ; et un jardin, *in quo debes facere acasamentum tuum*, confrontant avec terre dud. mas et *cum via veteri dicti mansi*, pour lesquels le bailleur recevra annuellement à la Saint-André 20 sols Rod. et une géline. Droits de lods et vente : *de quolibet solido unum denarium.* — *Guillerma de la Garda*, femme dud. bailleur, a approuvé le bail. — Le preneur promet *fidelitatem et homagium.* — Fait *apud Vonc*, *in cortili* des bailleurs ; témoins : Hugues *Vesias*, Bernard de *la Casa*, *Brunetz*, Jean de Saint-Martin. — Le même jour, Hector de *la Garda*, fils des bailleurs, a consenti au bail. — Fait *apud Vonc*, dans la maison du recteur de l'église d'Anglars, présents : Bérenger *Galhardi*, recteur d'Anglars, Déodat de *Lacasa*, prêtre. Notaire recevant : Bernard *Gafinelli*, notaire épiscopal de Palmas. — [*Seing manuel du notaire.*]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 501, orig. parch., coté : lettre B, n° 473 et LIIII.

Digitized by Google

161.

1286, 22 mai. Marvejols. — *Compromis et transaction entre A. de Peyre, seigneur de Marchastel, et le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

COMPOSITIO DOMINI MAURI CASTRI FACTA CUM DOMINO GUILLERMO. — Anno Dominice incarnationis M° CC° LXXX° VI°, scilicet die mercuri[i], in vigilia Ascentionis Domini, domino Philippo, illustri rege Francorum, regnante, indixione XIII[a]. Cum questio verteretur et verti speraretur inter dominum Aldebertum de Petra, dominum de Marquastel, precentorem ecclesie Mimatensis, nomine et ratione juridi[c]tionis dicti castri et dominacionis ejusdem ex una parte, et religiosum virum dominum Guillermum, dompnum Hospitalis Beate Marie de Alto Braco, nomine suo et ipsius Hospitalis et conventus ejusdem ex altera : super eo quod dictus dominus A. de Petra, dominus dicti castri, dicebat et asserebat se habere merum imperium et justiciam et cognitionem et exequtionem criminum comissorum et comitendorum in terris et mansis, quas et quos habet et tenet dictum Hospitale sub feudo et dominio ejusdem infra pertinentias dicti castri et mandamenti, et punimentum a quocumque ibidem comiteretur ; dicto dompno in contrarium asserente et dicente quod si exequtio meri imperii ad dictum dominum Al. de Petra, ratione dicti castri et juridixionis sue, pertineat in aliqua terra dicti Hospitalis, idem dominus Al. non potest nec debet aliquam exequtionem facere in terra dicti Hospitalis, nec furcas habere nisi solum pro comissis ad merum imperium spectantibus in dicta terra dicti Hospitalis ; — *item* super hoc quod dictus dominus Al. de Petra dicebat et asserebat furtum et delictum comissa et comitenda in dictis locis et terris totaliter ad se pertinere ratione dicti castri et punimenta ipsorum ; dicto dompno in contrarium asserente et dicente ad dictum Hospitale pertinere et perti-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 14, fol. XXVII v°-XXIX v°. *A la marge* : Correcta, non intendimus juvare de eadem ; et n° 39, fol. LXVIIIv°-LXXVr°. *A la marge* : non valet quia alia est ultima.

Digitized by Google

nere debere cognitionem et punimentum omnium criminum et delictorum et quasi comissorum in dictis terris et possessionibus dicti Hospitalis, exeptis hiis que mortem exigunt vel membrorum abcisionem ; — *item* et super hoc quod dictus dominus Al. de Petra dicebat et asserebat quod si pena meri imperii vel criminis comissi in dictis terris et locis verteretur in penam pecuniariam, quod totaliter sua est et ad se debet pertinere ; dicto dompno in contrarium asserente et dicente quod medietas ipsius pene pecunarie debet esse dicti Hospitalis ; — *item* super dampnis et expensis, injuriis et violenciis hinc inde factis, datis et illatis. — Tandem super omnibus predictis et predicta tangentibus quoquo modo et super aliis questionibus, que sunt et que erunt inter partes predictas usque in diem presentem, compromiserunt dictus dominus Al. de Petra, pro se ex una parte et suis in futurum successoribus in dicto castro, et dictus dompnus, pro se et dicto Hospitali et conventu et suis successoribus, in religiosos viros, silicet : dominum Bernardum de Senareto, priorem de Areis et dominum Bompar Lordeti, priorem de Colonheto, tanquam in arbitros, arbitratores vel amicabiles compositores de stando dicto, ordinationi seu voluntati omminode eorumdem et hoc sub pena C librarum Turonensium a parte parti per sollennem stipulationem promissa, et venire ad diem et dies, locum et loca per ipsos assignandos et assignand[a] dictum ipsorum et ordinationem emologare expresse. — *Item* dictus dompnus promisit dicto domino Aldeberto se curaturum et facturum quod conventus dicti Hospitalis compromissum hujusmodi et ordinationem predictorum amicabilium compositorum ratifica[b]it et emologabit expresse et hoc sub pena predicta hic repetita, promissa stipulatione, eidem domino Al., et quod yconomus dicti conventus hoc jurabit pro conventu in animam ipisus. Et dictus dominus Al., eodem modo, sub dicta pena promisit dicto dompno se facturum et curaturum quod dominus de Petra ratificabit similiter dictu.n et pronunciationem dictorum arbitrorum et emologabit expresse cum juramento. Et fuit actum in compromisso quod comissa

Digitized by Google

pena predicta et exacta semel et pluries, nichilominus dictum et ordinatio predictorum arbitrorum in sua remaneat perpetua firmitate... — *Item* fuit actum... quod dicti arbitratores possint... dictum suum et diffinitionem seu ordinationem super predictis declarare et corrigere et interpretare et emendare per V^e^ annos proxime et continue sequentes... Et predicta omnia et singula ita tenere et servare per se et suos successores promiserunt dicte partes,... et juraverunt ad sancta Dei evangelia... ; pro quibus sibi invicem obligaverunt quelibet pars alteri omnia bona sua mobilia et inmobilia, presentia et futura.

Post hec, anno et die quibus supra, predicti arbitratores seu amicabiles compositores, deliberatione habita diligenti, de concensu expresso dictarum parcium voluerunt, diffinierunt et ordinaverunt quod furta minora, silicet super rebus seu de rebus valorem XX^ti^ solidorum Turonensium non excedentibus in mansis infrascriptis comitenda, que penam mortis seu membri abcisionem non exigerent, sint et pertineant quoad captionem, cognitionem, diffinitionem et exequtionem ad predictos dominos Al. de Petra et dompnum predicti Hospitalis et successores eorum et quicquid ex eisdem furtis obvenerit inter eos comuniter in perpetuum dividatur. Alia vero furta omnia, [in] infrascriptis mansis comitenda, sint et pertineant plene quoad omnia et quecumque ex eis provenerint ad dictum dominum Al. et successores suos. — *Item* voluerunt... quod adulteria et quilibet illicitus concubitus comitenda et comitendus in mansis infra scriptis et pena ipsorum cum omnibus que ex ipsis provenerint plene et integre pertineant comuniter ad dominos antedictos et eorum perpetuo successores. — *Item* voluerunt... quod abstraxio gladii cujuslibet et percutio cum eo, cum vulnere vel sine vulnere, in mansis infra scriptis facte, ex qua tamen percutione mors vel membri abcisio non sequeretur, pertineant comuniter ut supra plene ad dominos supradictos, et quod crimina supradicta comunia et juridixio ipsorum criminum, quoad ea que cognitionem requirunt, per judicem comunem seu judices dominorum predictorum explicentur ; si vero ratione dictorum cri-

Digitized by Google

minum comunium per bajulum seu curiales dicti domini Al. de Petra vel suorum successorum aliquis caperetur, voluerunt ipsi abitri quod ab ipso domino Al. de Petra vel suis captus ille teneatur et custodiatur nomine ambarum partium predictarum apud Marquastel, quousque de illo per modum predictum justicia esset facta,et quod captionem factam predictus dominus Al. de Petra seu sui intimare teneantur dicto dompno vel suis ; qui quidem captus per gentes dictorum dominorum in dicto castro comuniter custodiatur. Tales tamen per dictum dompnum destinentur ad hujusmodi custodiam faciendam, contra quos verisimiliter suspicio haberi non possit de fraude aliqua contra dictum dominum Al. seu suos pretextu custodie hujusmodi comitenda, et hoc idem fiat et servetur si per bajulum vel gentes dicti dompni vel successorum suorum aliquis ratione predicta caperetur ut silicet custodia et detentio illius capti intimatione per dictum dompnum seu suos dicto domino Al. seu suis, super ipsa captione facta, fieret comuniter per dictos dominum Al. et dompnum vel suos in manso del Salhens vel alibi in feudo quod dictum Hospitale tenet a dicto domino Aldeberto, si de illo loco alio de partium processerit voluntate, quousque per modum predictum de illo justicia esset facta. — Dixerunt etiam... quod ratione ordinationum predictarum ab ipsis factarum dictus dominus Al. seu successores sui in fratres seu donatos dicti Hospitalis nullam juridixionem habeant seu vendicare intendant. — *Item* voluerunt... quod quelibet percussiones cum pugnis, lapidibus seu fustibus in mansis infra scriptis faciende, cum sanguine vel sine sanguine, que tamen letales seu ad mortem non essent vel ad abcisionem membri, pertineant plene et integre, et quecumque ex eis provenerint, ad dictum dompnum et successores suos. — *Item* voluerunt... quod pro delictis comissis seu comitendis extra territorium seu districtum castri de Marcastel, dictus dominus Al. seu successores sui non possint infligere seu exequi penam mortis seu membri seu aliquid pro exequtione ipsa facienda tenere seu exigere in mansis infrascriptis ; pro delictis autem comissis seu comitendis in dicto castro et mansis infra scriptis et toto territorio

Digitized by Google

seu mandamento dicti castri, possint dictus Al. et successores ejus penas predictas mortis et menbri libere [ex]equi, et pro ipsis exequendis furcas erigere et tenere et alia que ad hec exequenda fuerint opportuna, ita tamen quod dictus dominus Al. seu successores ejus furcas erigere seu tenere non possint nec debeant in loco aliquo qui seu furce ibi posite videri possint a solo, quod est ad capud ecclesie Beate Marie predicti Hospitalis vel a teronte ipisus Hospitalis, dicto de Sanh Alazart. — *Item* voluerunt... quod si reperiretur per instrumenta super mero imperio mansorum infrascriptorum inter predictas partes confecta, quibus instrumentis per alia non fuerit derogatum, dictum dominum dompnum habere et habere debere medietatem pecunie, que ex dicto mero imperio provenerit, ordinatio seu diffinitio per ipsos arbitratores superius facta dicto dompno seu suis successoribus quoad medietatem pecunie predicte non prejudicet, set in eo quod medietatem ipsam tangeret pro infectu habeatur. — Et retinuerunt predicti arbitratores, de concensu partium predictarum, potestatem determinandi seu cognosendi quantum ad hujus articulum declarandum et diffiniendum utrum videlicet : dictus dompnus per instrumenta predicta habeat et habere debeat medietatem pecunie que ex dicto mero imperio proveniret. — Mansi vero et loca ad quos et que hec ordinatio extenditur sunt : mansus de Scudairetas, situs in parrochia de Rocolis ; el Chiers et Mongros et Mongrossetz, in parrochia de Nabinals ; et La Vaissa, in parrochia Sancti Andeoli ; item mansus Monairedos [1], qui est in parrochia de Nabinals ; item mansus appellatus Baulenc, situs in eadem parrochia ; item mansus del Boysso, in eadem parrochia ; item Campils els Salhens ; item Bessels et S. Andiol e la Bessieira ; item lo Translusso ; item la Cabassa e Monmeja ; item Salas ; item Casaletz e Calm Mejana ; item Carralessas e la Garda els Vors ; item Rabils e Rabiletz e Vilavielha e Treffolhosa ; item Montorzier e Pontilhac e la Teula ; et in territorio de Nabinals, villa et manso de la Chalmeta. Quod

1. N° 39 : Montairedos, Champils, la Chabassa, Chasaletz, Chalm M., Charalessas, Tresfolosa.

Digitized by Google

dictum et ordinationem et diffinitionem seu ordinationes et diffinitiones recitatas per dictos arbitros seu arbitratores emologaverunt, approbaverunt et ratificaverunt predicte partes et eas tenere et servare nomine quo supra promiserunt per se et suos in perpetuum successores.

Et post in continenti, nobilis vir A., dominus de Petra, armiger, laudavit, aprobavit et ratificavit et emologavit expresse compromissum et diffinitiones et ordinationes predictas in presentia sua factum et factas et ita tenere et servare in perpetuum promisit et juravit ad sancta Dei evangelia a se tacta et contra non facere vel venire. — Actum Marologio, in retro claustro domus Fratrum Minorum, presentibus testibus silicet : domino Lordeto de Chiriaco et domino Poncio dels Salhens, militibus, etc.

Et post, eodem anno et die et loco quibus supra, dominus Poncius del Salhens, miles, ex parte dicti domini Al. de Petra, et dictus dominus Lordetus, ex parte dicti domini dompni et de mandato ipsius, constituerunt se fidejussores et principales, silicet : dominus Lordetus eidem domino Al. de Petra et dictus dominus Poncius eidem domino dompno, pro compromisso et arbitrio supradictis tenendis et servandis et pro dicta pena solvenda, si eam comiti contingerit, quocienscumque hoc fuerit sub omnium bonorum suorum obligatione, renunciantes representationi principalium et omni alii juri sibi competenti et competituro. — Testes fuerunt de hiis, silicet : frater Bernardus de Sancto Petro et dicti arbitratores etc.

Et post, anno Domini M°CC.LXXX°IX°, die veneris post festum Inventionis Sancte Crucis, noverint universi et singuli quod dominus Al. de Petra, precentor ecclesie Mimatensis et dominus Mauri Castri, in presentia mei notarii et testium infrascriptorum constitutus, requisivit dominum Guillermum, dompnum Hospitalis Beate Marie de Altobraco, et conventum ejus ut compremissum per ipsos factum in dominum Bernardum de Senareto et dominum Bompar Lordeti, monachos monasterii Sancti Victoris Massiliensis, prout superius est expressum, faciat ratificari et aprobari conventui suo seu dicti Hospitalis, prout in compromisso eadem promisit et sub juramento et pena, ibidem

Digitized by Google

promissa et contenta. — *Item* requisivit ab eodem quod dictum et emologationem et pronunciationem predictorum arbitratorum, prout in dicto instrumento continetur, faciat ratificari et aprobari ab eodem conventu, prout eadem promisit in dicto instrumento. — Et post in continenti, frater Durantus de Monte Amato, sindicus conventus dicti Hospitalis, dixit et asseruit pro dicto conventu, respondendo petitioni quam dominus Al. de Petra faciebat domino dompno super ratificatione et aprobatione compromissi inter ipsos facti in dominos Bernardum de Senareto et Bompar Lordeti et pronunciatione ipsorum et dicto in dicto instrumento recitatis, dictus frater Durantus, ut sindicus dicti conventus, ratificavit et aprobavit dictum compromissum nomine dicti conventus, retenta tamen declaratione super mero imperio retentionis medietatis.

Et post hec, anno quo supra, silicet die sabbati post dictum festum Sancte Crucis, ad requisitionem nobilis viri predicti domini Al. de Petra, predicti fratres infra scripti Hospitalis predicti, congregati in fornello majori, convocato capitulo, ut moris est, et specialiter ad hoc per dominum dompnum, silicet: Arnaldus Sigaldi, Petrus d'Aulas, Johannes del Clapier, Durantus de Monte Amato, P. Montanha, Guillermus de Favay[r]olas, presbiteri, et Bernardus de Sancto Petro et P. de Solatge et Poncius Artaldi et P. Charbonerii, Durandus Costa, Hugo Charbonerii, P. Canus, Bertran Pradiers, layci, ipsi fratres omnes et singuli, mandato, voluntate et auctoritate dicti domini dompni, predictum compromissum pariter atque dictum et omnia contenta in predictis nota seu instrumento laudaverunt, aprobaverunt eidem domino Al. de Petra stipulanti et recipienti per se et suos heredes seu successores in perpetuum. — Et incontinenti frater Durantus de Monte Amato, sindicus et yconomus predictorum, laudavit et emologavit nomine ipsorum fratrum, presentium et etiam absencium, predicta in dicta nota seu instrumento contenta et predicta tenere et servare et contra non venire promisit nomine quo supra et juravit ad sancta Dei euvangelia a se tacta eidem domino Al. stipulanti nomine quo supra, in animabus ipsius et ipsorum

Digitized by Google

fratrum. Que omnia et singula in compromisso pariter atque dicto contenta dictus dominus Aldebertus promisit dicto domino dompno et fratri Duranto, predicto yconomo dictorum fratrum et conventus, stipulantibus pro dicto conventu, sub pena et juramento in compromisso contentis, atendere et servare et contra non venire per se et suos successores. Et hoc idem promisit idem dominus dompnus eidem domino Aldeberto stipulanti et successoribus ejus in perpetuum sub juramento et pena in compromisso contentis. — Actum apud Hospitale de Altobraco, in aula nova, presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis, videlicet : fratre Guillermo Raols, fratre domus militie Templi, et domino Guillermo Aerra, presbitero, et magistro Petro de Basalgeta, jurisperito, et Bernardo de Cumbacava, notario Mimatensi, et Guillermo Aerra et Arnaldo Virgilii, domicello, et Armando de Laval, clerico, et Vitale del Pi et Vitale Thomas et Stephano Thomas et Petro Murati et Sigui de Marcastel et Guillermo Viguier et domino Johanne de Grandimonte, presbitero, et Petro Marti de las Broas et Petro Laurens, et me Guillermo de Cruce, publico notario domini regis in senescalia Bellicadri et Nemausi, qui, *etc.*

162.

1286, mercredi, 24 juillet. — Donation consentie par *Pauca de Salis* à Pierre de *Salis*, son fils, *tanquam bene merito*, d'une vache et d'un pré, sis sur la paroisse de Prades d'Aubrac, confrontant avec pré de *Bertranda*, pré de Pierre *Rosergas* et jardin *del Gacs* ; led. pré relevant de l'Hôpital d'Aubrac. — Fait à Prades, maison de la donatrice, près de l'église, en présence de Durand *del Calcadis*, prêtre dudit lieu, Benoit et Guillaume de *Veulaco*, Pierre *Chipbertz*. Notaire recevant : Rigal *Maleti*, not. de l'Hôpital d'Aubrac. — [*Seing manuel du notaire*] [1].

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parchemin non coté.

Digitized by Google

163.

1286, 4 novembre. — *Sentence arbitrale entre le domp de l'Hôpital d'Aubrac et le seigneur d'Estaing avec bornage de leurs possessions* [1].

« *Item* instrumentum compositionis confectum anno M° CC° LXXXVI°, die lune post festum Omnium Sanctorum, quo cavetur quod cum esset controversia inter dominum de Stagno ex una parte et dompnum Hospitalis de Altobraco ex altera, de et super divisionibus terrarum et possessionum quas utraque pars habet in parrochia Sancti Eligii, excepto facto de Pelluca, tandem partes compromiserunt in arbitros, etc. Qui quidem arbitri, auditis partibus, diffiniendo et dividendo territorium vocatum de Pelhuca dicti domini de Stagno cum territorio montis vocati de las Forcas dicti Hospitalis, declaraverunt pronunciando in hunc modum, videlicet : — quod quitquid est a metis lapideis seu rupibus per ipsos arbitros cruce signatis citra versus territorium de Pelhuca adjudicaverunt dicto domino de Stagno et suis usque in broa de Belvese. — *Item* adjudicaverunt predicto Hospitali pro territorio montis de las Forcas quitquid est supra a dictis metis lapideis seu rupibus per ipsos arbitros cruce signatis citra versus dictum montem. — *Item* dividendo territoria de Pelhuca et de Camlonga sive de Gargaros, adjudicaverunt dicto de Stagno pro dicto territorio de Pelhuca quitquid est a quadam rupe cruce signata in capite seu vertice cujusdam montis propinquioris montis de las Forcas, quadam platea sive cumba, ubi est quedam via, media, et a dicto ruppe prout itur per broam usque ad alium lapidem cruce signatum, et de lapide in lapidem cruce signatos usque ad quendam alium lapidem cruce signatum, qui lapis est juxta quandam fagam, et a dicto lapide sic signato descendendo recte de lapide in lapidem usque in rivum vocatum del Brusc et a dicto rivo usque in saltum de la Tuda descendendo usque in broam de Belveser infra pro territorio de Pelhuca ; et quitquid est versus Hos-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, Registre n° 19, fol. 5 r°.

Digitized by Google

pitale predictum a dictis metis supra adjudicaverunt dicto Hospitali pro territorio de Camlonga sive de Gargarossa. — *Item* dividendo territorium de Sanha Fabrenca cum ruppe sive territorio vocato Petri Bertrandi, adjudicaverunt dicto de Stagno qu[od] est a metis cruce signatis prout descendunt dicte mete de altiori lapide qui est juxta quendam rochau sive ser, qui est supra dictum territorium de Sanha Fabrenca, adjudicaverunt dicto de Stagno, et quitquid est ultra dictas metas versus Hospitale adjudicaverunt dicto Hospitali, prout lacius continetur in dicto instrumento signato per licteram K. »

164.

1286, 11 octobre, Mandailles. — *Donation par Pierre Guillermi à l'Hôpital d'Aubrac du mas du Mas* [1].

Noverint universi hoc presens publicum instrumentum inspecturi, Philipo, rege Francorum, regnante ac domino Raimundo de Calomonte, divina miseratione Ruthenensi episcopo, ac fratre Guillermo de Bosqueto, dompno Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis dyocesis, quod ego Petrus Guillermi, domicellus de castro de Mandal[has], non inductus dolo,... dono, cedo et concedo... Hospitali Beate Marie de Altobraco et fratribus ejusdem loci, Ruthenensis dyocesis, videlicet territorium seu afarium mansi vocati de Manso, prout protenditur usque ad rivum de Ponte Arnaldi, citum in parochia Sancti Johannis de Cambo; quod territorium seu afarium confrontatur ex una parte cum rivo predicto de Ponte Arnaldi et ex alia parte cum terra dicti Hospitalis et cum terra Petri Siguini domicelli, et si qui alii sunt confines. Dictum vero territorium seu afarium mansi predicti de Manso et omnia jura... dono et concedo seu quasi cum omni dominatione et cum conditionibus infrascriptis, videlicet : quod in dicto territorio seu afario retineo, quamdiu vixero, totum usum fructuum de quo possim in vita mea dare, facere, ordinare prout mee placuerit voluntati, dans et

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : F, Num° V, liasse XXVIII, titre 4°.

Digitized by Google

concedens dicto Ospitali et fratribus ejusdem loci plenariam potestatem apreendendi et retinendi auctoritate propria servitutem et possecionem territorii seu afarii predicti, costituens me afarium seu territorium predictum nomine dicti Hospitalis precario possidere quousque possecionem seu quasi dictum Hospitale fuerit apreensum, faciens et costituens dictum Hospitale verum procuratorem et dominum in predictis, volens et concedens quod omines habitantes et excolentes in dicto territorio et habitaturi in posterum nomine dicti Ospitalis, prout michi subjecti sunt, obediant dicto Hospitali et obedire teneantur ; et si aliquam donationem unquam fecerim alicui persone de dicto territorio, preter Hospitali, illam revoco et pro nulla et irrita haberi volo, volens predictam donationem, quam nunc facio, valere et omnibus aliis si alias fecerim prejudicare..... ; et predictam donationem facio dicto Hospitali de Alto Braco de dicto territorio seu de afario tanquam bene merito et propter honores et servicia et victualia michi a dicto Hospitali inpensa. Recognosco etiam et in veritate confiteor ego Petrus Guillermi supradictus me dediese et alias donationem fessise, bene sunt XII anni transacti, dicto Hospitali de dicto territorio cum transivi ultra mare causa peregrinationis et in redemptione omnium meorum peccatorum ; et recongnosco me tunc fuisse donatum dicti Hospitalis et aduc sum et volo esse nunc et semper et tunc fessise donationem predictam quam modo renovo, ratifico et confirmo per hoc publicum istrumentum, jurans ad sancta Dei evangelia a me corporaliter tacta donationem predictam et omnia in pressenti istrumento contenta tenere, servare, complere, *etc...* — Actum apud Mandalahs, in domo dicti Petri Guillermi, anno Domini M° CC° LXXX° VI°, die veneris post festum beate Fidis. — Testes autem qui fuerun[t] sunt hii silicet : frater Johannes del Celier, frater Galterii, fratres dicti Hospitalis, et Bertrandus Gintili et Bernardus de Furno et na Marquesa et Guillermus Farina et ego Rigaldus Maleti, publicus notarius dicti Hospitalis, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

Digitized by Google

165.

1288 (n. s.), 17 janvier. Les Bourines. — *Nomination d'un curateur pour la personne et les biens de Jourdain de St-Juéry, damoiseau, sourd et muet* [1].

Anno Domini M°CC°LXXXVII°, die sabbati post festum beati Hilarii. Noverint universi... quod cum Jordanus de Sancto Jorio, domicellus, universalis heres quondam P. de Sancto Jorio, quondam fratris sui, esset surdus et mutus, ineptus et impotens, ut patet per ejus presentiam et actus suos, venit coram nobis magistro Raymundo de La Garda, jurisperito et judice Hospitalis Beate Marie de Altobraco et totius ejus terre, cum quibusdam amicis et parentibus suis et petiit eo modo quod potuit, per nutus et signa, et parentes et amici ibidem presentes verbotenus petierunt eidem Jordano dari curatorem per nos dictum judicem dicti Hospitalis, ad regendum, servandum, ministrandum personam dicti Jordani et res, bona sua. — Nos vero dictus judex, videntes petitionem predictorum rationabilem et juri consonantem et justa petentibus non sit denegandus assensus, idcirco nos dictus judex dicti Hospitalis, ex officio nostro, prius vocatis et habitis coram nobis consanguineis et propinquioribus parentibus dicti Jordani et facta primo inquisitione diligenti cum Berengario de Moriers et domino Guillelmo de Moriers, priore de Viganhac, et magistro Poncio de Monteferrando et P. de Bertholena et Guillelmo de Segur, consobrinis germanis dicti Jordani, et cum quibusdam aliis amicis suis et de voluntate et consensu fratris Guillelmi, religiosi viri, dompni dicti Hospitalis presentis, donamus et concedimus Guillelmum Aherra, virum nobilem, in curatorem dicto Jordano tanquam proximiorem et utiliorem et prout per nos in premissa inquisitione fuit repertum. — Qui dictus dominus Guillelmus Aherra, in se dictam curam gratis recipiens, promisit ac etiam ad sancta Dei evangelia a se tacta corporaliter ad nostram stipulationem juravit personam dicti Jordani et res et bona sua bene et fideliter regere et defendere ac etiam ministrare et gubernare suo

1. Doat 134, fol. 252-253, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

posse et ejus utilia procurare et inutilia evitare, quamdiu ejus curam gereret, et reddere bonum computum et legale de cura et administratione sua suo tempore. — Et super his nos dictus judex ad majorem firmitatem ex officio nostro judiciaro auctoritatem nostram judiciaram interponimus pariter et decretum. — Actum apud domum seu grangiam de Leborinas dicti Hospitalis. — Testibus presentibus vocatis ad hoc specialiter et rogatis : fratribus Arnaldo de Monteferrario et G. Lacasa, presbiteris, et fratribus Guillelmo de Petrolis et Deodonato, Guillelmo de Amilhiavo, fratribus dicti Hospitalis, M. de Viridario, B. Rodanes de Palmatio, S. de Oliveriis, B. Alamandi, Laurentio de Leborinas, P. Gariga, fratre P. de Lemosi et nominati[s] consobrini[s] dicti Jordani, et me Stephano Galetonis, publico dicti Hospitalis et totius ejus terre notario, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

166.

1288, 9 mai, Palmas[1]. — Bail acapte par frère Guillaume de *Petrolis*, religieux, sindic et *terrier* de l'Hôpital d'Aubrac, à Pierre et Bernard Rocalonc, frères, de Coussergues (*Corressargas*), de trois parties du mas de Coussergueltes (*Corressarguetas*), paroisse de Coussergues, *quas tres partes dicti mansi habemus insimul pro indiviso cum ecclesia de Corressargas, in quo quidem manso habet dicta ecclesia duas partes ;* l'entier mas confrontant avec terres de Me R. *Raynaldi*, de dame *Aurianda* et de Pierre *Amalfredi*. Censive annuelle : 2 set. froment, 3 émines avoine, mesure de Coussergues, à la Saint-Michel, et 3 s. Rod. à la Saint-André ; droit de lods et vente. Antérieurement les terres ci-dessus inféodées et tenues par les dits P. et B. Rocalonc ou leurs prédécesseurs étaient sujettes au quart des fruits. — Fait à Coussergues, maison de Me R. *Raynaldi*, présents : frère Pierre de *Lemozi*, frère dudit Hôpital, Pierre Messiers, curé de Coussergues, Me R. *Raynaldi*, Laurent et Pierre *Pecols*, Déodat *Jordas*, Déodat *Cumbiers*, Pierre *de Ponte*.

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : B, n° 657 et II° LXXXII.

Digitized by Google

Suit la confirmation du susdit bail par Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, faite à Palmas, près de la maison de Guillaume *Foeti*, le 11 mai 1290, présents : Pierre de *Fornols*, Guillaume de Véniscles, Déodat de *Concohen*, Pierre *Perrini*, Guillaume *Lageti*. — Notaire recevant : Bernard *Gafinelli*, not. épiscopal du mandement de Palmas. — [*Seing manuel du notaire.*]

167.

1288, 9 mai. Laissac [1]. — Bail acapte par Guillaume de Favars, damoiseau, fils de feu Pierre de Monferrier, chevalier, et par Aldéguier d'Ayrinhac, fils de feu Bégon d'Ayrinhac, damoiseau, à Hugues *Soca*, de la moitié par indivis du mas de *Cofolens*, paroisse et mandement de Laissac ; l'entier mas confrontant avec les mas *del Masel*, de *la Roca*, de *Solacrop* et de *Dos Amayros*, terroir de *la Becieyra*, et mas de *Monberle* ; l'emphitéote pourra augmenter (*facere de creys*) les prés inféodés de deux *sechoralas*. Droit d'entrée : 14 livres Rod. Censive annuelle 10 s. Rod., 2 gélines à la Saint-André, le quart des fruits ; le droit de lods et ventes à raison de 1 d. par sol ; les prés, la parra et le jardin, quittes du droit de quart ; la parra et le jardin ne comprendront que 3 émines de terre ; 1 géline pour toute maison à construire dans les biens acensés, autre que celle que l'emphitéote y élève en ce moment. — Fait à Laissac, maison de Bérenger *Cavalerii*, présents : Déodat de *Monberle* diacre, Guillaume de *la Calm*, G. de *Agazssaco*, Jean Lavit, D. de *la Calm*, Hugues *Roderii*. — Notaire recevant : Bérenger de *Agazssaco*, not. *de Layssazesio* pour le roi et pour Gui, seigneur de Sévérac. — [*Seing manuel du notaire.*]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : O, n° 315 et VIIc XIII.

Digitized by Google

168.

1289 (n. s.), 8 mars. — *Bail acapte par Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, du mas de Nogardel de Monclaus en faveur de Bernard Clapier et autres* [1].

« *Item* aliud instrumentum signatum per magistrum Deodatum Girelli, notarium Sancti Genesii, continens quod anno Domini M°CC°LXXXVIII°, die lune ante festum beati Gregori, frater Guillermus, dompnus dicti Hospitalis, tradidit in accapitum Bernardo Clapier de Nogardello, Petro Johanni et Andree dicti mansi totum mansum de Nogardello de Monclaus cum pertinentiis suis ; confrontatur ab oriente cum manso de Colombieyra et cum manso de la Costeta et cum tenentia Guillermi de Nogaret et cum manso Guillermi del Brolhet et cum manso de la Calmeta et cum pratis et ortis dicti mansi, qui sunt extra limites ; rettentis sibi et dicto Hospitali pro censu et dominio XX solidis et sub sexta parte bladorum et leguminum et pro quolibet igne unam gallinam et duas albas ; signatum per DDD.

Plus bas : Et in margine legitur : predicta duo instrumenta [*n*^{os} *96 et 168*] habet dominus Petrus Salot, vicarius Sancti Elegii, qui dictos redditus percipit. »

169.

1289, 25 mars. Saint-Côme. — *Ratification de vente consentie à Raymond Bonaldi, par Gaucelin de Veissas* [2].

Pateat universis quod anno Domini M° CC° LXXXIX°, videlicet octo kalendas aprilis, ego Gaucelinus de Beissas, certus de facto et de jure consultus, scio et recognosco in et cum hoc publico instrumento coram notario et testibus infra contentis super hoc a me specialiter vocatis et rogatis, vobis Raymundo Bonaldi presenti et recipienti quod ego vendidi, tres anni sunt elapsi et plus, vobis et vestris ad omnes voluntates vestras vestrorumque plena-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, copie en forme papier du 24 novembre 1634. Cf. l'acte n° 96.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : N et Num° VI, liasse XXXI, titre 1er.

Digitized by Google

rie faciendas totam aliam tenensam meam de Melet, exeptis vinea mea et omnibus illis que vobis et vestris hodie vendidi, sine aliqua retentione quam ibidem non feci in parte vel in toto, precio X et IX librarum Ruthenensium, quas a vobis integraliter habui et recepi et bene me teneo pro contento. — *Item* scio quod vos vel alius pro vobis dictam tenensam a tempore citra dicte venditionis tenuistis et possedistis et tenere et possidere debuistis pacifice et quiete. — *Item* scio et recognosco me teneri vobis et vestris de evictione totali et particulari in judicio et extra, meis propriis expensis, et sic tenere et servare et nunquam contra venire verbo vel opere, aliqua juris aut facti ratione, vobis et vestris promisi sub obligatione omnium bonorum meorum, et adhuc promitto et juro ad sancta Dei evangelia a me corporaliter tacta. — Actum fuit apud Sanctum Cosmam, in domibus R. Escabrin. — Testes fuerunt vocati et rogati : Bertrandus del Ort, Jo. Riquerii, B. Juliani, Jo. Bossirvenz, Hugo Martelli, W. de Strata, et ego P. de Sancto Amancio, publicus notarius de Speleu et tocius baronie de Calomonte, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

170.

1289, 22 avril. Rome (Sainte-Marie-Majeure). — *Bulle de Nicolas IV, portant confirmation de l'échange des églises de Condom et de Saint-Chély* [1].

Nicolaus episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco, ordinis Sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, sal. et ap. bened. — Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod cum in ecclesia Sancti Eligii ad episcopum Ruthenensem, qui exstat pro tempore, institutio et destitutio spectaret rectoris et ecclesia Beate Marie del Serre de Condor, Ruthenensis diocesis, Hospitali vestro de Altobraco esset pleno jure subjecta, idem

1. Doat, 134, fol. 255-256, copie d'après l'original.

Digitized by Google

episcopus de consensu sui capituli et vos de ecclesiis [predictis] necnon et quibusdam terris, possessionibus et nonnullis locis, censibus et aliis rebus ad eumdem episcopum et vos divisim spectantibus, considerata partium earumdem mutua utilitate, diligenti deliberatione quamdam permutationem fecistis providam et salubrem, inter cetera continentem quod vos aliquem fratrem ejusdem Hospitalis presbiterum ad prefatam ecclesiam Sancti Eligii, cum vacat, presentare dicto episcopo idemque episcopus ipsum in ea instituere, si aliquod non obsistat canonicum, teneamini nec hujusmodi institutum ab ipso episcopo ab eadem ecclesia Sancti Eligii removere presumatis, dicto episcopo inconsulto, prout in litteris [1] inde confectis, eorumdem episcopi, capituli et vestri sigillis munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque, vestris supplicationibus inclinati, permutationem hujusmodi, sicut provide facta est, ratam et gratam habentes, eam auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo... Si quis... — Datum Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X° kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

171.

1289, 22 avril. Rome (Sainte Marie Majeure). — *Bulle de Nicolas IV portant approbation de la règle de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Nicolaus episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco, ordinis Sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, sal. et ap. bened. — Cum a nobis petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod cum bone memorie Petrus, episcopus Ruthenensis, vobis tunc alicui regulari ordini non astricti[s] in eodem Hospitali certam constituisset regulam et vivendi formam tradidisset, prout in lit-

1. V. l'acte n° 158.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* G. 404, copie informe papier, cotée n° 3 ; G. 406, copie informe papier, cotée n° 8, faite sur le parch. orig. coté HH. — Abbé Deltour, *op. cit.* pp. 285-286.

Digitized by Google

teris [1] ejusdem episcopi plenius continetur, vos a felicis recordationis Clemente papa, predecessore nostro, humiliter postulastis ut hujusmodi regulam auctoritate apostolica confirmaret. Idem vero predecessor noster, votis vestris gratiam Apostolice Sedis coaptans, abbati monasterii Bonevallis, Cisterciensis ordinis, ejusdem diocesis, suis sub certa forma dedit litteris [2] in mandatis ut si, consideratis debitis circumstantiis universis, que circa hoc existerent attendende, regulam hujusmodi honestam videret pariter et salubrem ac digne predictorum fratrum statui convenire, auctoritate sua confirmaret eamdem in Hospitali predicto perpetuis futuris temporibus observandam. Dictus autem abbas, mandatum apostolicum in hac parte diligenter et reverenter adimplens, consideratis accuratim circumstantiis premissorum, predictam regulam, quia eam honestam et salubrem ac digne statui vestro convenientem invenit, auctoritate premissa in eodem Hospitali observandam perpetuo confirmavit [3], predictarum apostolicarum litterarum forma omnino servata prout in litteris predicti abbatis inde confectis et suo sigillo signatis plenius dicitur contineri. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod per eumdem abbatem super hoc provide factum est ratum et gratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo... Si quis autem...— Datum Rome, apud Sanctam Mariam Majorem, X° kalendas maii, pontificatus nostri anno secundo.

172.

[1289, 6 juin (?)] — *Procès-verbal sur la tradition de la fondation de l'Hôpital d'Aubrac* [4].

Ad laudem Dei et justicie cultum, Xristi nomine et Virginis Marie invocato. — Quia vetus querela fuit et est inter reverendos patres episcopos Ruthenenses preteritos et modernum ex una parte, et reverendos patres etiam dompnos et prelatos Hospitalis et cenobii Beate Marie de Altobraco de-

1. V. l'acte n° 4. — 2. V. l'acte n° 98. — 3. En 1287. Cf. acte du 30 nov. 1694.

4. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, minute papier fin XIII[e] s., cotée n° II, n° 113, portant au dos : « Procès verbail fait le 6[e] juin 1289, par l'official de Rodez, sur la traditive (*sic*) de la fondation d'Aubrac. »

Digitized by Google

cessos et modernum partibus ex altera, super visitatione, procuratione, jurisdictione et synodatico, que prefati episcopi pretenderunt et modernus pretendit se habere in dicto Hospitali et ejus membris tam ratione rerum ecclesiasticarum quam personarum, prout in ceteris bonis ecclesiasticis et personis clericatis sue diocesis, ideo ad veritatem et ad extinctionem totalem dicte veteris querele veniendo, videntur sequentia fore advertenda breviter :

Et primo quod dictum Hospitale cum ejusdem ecclesia et cenobio fuit fundatum divina inspiratione et ut ibidem divinus cultus fieret, ubi dyabolicus per antea exercebatur et ut homines utriusque sexus inhibi frequenter transeuntes, peregrinantes et degentes salvarentur, foverentur et recrearentur. Nam, ut de multis pauca aliqua dicantur circa hujusmodi fundationem, est verum, notorium et manifestum in partibus ipsis quod quondam post Dominicam passionnem et tempore legis gratie, quam tenemus xristicole, quidam magnus et orthodoxus comes Flandrie, nomine Alardus, de peregrinatione Sancti Jacobi rediens et per alpes seu montes de Altobraco, ubi nunc situm est dictum Hospitale, cum suo magno cetu transiens et ibidem in periculo magno existens ad causam nimium frigoris et latronum ac pernoctans, nutu divino et voce angelica fuit admonitus ut ibidem Hospitale predictum construeret et dotaret in laudem Dei et genitricis Marie ac pro conservatione, salvatione et recreatione peregrinorum et aliorum diversorum commeantium ; quod et postmodum cupiens ut fidelis xristianus dictam divinam admonitionem adimplere perfecit ; ex quo enim domum propriam fuit reversus et dicto suo comitatui ac de aliis suis dominationibus et rebus laudabiliter disposuit, venit ad dictum locum de Altobraco, ubi nulla ad victum humanum necessaria neque circumquaque per duas fere leucas excrescunt et ubi pro maxima temporis parte nives et gelu foventur ac per ante sub aliquibus spelluncis et cavernis latrones, depredatores et homicid[e] latitabant ad depredandum et interficiendum homines et peregrinos illic transeuntes, ibidem dictum Hospitale cum dicto cenobio construxit et dotavit prout hodie cernitur et hoc

Digitized by Google

auctoritate Summi Pontificis et de consensu aliorum episcoporum circumvicinorum, precipue Ruthenensis, pro tunc existentium, prout verisimiliter creditur, quia alias non erat dicto comiti licitum construere seu erigere ecclesias vel cenobia. Et nicholominus dictus Alardus, comes, quamdiu a post vixit, relictis comitatu suo predicto et aliis bonis et terris suis, in dicto loco permansit et sanctam vitam sub regula beati Augustini cum aliis dicti cenobii duxit et tam in vita quam post decessum suum tot et tantis claruit miraculis quod meruit in cathalogo sanctorum describi et pro sancto reputari, prout reputatur et firmissime tenetur. — *Item* pariter advertendum quoad dictam fundationem Hospitalis et cenobii quod dictus sanctus Alardus, dum vivebat, statuit et ordinavit in dicto loco et ejus membris certum numerum militum, religiosorum, donatorum, fratrum et sororum pro famulatu et servitio divino et ad causam supradictorum inibi famulantium et deservientium sub regula beati Augustini. — *Item* voluit, statuit et ordinavit dictus sanctus Alardus in dicta fundatione quod unus dictorum religiosorum esset caput, dominus et magister aliorum, qui vulgariter nominaretur dompnus, cui ceteri religiosi et alii predicti sibi tanquam domino et prelato obedirent sub dicta regulari observantia, et quod ipse prelatus haberet administrationem rerum et personarum dicti Hospitalis et membrorum tam in spiritualibus quam temporalibus. — *Item* advertendum etiam quod dictus sanctus Alardus statuit et ordinavit quod, mortuo seu defuncto dicto dompno seu prelato, alius eligeretur comuniter a dictis religiosis et aliis predictis. — *Item* advertendum etiam quod premissa omnia tanquam pia, justa, sancta et canonica, ymo quodam modo divina, ut infra patebit, fuerunt per Summos Pontifices et alios inferiores antistites et prelatos laudata, approbata, auctorisata et confirmata ; et quod est majus, ab ipso Xristo eterno et vero sacerdote, in signum sue gratificationis et approbationis premissorum, ecclesia ejusdem Hospitalis et cenobii in honorem Ipsius et Ejus matris constructa, ministrantibus angelis suis, miraculose consecrata extitit.., [*La suite manque.*]

Digitized by Google

173.

1289, 16 juin. Millau. — *Accord entre Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, et la cour royale et seigneuriale de Laissac, au sujet de la justice des Bourines* [1].

COMPOSITIO DE LEBORINAS CUM REGE FACTA. — Noverint universi... quod cum dudum fuisset questio et contrastus inter religiosum virum fratrem Guillermum, dompnum de Altobracho, nomine domus et conventus sui de Altobracho, et grangerium de Leborinas ex una parte, et curiales curie de Laissaco pro domino nostro rege Francorum et pro nobili viro domino Guidone de Ceveriaco, milite, ex parte altera, super jurisdictione et mixto et mero imperio et usu et exercitio seu explecta eorumdem in predicta grangia de Leborinas et in terris et possetionibus ac tenementis ipsius grangie inferius limitatis, super quibus per dictam curiam de Laissaco fuerat plenarie inquisitum pro jure partium utrarumque. — Tandem, visa et diligenter inspecta inquisitione predicta pro jure cujuslibet partium predictarum pensataque utilitate curie supradicte, tractantibus domino Atone de Rupe, milite, et discretis viris domino P. Ramundi, majore judice Ruthenensi, domino G. de Brossinhaco, judice in Montanis, domino B. Gualteri[i], judice Amiliavi, inter nobilem virum dominum Aubertum de Nangevilla, militem, senescallum Ruthenensem pro illustrissimo domino Philippo, Francorum rege, et pro jure ipsius domini regis et predictum dominum Atonem de Rupe, militem, procuratorem predicti domini Guidonis de Ceveriaco, militis, ipsius nomine, ex una parte et inter predictum fratrem Guillermum, dompnum de Altobracho, pro se et conventu suo et domo et grangerio domus predicte de Leborinas ex altera, super premissis talis tractatus, ordinatio, declaratio et compositio amicabilis subséquens intervenit, videlicet : — quod predictus frater dompnus Guillermus, nomine domus de Altobraco et de Leborinas et grangerii, qui pro tempore ibidem fue-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *Livre des transactions*, n° 3, fol. IIII v°-VI r°. *A la marge* : correcta. — *Arch. départ. du Tarn-et-Gar.*, A, 142, copie pap., signée Bonal (XVII[e] s.) ; — A, 246, copie pap., signée Raynaldi, not. royal (1530).

Digitized by Google

rint, ipsius domus nomine, in grangia et tenemento seu territorio de Leborinas, prout protenditur ex parte ville de Laissaco versus Layssacum usque ad flumen Avarionis tantum, ex parte de Vonco versus Voncum usque ad mandamentum de Vonco, et versus Gabriacum prout limitabitur cum aqua de Dordo, et ex parte altera cum tenemento de Cruejols et cum tenementis de Monrosier et de Corrocergas, habeant et exerceant et habere et exercere possint per se et per suos deguerios seu banerios, decos seu banna juxta usum terre hactenus observatum et quod infra predictos fines et limites habeant et exerceant et habere et exercere possint cognitiones causarum civilium per se vel judices suos, et quod justum fuerit pro premisis exigant et explectent ; nec non quod inquirant et puniant et inquirere ac punire possint delinquentes pro ictibus per ipsos factis infra predictos limites tenementi de Leborinas absque sanguinis effusione, penam VII solidorum Ruthenensis monete curribilis tantum exigentibus de jure seu usu terre. — *Item* fuit actum et ordinatum specialiter inter partes quod de furtis levioribus seu simplicibus et adulteriis seu stup[r]is preter vim comissis necnon de sanguiniis levibus et aliis levibus criminibus per familiares predicte domus de Leborinas comissis infra domos ipsius grangie seu in area vel in scuris seu carreriis vel aliis locis contiguis tantum et existentibus circa domos ipsius grangie de Leborinas, grangerii, qui pro tempore ibidem fuerint, per se vel suos judices cognitionem habeant premissorum et etiam punimentum corrigendo sic comitentes ibidem et puniendo peccuniariter et quod exinde exactum fuerit quoquo modo sibi in solidum aplicando vel aliter leviter fustigando infra clausuram predicte domus seu grangie de Leborinas. — *Item* fuit actum et ordinatum specialiter inter partes predictas quod de sanguiniis comissis et bannis fractis et emendis et aliis exessibus penam tantum LX solidorum exigentibus de jure seu de usu vel consuetudine terre factis et comissis extra domos et cepta domorum predicte grangie de Leborinas, ut supra proxime est expressum, curia de Laissaco per se et curiales suos,

Digitized by Google

presente tamen grangerio dicte domus seu procuratore ipsius, inquirat et puniat et quod medietatem pene seu mul[c]te vel comodi inde exacti reddat et reddere teneatur absque difficultate qualibet grangerio dicte domus de Leborinis seu procuratori ejusdem. — *Item* fuit actum et ordinatum specialiter inter partes predictas quod si contingat quod emphiteota seu pagesius vel alius tenenciarius dicte domus de Leborinas comiteret infra predictos limites tenementi de Leborinas tale crimen, ex quo ipsius bona deberent confiscari de jure seu usu terre, quod possetiones quas teneret infra limites antedictos a dicta grangia seu grangerio dicte domus de Leborinas extra feudum liberum, ut supra dictum est, aplicentur predicte grangie nomine dicti Hospitalis de Altobraco seu grangerio ipsius, et feuda libera et cetera bona omnia predicti delinquentis, ubicumque fuerint, aplicentur in solidum predicte curie de Laissaco. — *Item* fuit actum et ordinatum etiam inter partes predictas quod predictus dompnus de Altobracho et grangerii, qui pro tempore fuerint, ipsius domus de Leborinas nomine predictam grangiam de Leborinas et nemora et pascua et alia culta et inculta et totum tenementum ipsius grangie possint vestire et desvestire et ipsis uti, prout eis videbitur faciendum, ita quod habitantes in predicta grangia et alias infra predictos limites et habitaturi in posterum sint liberi et immunes a toltis et collectis comunibus de Laissazes pro hiis que tenerent seu haberent infra limites antedictos tenementi de Leborinas superius expressatos. — De aliis vero omnibus criminibus et causis seu casibus ibidem contingentibus, exeptis superius exceptatis, curia de Laissaco in solidum per se et curiales suos tantum inquirat, cognoscat, puniat et condempnet prout de jure et usu seu terre consuetudine fuerit faciendum, et quod propter hoc exactum fuerit quoquo modo sibi applicet in solidum ut jus erit. Quarum penarum totalis executio fiat per dictam curiam de Laissaco extra predictam grangiam et limites superius nominatos et non infra, nec postellum seu furche infra predictos limites valeant erigi per dictam curiam de Laissaco. — Quam ordinationem et declarationem et com-

Digitized by Google

positionem predicte partes : dictus dominus senescallus, pro jure domini nostri regis, et dictus dominus Ato de Rupe miles, procuratorio nomine quo supra, pro jure dicti domini Guidonis de Ceveriaco, videntes et recognoscentes fore utilem curie de Laissaco, et domui de Altobracho non modicum fructuosam, visis et diligenter inspectis que per partes hinc inde probabantur, ratam et gratam habuerunt et ipsam expresse approbarunt et etiam confirmarunt et ipsam tenere perpetuo voluerunt et promiserunt nominibus quibus supra ac inviolabiliter observare ; promittens et concedens dictus dominus senescallus quod ipsam sigillo suo pendenti sigillabit, et idem dominus Ato faciet sigillari eandem sigillo pendenti dicti domini Guidonis de Severiaco, necnon dictus frater Guillermus, dompnus de Altobracho, sigillo suo et conventus sui sigillabit eandem ad majorem omnium firmitatem. — Hec acta, tractata et concessa fuerunt apud Amiliavum, in aula castri domini nostri regis, in assizia Amiliavi, die jovis proxima post festum beati Barnabe apostoli, anno Domini M°CC°LXXX°IX° in presentia et testimonio predictorum tractantium et domini B. Aldoi, militis, [et] domini Flori Agni, canonici Ruthenensis. — Et nos Aubertus de Nangevilla, miles, senescallus Ruthenensis, et Guido de Severiaco, miles, et frater Guillermus, dompnus Hospitalis de Altobraco, predicta grata et rata habentes, in fidem et testimonium premissorum, ad eternam rei memoriam sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

174.

1289, 16 juin. Rieti. — *Concession d'indulgences aux bienfaiteurs de l'Hôpital d'Aubrac par Simon, archevêque de Bourges et primat d'Aquitaine* [1].

Universis presentes litteras inspecturis, Simon, Dei gratia Bituricensis archiepiscopus, Aquitaniarum primas, salutem in Domino sempiternam. Licet Is de Cujus munere venit ut sibi a suis fidelibus digne ac laudabiliter ser-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 406, 2 copies informes papier du *vidimus* fait par l'official de Rodez. (1324 (n. s.), 30 janv.), cotées N°s 9 et 11. — V. p. 31 note 2.

Digitized by Google

viatur de abundantia pietatis sue et vota bene servientibus multo majora tribuat quam valeant promoveri, desiderantes tamen reddere Domino populum acceptabilem, fideles Xristi ad complacemdum Ei quasi quibusdam allectivis muneribus, videlicet indulgentiis et remissionibus, invitamus ut exinde reddantur divine gratie aptiores. Cupientes igitur ut domus et fratres Hospitalis de Altobraco ordinis Sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, congruis honoribus frequententur et a cunctis Xristi fidelibus jugiter venerentur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictos domum et fratres manus porrexerint adjutrices seu in extremis laborantes quidquam facultatum suarum legaverint vel quotiescumque pias eleemosinas suas eisdem miserint vel donaverint, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum Ejus, auctoritate confisi, XL[a] dies indulgentiarum concedimus in Domino Jhesu Xristo, hac nostra indulgentia perpetuis temporibus valitura. In cujus rei testimonium presentibus litteris nostrum sigillum duximus apponendum. — Datum Reate, XVI[a] die mensis junii, anno Domini M° CC° LXXX° IX°, indictione II[a].

175.

1289, 25 juin. — *Vente de la moitié du mas de la Peyrieyra, ès appartenances de Saint-Chély d'Aubrac* [1].

« *Item* instrumentum confectum anno M° CC° LXXXIX° et die sabati post festum beati Johannis Babtiste, quo cavetur quod Trebals lo torniers pro se et suis vendidit Durando Balitran medietatem mansi vocati de la Peyrieyra, siti in parrochia Sancti Elegii : qui mansus confrontatur ab una parte sicut aque verse et vadunt ferire usque ad fontem montis d'Aulas, qui fons est in latere dicti montis, et sicut movet de dicto fonte et vadit ferire usque ad terminos ubi homines Sancti Elegii habent usum pascendi et sicut movet de dictis terminibus et transit per la Vernha et vadit ferire subtus metam de Camlonga, subtus lo fau, et tenet seu capit totam arti-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, Reg. n° 19, fol. 5 v°.

Digitized by Google

gam et sicut vadit ferire in fonte qui est in estrata publica, sicut aque verse, et si qui alii etc. ; precio XIII librarum Ruthenensium. Et signatur per licteram L. »

176.

1289, 18 juillet. Rieti. — *Bulle de Nicolas IV mettant sous la protection du Saint-Siège l'Hôpital d'Aubrac avec ses dépendances, et lui accordant de nouveaux privilèges, avec la confirmation des anciens* [1].

CONFIRMATIO PRIVILEGIORUM PER NICHOLAUM PAPAM FACTA. — Nicholaus episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis dompno Hospitalis de Altobraco omnibusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. — Religiosam vitam... [*ut supra, p.162*]. Eapropter, dilecti in Domino filii... [*ut supra, p. 162*]. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus... [*ut supra, p. 162*]. Preterea quascumque possesiones... [*ut supra, p. 162*]. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis : locum ipsum in quo prefatum Hospitale situm est cum omnibus pertinentiis suis, in prefata dyocesi Ruthenensi ; et ecclesiam de Erinhac cum capellis de Monteferrario, de Bertolena et de Leborinas ab ea dependentibus, decimis, terris, vineis, possecionibus et aliis pertinentiis suis ; ecclesiam de Levinhac cum capella dependenti ab ea ; ecclesiam de Sancto Helegio cum omnibus pertinentiis suis ; villam de Masclat cum terris, possecionibus, pratis, silvis, pascuis et omnibus aliis pertinentiis suis ; villam de Pratis et temporalem jurisdictionem quam habetis ibidem cum grangia, terris, possecionibus, pratis,

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. *Livre des transactions*, n° 47, fol. LXXXXIIIr°-LXXXXVI v°. *A la marge* : Correcta. Anno Domini M° CC° LXXIIII°, III mense marcii. — G, 404, copie en forme papier, cotée n° 7, faite d'autorité de justice et portant les signatures mentionnées à la note 3 de la p. 161. — G. 406, copie informe papier, cotée n° 8, faite sur l'original coté D. — Doat, 134, fol. 267-274, copie d'après l'original ; fol. 257-266, *vidimus* d'autre *vidimus* (Rodez, mardi avant l'Annonciation [19 mars 1325 n. s.]), fait à Rodez le 29 mars 1399. Les deux *vidimus* faits par l'official de Rodez et transcrits : le premier par Guillaume de Masato, Pierre Cluselli et Jean Gasc, notaires et greffiers assermentés de l'officialité ; le 2e par Jean Borias, clerc, not. épiscopal, Hugues Jaqueti, clerc et not. épiscopal et Guillaume Textoris, clerc, not. épiscopal, impérial et comtal. Le 1er est signé : Clusel ; le 2e fait en présence de Hugues Melet de la Cité et de Guillaume Vidal, « tonsor pannorum » du Bourg de Rodez, portait les seings manuels desd. Borias, Jaqueti et Textoris.

Digitized by Google

vineis, nemoribus, pascuis, molendinis et universis pertinentiis suis ; villam de Condor et villam dictam la Reginaria ac temporalem jurisdictionem quam in eisdem villis habetis cum terris, possecionibus, vineis, pratis, silvis, paschuis, molendinis et ceteris pertinentiis earumdem ; villam da Melet et temporalem jurisdictionem quam habetis ibidem cum grangiis, terris, possecionibus, pratis, vineis, silvis, pascuis, molendinis et omnibus pertinentiis suis ; hospitale juxta muros civitatis Ruthene situm cum capella, decimis, terris, possecionibus, pratis, vineis, silvis, pascuis, molendinis et reliquis pertinentiis suis ; hospitale de Najaco cum terris, possessionibus, pratis, vineis, silvis, paschuis et aliis pertinentiis suis ; hospitale de Boadone cum capella et pertinentiis suis ; grangiam de Cassanode cum capella, decimis, terris, possecionibus, pratis, silvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis ; de Vabre, de Pratis, de Cisternas, de Bonafon e d'Aulas grangias cum terris, possecionibus, pratis, vineis, silvis, pascuis et omnibus aliis pertinentiis earumdem ; grangiam dal Vilar cum universis pertinentiis suis ; da Leborinas et d'Ebilac grangias cum decimis, terris, possecionibus, pratis, silvis, pascuis, molendinis et omnibus pertinentiis earumdem ; domum Amiliavi cum terris, possecionibus, vineis et omnibus pertinentiis suis ; terciam partem ville de Betelha cum omnibus pertinentiis suis ; totum territorium del Serre de Condor vulgariter appellatum cum villulis, mansis, maneriis, pratis, nemoribus, pascuis et aliis pertinentiis suis ; mansum del Cluzel cum terris, possecionibus, pratis, vineis, silvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis ; de Caussanel, Ladreh, de Raphi, de Regausso, dal Boysso, dal Vilar Sobeira, dal Tel et de la Pojada mansos cum terris, possecionibus, pratis, vineis, pascuis, molendinis et omnibus pertinentiis eorumdem ; mansum quoque de Serra cum omnibus pertinentiis suis ; de Solatge, de Grezas, de Crosetz, de Lenso, de Librossas et de Copiac mansos cum terris, possecionibus, pratis, vineis, silvis, pascuis et ceteris pertinentiis eorumdem ; — *in dyocesi Mimatensi* : ecclesiam Sancte Marie de Nabinals et ecclesiam de La Faja necnon et capellam de Las Planhas cum decimis et uni-

Digitized by Google

versis pertinentiis earundem ; hospitale da Lhuc cum terris, possecionibus, pratis, vineis, silvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis ; hospitale da Chirac ac de Marologio hospitale cum capellania, decimis, terris, possecionibus, pratis, vineis, pascuis, silvis et aliis pertinentiis suis ; villam de Nabinals et villam de la Faja et temporalem jurisdictionem quam in eisdem villis habetis cum terris, possecionibus, pratis, vineis, pascuis, silvis, molendinis et universis aliis pertinentiis earumdem ; grangiam dal Salhens cum decimis, piscationibus, pratis, silvis, pascuis et omnibus pertinentiis suis ; de Las Planhas et de Salelas grangias cum terris, pratis, possecionibus, nemoribus, pascuis et ceteris pertinentiis earumdem ; mansum de Cogossac cum decimis, terris, possecionibus, pratis, pascuis et molendinis cum aquarum decursibus et omnibus pertinentiis suis ; de la Besaireta, del Mas Chicbert, de Gratapalha, de Monfelgos, de Combafelgeira, dal Broet, da Mongrosset, de Mongros, del Chier, et de Bagoieiras mansos cum terris, possecionibus, pratis, silvis, pascuis, molendinis et universis pertinentiis eorumdem ; mansum de Priondas cum omnibus pertinentiis suis ; del Vidrinel, de Lhucsalt, dels Faus, de Brio, del Caslar, dels Forns [et] de Gran Vilar mansos cum terris, possecionibus, pratis, silvis, pascuis, molendinis et ceteris pertinentiis eorumdem ; — *in dyocesi Claromontensi :* ecclesiam de Maurinas et capellam de la Moleta, cum decimis et omnibus pertinentiis earumdem ; villam de Monclergue cum omnibus pertinentiis suis et temporalem jurisdictionem quam habetis ibidem ; de la Moleta et de Maurinas villas et jurisdictionem temporalem, quam in eisdem villis habetis, cum terris, possecionibus, pratis, silvis, pascuis, molendinis et universis pertinentiis earumdem ; — *in Nemausensi dyocesi* : hospitale de Anducia cum omnibus pertinentiis suis, cum terris, pratis, nemoribus, vineis, usatgiis et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. — Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis et de quibus aliquis hactenus non percepit sive de vestrorum animalium nutrimentis

Digitized by Google

nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque... [*ut supra, p. 165*]. Pro[h]ibemus insuper... [*Ibidem*]. Cum autem generale interdictum... [*Ibid.*]. Crisma vero... [*Ibid.*]. Prohibemus insuper... [*Ibid.*]. Ad hec novas... [*Ibid.*]. Sepulturam quoque... [*Ibid.*]. Decimas vero... [*Ibid.*]. Obeunte vero te... [*Ibid.*]. Paci quoque... [*Ibid.*]. Preterea omnes libertates... [*Ibid.*]. Decernimus ergo... [*Ibid.*]... in predictis decimis moderatione consilii generalis. Si qua igitur... [*ut supra, p. 6*].

Rota [1] : Sanctus Petrus. Sanctus Paulus. Nicolaus papa IIII. — *Exergue* : Super servum tuum † illuminare faciem tuam. — *Monogramme* : Bene valete.

† Ego Nicolaus, Catholice ecclesie episcopus.

† Ego frater Matheus, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbiter cardinalis, ss. [= subscripsi].

† Ego frater Hugo, tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, ss.

† Ego frater Latinus, Ostiensis et Velletrensis episcopus, ss.

† Ego Geraldus, Sabinensis episcopus, ss.

† Ego Bernardus, Portuensis et Sancte Rufine episcopus, ss.

† Ego Johannes, Tusculanus episcopus, ss.

† Ego Bertrandus, Penestrinus episcopus, ss.

† Ego Matheus, Sancte Marie in Porticu diaconus cardinalis, ss.

† Ego Neapoleo, Sancti Adriani diaconus cardinalis, ss.

Datum Reate, per manum magistri Johannis, decani Baiocensis, Sancte Romane Ecclesie vicecancellarii, XV° kalendas augusti, indictione II^a^, incarnationis Dominice anno M° CC° LXXX° IX°, pontificatus vero domini Nicolai, pape quarti, anno secundo.

177.

1289, 10 novembre. Laissac [2]. — Bail acapte par Guillaume *de Bosquelo*, prêtre et domp de l'Hôpital d'Aubrac, à seigneur Arnald *de Ruppe*, chevalier, de deux pièces de

1. Ce qui suit est tiré de Doat.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : I, n° 314 et LXXXXIIII. — Sommaire du même acte (coté I), cf. reg. coté n°° 333 et 24, fol. 3 v°. *A la suite on lit* : Sciendum quod dictas terre pecias tenet Ramundus de Roqua, dominus de Grun modernus [1466].

Digitized by Google

terre au terroir du mas de *Grunh* : l'une d'elles confrontant avec la combe *dels Brunencs*, jardin de l'emphitéote, chemin de la Guiraldie au moulin d'*en Barata* ; et l'autre avec chemin de *Grunh* à Saint-Saturnin, terroir du mas d'*Ameillau*, chemin de la Capelle et terroir *dels Brunencs*. Cens annuel : 1 setier froment, mesure de Millau, à la Saint-Michel ; lods et ventes : 1 d. par sol. Droit d'entrée : 20 s. tournois. Fait à Laissac, dans la cour de Me Durand de *Mossaur*, présents : Durand de Montamat, Guillaume de Peyroles, frères de l'Hôpital d'Aubrac, Me B. *de Monmejha*, Guillaume de Favars, P. Colrat de *Lelna*. Notaire recevant : Etienne *Maurelli*, not. royal du mandement de La Roque-Valzergue. — [*Seing manuel du notaire.*]

178.

1290, 4 mai ou 21 septembre (*die jovis post festum Sancte Crucis*) [1]. — Bail acapte consenti par frère Guillaume *de Bosquelo*, domp ou commandeur (*preceptor*) de l'Hôpital d'Aubrac, avec l'assentiment *tocius conventus, prout est moris, in capitulo congregati*, à Jean Teyssèdre, de la moitié de la grange ou mas du *Vialar Soteyra*, sis dans la paroisse de Saint-Chély-d'Aubrac (*Sancti Egidii d'Albrac*) ; lad. grange ou mas confrontant, d'une part : *cum ruppe de la Bosqueta et sicut tendit de dicta Ruppe versus pratum d'Alazart, et sicut tendit de dicto prato usque in aquam vocatam Boralda ;* d'autre part : *cum manso vocato lo Vialar Sobeyra ;* d'autre part : *cum quodam manso vocato lo Boysso ;* d'autre part : *cum rivo qui movet de dicto manso del Boysso et tendit versus aquam de Boralda* ; — du champ *seu medietatem campi de Penitencia, exceptis VIII sextariatis terre dicti campi de Penitencia, quas VIII sextariatas tenet Deodatus del Boysso... a dicto Hospitali, excepto etiam molendino nostro, quem dicta grangia diu tenere consuevit, qui est positus seu edificatus in aquam... de Boralda* ; — de la montagne de *la Calm, seu medietatem dicti montis quem dicta grangia, diu est, semper laborare consuevit ;* — d'un pré dit *Prat*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* — H. Hôpital d'Aubrac, rouleau parchemin de 1406, coté n° 5. — V. l'acte du 12 mai 1406.

Digitized by Google

Vialaretz, quod dicta grangia semper tenuit et posseait; quod pratum de Vialaretz nec eciam mons de la Calm non sunt infra confrontationes superius nominatas; le tout est donné au preneur *pro indiviso.* — Droit d'entrée : 25 livres Rodanoises, dont quittance. — Le tout est exempt du droit de quart ou de quint à l'exception du champ ou de la moitié du champ *de la Calm, in quo rettinemus quintum omnium bladorum, in dicto monte adcressencium seu excrescendorum usque in brois seu e las* [*broas*], *et infra dictas broas nichil des nec dare tenearis preter censum.* — Si le preneur se retirait du bien inféodé d'ici à 10 ou 12 ans, le tout reviendra à l'Hôpital sans que l'emphitéote puisse rien vendre ni aliéner. — *Item volumus nos predictus dompnus... et concedimus tibi et tuis quod possitis capere et accipere terre dicti Hospitalis ligna et herbas et herbalgia et aquas, sicut homines del Serre faciunt et diu facere consueverunt. — Item concedimus tibi dicto Johanni quod non sis nec esse debeas de collecta sive tallia hominum del Serre de Condor, videlicet quantum ad illas X libras quas nobis et dicto Hospituli tenentur dare et solvere annuatim nomine collecte seu tallie* [1], *sed tantum volumus quod sis de consuetudine aliorum hominum terre dicti Hospitalis, videlicet ad servicia et collectas dandas dicto Hospitali.* Censive annuelle : 70 sols Rodanois, une géline *in quolibet igne habitancium in medietate predicti mansi et unam libram cere in dicta tota medietate,* 10 setiers de seigle et 4 set. d'avoine, à la St-André; *item et alia servicia sicut de omnibus terre nostre et dicti Hospitalis percepimus... — Item concedimus tibi dicto Johanni quod possis facere devesiam in medietate dicti mansi sicut alias dicta grangia facere consuevit, exceplo quod dictam devesiam non possis deffendere supra viam, videlicet de via que tendit de Condor versus ecclesiam, a festo videlicet beati Andree apostoli usque ad festum Pasche, quamvis alio tempore bene possis. — Item concedimus tibi dicto Johanni et tuis quod possis tenere in medietate predicti mansi et in aliis pascuis del Serre de Condor CC et L oves seu animalia,*

1. V. l'acte n° 132.

Digitized by Google

preter illa que yvernabis seu per yemem tenebis in predicta medietate mansi predicti et hoc concedimus tibi per statem tantum. — Fait à l'Hôpital d'Aubrac, *in ecclesia*, — presents : *dominus Petrus Montanha, dominus Bernardus Poncii, dominus Arnaldus Sigaldi et dominus Johannes de Benaven, presbiteri, et dominus Brengarius de Mayrueys et dominus Robbertus de Quintinhaco, milites, et Deodonatus et Bertrandus* [1] *Praderii et Johannes de Cazalis et Johannes dels Chambos* [2], *fratres dicti Hospitalis, et frater Petrus de Ruppelaura, bajulus loci del Serre de Condor. Et ego Rigaldus Meleti, publicus notarius dicti Hospitalis, qui*, etc...

179.

1290, 4 mai ou 21 septembre (*die jovis post festum Sancte Crucis*) [3]. — Bail acapte de l'autre moitié de tous les immeubles compromis dans l'acte précédent (*n° 178*), consenti par Guillaume *de Bosqueto*, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Ramond, Jean, Bernard et Guillaume *Crozatz*, frères, sous les mêmes clauses, réserves, facultés et censive. Droit d'entrée : 15 livres Rodanoises. Fait à l'Hôpital d'Aubrac, *in ecclesia*, en présence des mêmes témoins et notaire.

180.

1290, 23 mai, Saint-Chély [4]. — Bail acapte consenti par Olric *de Rupe*, chevalier, au nom de noble Guillaume d'Estaing, et par frère Pierre de Roquelaure, au nom de frère Guillaume du Bousquet, domp d'Aubrac, à Pierre *Canuti*, d'un mas dit *dels Tozes* et d'un autre mas appelé *dels Calcidors*, paroisse de Saint-Chély. Le mas des Touzes appartenait par égales parts aux dits d'Estaing et domp d'Aubrac et le mas *dels Calcidors* pour deux tiers (*duas partes*) audit domp ; confrontant en corps avec Boralde, terres dudit Hôpital, *broa de Peluca* et ruisseau qui va de la fontaine des Touzes à Boralde. Droit d'entrée : 20 s. Rodanois, dont quittance. Le preneur pourra faire prés et

1. *L'acte n° 179 porte :* Robbertus. — 2. dels Cambos.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, rouleau parchemin de 1406, coté n° 5. — V. l'acte du 12 mai 1406.

4. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Registre pap. n° 5 (Belvézet) fol. 49-50, copie en forme, signée : Textoris, not.

Digitized by Google

champs, sans quart ni quint. Censive due à l'Hôpital : 1 setier avoine, 1 setier seigle, 7 s. Rodanois, une géline et *unum sechorem*, à la saint André ; censive due au seigneur d'Estaing : 5 coupes avoine, 6 coupes seigle, 6 s. Rodanois, 1 géline et *unum sechorem*, à la saint André. Le bailleur ne lèvera ni taille ni service (*servicium*). Le preneur pourra construire dans lesd. mas moulin et four, *sine aliquo servicio*, et prendre de la terre de l'Hôpital l'eau nécessaire pour le moulin et l'arrosage des prés (*ad asaquandum prata*) sous le cens de 4 deniers. -- Fait à Saint-Chély, *in fornello* de *la caminada ;* — témoins : *P. d'Aulas*, prêtre, frère Guillaume *Colssarans*, Etienne *Durbecz*, prêtres, frères dud. Hôpital, Pierre *Bonals*, *Pojolinus*, *P. Blancz*, Bertrand de Saint-Chély et P. *Girbals*. Notaire recevant : Rigal *Meleti*, notaire dud. Hôpital.

181.

1290, août, Paris. — *Lettres du roi Philippe IV, confirmant les lettres d'amortissement du sénéchal de Rouergue* (1290, 3 juillet, Villefranche) *au sujet de certaines terres acquises par l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Philippus, Dei gratia Francorum rex, universis presentes litteras inspecturis salutem. — Notum facimus quod nos litteras quasdam sigillo Auberti de Nangevilla, militis, senescalli nostri Ruthenensis, sigillatas vidimus in hec verba :

Nos Aubertus de Nangevilla, miles, senescallus Ruthenensis, pro illustrissimo domino Philippo, Dei gratia Francorum rege, notum facimus universis quod, facta inquisitione diligenti de mandato curie domini nostri regis per viros idoneos ad hec specialiter deputatos super terris, mansis, possessionibus, redditibus et aliis juribus et rebus immobilibus quibuscumque in senescallia predicta Ruthenensi, per dompnos Hospitalis Beate Marie de Alto-

1. Doat 135, fol. 1-5, copie d'après l'original. — *Arch. dép. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, copie en forme pap., tirée de l'original en parchemin muni d'un sceau de cire verte à fleurs de lys, pendant sur lacs de soie verte et rouge, cotée Num° II, liasse XXIV, titre 2° ; lad. copie signée Dallo not., et led. orig. exhibé et retiré par Calciat, prêtre, chanoine régulier, controlleur et garde des archives d'Aubrac.

Digitized by Google

braco et grangerios seu fratres predicti Hospitalis, nomine lucrativo vel oneroso seu quolibet alio titulo acquisitis in feudis et retrofeudis domini nostri regis, invenimus a L[a] annis citra usque ad X et VIII annos proxime jam elapsos ipsos emisse possessiones et redditus, tam in pecunia quam in blado et in aliis rebus, ut sequitur, in annuis redditibus extimatos per bonos viros patrie fideles et juratos juxta usum et commune forum senescallie predicte, videlicet : a Begone d'Arinhac, quoddam pratum Sanharra, in parrochia d'Erinhaco, valens X solidos Ruthenenses ; — *item* a domino Radulpho de Favars, milite, territorium de Canticubas, valens V solidos Ruth. ; — *item* a domino Hugone de Montelh et parciariis suis, nemus vocatum Boscau, valens XL solidos Ruth. — *item* ab eodem milite, quendam campum juxta podium de Vinhobre, valentem XVI solidos Turonenses ; — *item* a domino Deodato Bonafos, milite, territorium dels Clausels, valens XVI solidos Turon. ; — *item* a Guillelmo del Chier, quoddam territorium in podio del Fraisser, valens XVI solidos Turon.; — *item* a domino Maurino de Rupelaura, quendam campum in podio del Fraisser, valentem XVI solidos et IV denarios Turon. ; — *item* a Petro Guillelmi, quoddam territorium in Calme de Pratis, valens X et VIII solidos Turon. ; — *item* a Guillelmo de Belveser, mansum de La Fabrega, valentem XXV solidos Ruth.; — *item* apud Amiliavum, quamdam domum a R. Guirberto, valentem X solidos Turon. ; — *item* ibidem, in quadam domo Tholomee, I [sol.] Turon., et in quadam alia domo, III solidos Turon. — Et a X et VIII annis citra proxime jam elapsis, videlicet : ab. Aymerico de Altobraco, mansum vocatum Solacrop, valentem XX et VI solidos Ruth.; — *item* a Guillelma Mancilla, quoddam territorium de Caussanel, valens X solidos Ruth. ; — *item* a Bernardo Hugonis, quandam vineam apud Clausavinha, valentem XV solidos Ruth.; — *item* ibidem, a Guillelma Garina, quamdam vineam, valentem X solidos Ruth.; — *item* ibidem, a Petro Olivier, quandam domum, valentem XV solidos Ruth.; — *item* apud Amiliavum, quamdam vineam in Creso Amiliavi, valentem XX solidos Turon. ; — *item* de na Fiansa,

Digitized by Google

quamdam vineam el Barre, valentem VI libras Turon.; — *item* dels Odos, quandam domum, valentem XV solidos Turon.; — *item* a Geraldo Erra, mansum de Beraldesc, valentem XL solidos Ruth. — Et etiam predictum Hospitale in helemosinam habuisse a L[a] annis citra, videlicet : in bailivia Ruppis Vallissergie, a Petro Augerii, mansum de Calse, valentem LX solidos Turon.; — *item* a Gauscelino de Bosco, quoddam territorium in parrochia Sancti Saturnini, valens XXIV solidos Turon.; — *item* ibidem, a Bertrando Garini, quedam territoria, valentia IV solidos[1] Turon.; — *item* ibidem, a Guillelma de Ribas, quedam territoria, valentia XVI solidos Turon.; — *item* ibidem, a domino Berengario de Ma[i]rueis, milite, quedam territoria, valentia IV libras et XII solidos Turon.; — *item* a domino Hugone de Planhas, milite, mansum de Puechmeja el Fraisse, valentem L solidos Turon.; *item* ab Huga Jordana, apud Petramfixam, quedam territoria, valentia XXVII solidos Turon.; — *item* in bailivia Sancti Genesii : a Guillelmo d'Albiac, census et possessiones in villa de Pratis, valentes VI libras Ruth.; — *item* in terra communi de Laissazes : a Guillelmo de Vesinh, possessiones et prata in parrochia d'Erinhaco, valentia XIV libras Ruth.; — *item* ibidem, a Petro Carbonelli, mansum de Bellovisu, valentem LX solidos Turon.; — *item* ibidem, a Bertrando Saurini, quartam partem mansi de La Moliena et quedam alia territoria, valentia XVI solidos Turon.; — *item* a Begone de Erinhaco, quemdam ortum apud Montferrie, valentem VI denarios Ruth.; — *item* in bailivia de Gleiola : a domino Maurino de Ruppelaura, milite, mansum de Planha, valentem XLI solidos Turon.; — *item* ab Helits de Solatge, XII denarios Ruth., in quodam prato de Solatge; — *item* a Guillelma Bladieira apud Clausavinha, duas vineas et quamdam terram, valentes XL solidos Ruth.; — *item* ibidem a Petro Bladier, quamdam domum et unum ortum, valentes X solidos Ruth.; — *item* in bailivia de Najaco : a Guillelmo de Cadola, sextam partem ville de Betelha, valentem C solidos Ruth. — Pro qui-

1. *Copie en forme papier :* libras.

Digitized by Google

bus predictis annuis redditibus, quatuor et sex et octo annorum valore diligenter inspecto juxta traditam a curia nobis formam, frater Guillelmus de Bosqueto, dompnus et preceptor Hospitalis de Altobraco, predicti nomine Hospitalis et conventus ejusdem, pro amortisamentis omnium premissorum, finavit nobiscum, vice et nomine domini nostri regis, ad CC L libras Turon. nigrorum. Quam financiam acceptantes vice et nomine quo supra, predicta omnia superius expressata per ipsos taliter acquisita laudamus predicto dompno et fratribus et conventui Hospitalis de Altobraco predicti et perpetuo confirmamus, retenta in omnibus voluntate domini nostri regis, recognoscentes predictam peccunie summam fuisse receptam per thesaurarios domini nostri regis et in ejus computis Parisius fuisse redactam. De qua peccunie quantitate, vice et nomine quo supra, tenemus nos pro paccatis et predictum dompnum, nomine Hospitalis et conventus sui, et ipsum Hospitale de predicta peccunie quantitate, auctoritate domini nostri regis, solvimus perpetuo et quitamus. In quorum omnium robur et testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. — Datum apud Villamfrancham, die lune proxima post festum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M°CC°LXXXX°.

Nos autem financiam predictam ratam et gratam habentes, premissa omnia et singula, prout superius exprimuntur, volumus, laudamus et etiam aprobamus, volentes et concedentes quod dicti fratres et eorum successores possessiones et redditus antedictos perpetuo teneant, habeant et possideant ac explectent pacifice et quiete, absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo tamen in aliis jure nostro et jure quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. — Actum Parisiis, anno Domini M° CC° LXXXX°, mense augusti.

Digitized by Google

182.

1291 (n. s.), 23 mars. Rodez ; 1291, 26 mai. Arsac. — *Actes d'après lesquels l'hôpital Saint-Georges de Bozouls est soumis pour le temporel à celui d'Aubrac par Henri II, comte de Rodez, avec hommage antérieurement rendu par B. Duval, domp de Bozouls, au comte de Rodez* (1282 n. s., 2 janvier) [1].

Noverint universi... quod cum reverendus pater dominus Ramundus, Dei gratia Ruthenensis episcopus, attenta et inspecta utilitate hospitalis Sancti Georgii de Boadone et divini cultus et religionis augmento circumspecto, ipsum hospitale quoad regimen animarum et alia spiritualia submisisset et subposuisset Hospitali pauperum Beate Marie de Altobraco et religioso viro fratri Guillelmo, Dei gratia dompno ejusdem Hospitalis de Altobraco, nos Henricus, Dei gratia comes Ruthene, patronus dicti hospitalis Sancti Georgii et quoad temporalia ejusdem hospitalis dominus, pro nobis et successoribus nostris predictam submissionem ratam, gratam et placitam habentes, universa temporalia prefati hospitalis Sancti Georgii, nos ratione dominii, jurisdictionis et senhorie submissa, attenta utilitate hospitalium predictorum, premissa temporalia universa et singula dicti hospitalis Sancti Georgii et ipsum hospitale et fundum et locum ejusdem cum juribus et pertinentiis suis prefato Hospitali de Altobraco et ejus dompno submittimus submissione reali, et hoc amore Dei et intuitu pietatis et in remissione peccatorum nostrorum et parentum nostrorum, qui ad dictum hospitale magnam devotionem habuerunt fundando et dotando, de bonis suis eidem hospitali pietatis intuitu conferendo et acquisita per ipsum hospitale sub predecessorum nostrorum dominio amortiendo et amortiri permittendo et etiam helemosinando. — Quam quidem submissionem dicti hospitalis et jurium et temporalium et pertinentiarum ejusdem facimus, retento nobis et successoribus nostris in prefato hospitali Sancti Georgii jure patronatus quod nos

1. Doat, 134, fol. 238-251, copie d'après la grosse originale. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, copie informe papier, XVIII[e] s., cotée : 87.

Digitized by Google

habebamus et predecessores nostri ab antiquo habuerunt et habemus in eodem. — Volumus insuper quod predictum hospitale Sancti Georgii et ejus jura et temporalia universa regantur et gubernentur per preceptorem ibidem continuam residentiam facientem, qui sit de confratribus dicti ordinis dicti Hospitalis de Altobraco, qui etiam in ipso hospitali Sancti Georgii per dictum dompnum dicti Hospitalis de Altobraco instituatur et destituatur per dictum dompnum libera voluntate ; et mox cum fuerit per dictum dompnum institutus infra mensem a tempore dicte institutionis computandum, idem institutus teneatur nos et nostros adire presentes in dicto comitatu nostro, vel si absentes eramus, statim nos requirere et successores post regressum nostrum supra recognitione facienda et recognitionem dicti hospitalis et universorum temporalium ejusdem et homagium facere et fidelitatem promittere et jurare et juratam servare, predicti hospitalis et jurium ejus ratione et causa ; que recognitio, promissio, fidelitas et juramentum insimul renovabuntur ad mutationem dicti rectoris dicti hospitalis vel comitis seu comitum Ruthene. — Retinemus etiam in dicto hospitali Sancti Georgii premissorum jure patronatus, fundationis, dotationis et amortisationis, dominationis et senhorie ratione et causa quod preceptor dicti hospitalis Sancti Georgii teneatur institui et instituatur presbiter per dictum dominum dompnum Hospitalis de Altobraco ; et nisi tempore sue institutionis ille preceptor erat presbiter, quod infra annum a tempore sue institutionis se faciat in presbiterum ordinari et ordinatus teneatur quotidie, cum commode poterit, per se vel per alium missam celebrare et pro nobis et anima nostra et parentum et predecessorum nostrorum et benefactorum dicti hospitalis oret tam pro vivis quam defunctis ut capellanus et successorum nostrorum specialiter. — Volumus etiam et retinemus quod dictus institutus non possit in dicto hospitali fratres, donatos sèu conversos recipere seu instituere, sive sint portantes habitum dicti hospitalis sive non, nisi cum voluntate et assensu prefati dompni de Altobraco, nisi homines vel mulieres de Boadone, quo[s] volumus quod possit reci-

Digitized by Google

pere et in ipso hospitali instituere et vestire evidenti utilitate prefati hospitalis Sancti Georgii imminente.

Et nos frater Guillelmus, dompnus predicti Hospitalis de Altobraco, pro nobis et pro dicto Hospitali et fratribus et successoribus nostris et nostrorum ipsius Hospitalis, predictam submissionem et alia universa et singula supra scripta et contenta recipientes a vobis domino comite supra scripto cum modis, conditionibus et pactionibus supra contentis et expressatis, promisimus pro nobis et conventu et Hospitali predicto vobis dicto domino comiti , stipulanti et recipienti pro vobis et successoribus vestris, predicta universa et singula supra a vobis expressata et retenta in hospitali predicto servare et attendere et complere et contra non venire et teneri et servari et compleri facere cum efficacia per rectorem et rectores in dicto hospitali Sancti Georgii instituendum et instituendos per nos et successores nostros ; retento tamen et condicto quod per incartamentum super submissione dicti hospitalis factum inter nos et vos, scriptum per manum magistri Guillelmi Poncerii, notarii quondam, non possit huic incartamento, si quid aliud contrarium erat in predicto incartamento, prejudicium generari. — Volumus etiam et concedimus quod acessamentis et laudimiis et alia bassa seu inferiori usque ad VII solidos jurisdictione utamini et habeatis, nobis tamen superiori omnimoda alia jurisdictione retenta, prout inter nos ex una parte et dominum Bernardum de Valle, dompnum quondam hospitalis predicti, ex altera fuit ordinatum, prout in quodam instrumento inde facto per manum magistri Stephani Sabrerii, notarii publici comitatus Ruthene, continetur. Cujus instrumenti tenor inferius continetur.

Et ibidem dominus Bernardus de Cenareto, de mandato speciali dicti domini dompni ibidem presentis, recognovit et confessus fuit se tenere a dicto domino comite dictum hospitale Sancti Georgii de Boadone, prout recognovit se tenere dominus Bernardus de Valle, prout continetur in quodam instrumento recognitionis facte per dictum dominum B., et fidelitatem promisit et juravit

Digitized by Google

contenta in dicto instrumento facto per manum magistri Stephani Sabrerii, publici notarii, tenere et servare et in nullo contravenire. — Actum apud Ruthenam, in domibus Geraldi de Scorralha, die jovis ante festum Ramos palmarum, anno Domini M° CC° XC°. — Testes ad hoc fuerunt vocati et rogati : dominus Henricus de Benavento, dominus Guirbertus de Marcenac, dominus Vivianus Cedalhs, milites, magister Bernardus Bastida jurisperitus, dominus Petrus de Scuria et notarius infra scriptus.

Postque, anno Domini M° CC° XCI°, die sabbati ante festum Ascensionis Domini, dominus Guillermus de Montepetroso recognovit et confessus fuit se tenere a dicto domino comite dictum hospitale Sancti Georgii de Boadone, prout dominus Bernardus de Cenareto recognovit se tenere et prout recognovit dominus Bernardus de Valle, prout continetur in quodam instrumento facto per manum magistri Stephani Sabrerii, publici notarii comitatus Ruthene ; et fidelitatem promisit et juravit tenere et servare et in nullo contravenire ea que in dicto instrumento continentur, cujus instrumenti tenor inferius est insertus. — Actum apud Arsac, anno et die quibus proxime supra. — Testes ad hec fuerunt vocati et rogati : dominus Bernardus de Cenareto presbiter, dominus Ferrandus, dominus Vivianus et notarius infra scriptus.

Postque, noverint universi... quod nos Henricus, Dei gratia comes Ruthene, dominus castri de Boadone et ejus pertinentiarum, siti et sitarum in comitatu et diocesi Ruthenensi, in donatione seu provisione, a nobis intuitu anime nostre et parentum nostrorum facta et concessa de hospitali nostro vocato Sancti Georgii de Boadone religioso viro et venerabili loco Hospitalis de Altobraco ipsius diocesis Ruthenensis, jure dominii et jurisdictionis et ut patronus et major dominus in temporalibus dicti hospitalis Sancti Georgii dicti loci, rerum et possessionum ejusdem, in ipsa fundatione, jure dominii, ad opus nostri et nostrorum successorum, ea que secuntur duximus retinenda, habenda et possidenda per nos et nostros successores in posterum jure nostro : — Retinemus et volumus

Digitized by Google

et ordinamus quod dompnus Hospitalis de Altobraco idoneam personam sui ordinis, ab ipso dompno et ejus conventu ad dictum hospitale Sancti Georgii de Boadone cum suis pertinentiis regendum et gubernandum nominatam et electam, nobis dicto comiti et nostris successoribus nominet et presentet, ut fundatori et patrono dicti hospitalis, et quod illam personam sic nobis presentatam ad regimen dicti hospitalis idoneam teneamur recipere ad ipsum hospitale regendum cum pertinentiis suis nobis spectatis ratione temporalitatis, quam nos habemus ut fundator et patronus ejus in ipso hospitali, terris et possessionibus et pertinentiis ejusdem ; et quod absque nostra admissione, receptione et institutione etiam per nos facta et inde subsecuta dicte persone presentate, non possit ipsa persona nec audeat administrare aliquid in dicto hospitali et pertinentiis ejus citraquam ad presentationem predictam per nos admissus et institutus ipse presentatus fuerit in predictis. — *Item* retinemus in ipsa fundatione quod per successores dicti dompni Hospitalis predicti de Altobraco et conventus ejusdem nobis et nostris successoribus idem fiat totiens quotiens dictum hospitale Sancti Georgii de Boadone morte dompni vel aliter contigerit vacare et totiens quotiens presentandi et instituendi dompnum opus fuerit in predictis et quod aliter de dompno ipsi hospitali de Boadone, cum vacaverit, possit nullatenus provideri. — *Item* retinemus et volumus quod facta, sicut dictum est, presentatione predicta et admissione et institutione per nos et nostros successores in temporalibus dicti hospitalis de Boadone, ad eam subsecuta dicta persona per nos in dicto hospitali admissa et, ut dictum est, in temporalibus per nos instituta, diocesano episcopo ad nutum nostrum et nostrorum successorum per dictum dompnum et ejus conventum Hospitalis de Altobraco predicti ipsa persona ad regimen dicti hospitalis de Boadone in spiritualibus presentetur et presentata etiam admittatur; et quod admissus per diocesanum episcopum in spiritualibus predictis vel ante etiam, si voluntas nostra seu successorum nostrorum fuerit, idem presentatus juret nobis et jurare teneatur

Digitized by Google

et per ipsum juramentum nobis et successoribus nostris promittere et facere homagium et fidelitatem ratione et causa dicti hospitalis et ipsius hospitalis de Boadone rerum temporalium predictarum, et quod aliter administrare sub commissione dictarum rerum temporalium nobis et nostris successoribus applicanda idem presentatus non possit nec audeat in predictis ; et quod juramentum, recognitionem, homagium et fidelitatem hujusmodi cum omnibus que in sacramento fidelitatis intelligi possunt et debent, teneatur facere idem presentatus ante admissionem et institutionem per nos faciendam vel post quotiens nos seu nostri successores eam vel eas fieri nobis voluerimus, domino seu vassallo dompno scilicet mutante hinc vel inde, et quod dictus presentatus ante admissionem et institutionem per nos faciendam et post ad hec omnia et singula facienda sit nobis et nostris successoribus obligatus specialiter et astrictus. — *Item* volumus et retinemus in eadem fundatione nobis et successoribus nostris quod dompnus dicti Hospitalis de Altobraco, qui nunc est, et dompni, qui pro tempore fuerint in dicto Hospitali de Altobraco, unus post alium successive infra annum et diem a tempore sue institutionis seu confirmationis in Hospitali de Altobraco predicto continue computandum, coram nobis et nostris successoribus teneatur venire et se non vocatus offerre ad homagium et fidelitatem, cum juramento a se nobis et nostris successoribus prestito, ratione et causa dicti hospitalis de Boadone et ejus pertinentiarum terrisque et possessionibus ejusdem, comite in comitatu mutante vel dompno in dicto Hospitali de Altobraco, semel tantum uno vel altero mutante hinc vel inde, et omnia que in sacramento fidelitatis continentur promittere nobis et nostris successoribus et facere ratione premissorum. — *Item* volumus et concedimus quod jurisdictionem habeat et habere debeat perpetuo illibatam ipsum hospitale de Boadone et ejus dompnus, qui nunc est et qui pro tempore fueri[n]t in eo, in terris et possessionibus ipsi hospitali pertinentibus, usque modo, prout inde inter nos et dictum hospitale de dicta jurisdictione ordinatum est et

Digitized by Google

etiam incartatum. — *Item* volumus et concedimus quod dompnus et dompni Hospitalis de Altobraco, qui nunc est et qui pro tempore fueri[n]t, dompnum et dompnos presentent in dicto hospitali de Boadone, forma, modo seu conditionibus superius expressatis ; et si contingat causa seu causis aliquibus dompnum, sicut dictum est, superius institutum fore destituendum et ab inde removendum, quod dictus dompnus de Altobraco causa seu causis rationabilibus precedentibus ipsum abinde destituat et destituere possit libere absque impedimento nostro seu nostrorum, juxta regulam, statuta et consuetudines Hospitalis de Altobraco predicti ; ita etiam quod, uno destituto, instituendus alius ibidem nobis presentetur et presentatus admittatur et instituatur per nos et nostros successores, ut est contentum superius et concessum. — *Item* volumus et concedimus quod dompnus, qui nunc est et qui pro tempore fuerint in dicto hospitali de Boadone, non possint nec debeant fratrem vel fratres seu sorores, donatum seu donatos seu conversos ibi recipere nec facere seu instituere seu vestire habitu dicti hospitalis sine licentia, voluntate et permissu dicti dompni de Altobraco, nisi hominum seu mulierum castri de Boadone et pertinentiarum ejusdem, et quod tunc ad evidentem utilitatem ipsius hospitalis de Boadone id fuerit faciendum. — *Item* volumus et retinemus in predictis quod pro redemptione nostre anime et parentum et benefactorum nostrorum, dictus dompnus de Altobracho instituat et semper institutum tenere teneatur unum capellanum de confratribus dicti Hospitalis, qui missam celebret die qualibet in nostre anime et parentum et benefactorum nostrorum redemptione et tam pro vivis quam defunctis prelibatis assuete, die qualibet, commemorationem circa *Memento* facere teneatur specialem in altari. Et ad perficienda hec omnia et complenda ipsum dompnum et Hospitale de Altobraco predictum, ipsos capellanos et dompnos dicti hospitalis volumus et precipimus nunc et in posterum esse specialiter obligatos in signum recognitionis et memorie quod dictum hospitale de Boadone, ex nostra et nostrorum fundatione, pervenit ad ip-

Digitized by Google

sum Hospitale de Altobraco in elemosina et beneficio speciali. — *Item* volumus et retinemus quod dompnus dicti hospitalis de Boadone, qui nunc est et qui pro tempore fuerint, et fratres et donati dicti loci qualibet die orent ad Deum et angelicum chorum pro nobis, semel in die, et parentibus et benefactoribus nostris tam pro vivis quam defunctis, *Orationem Dominicam* in horum memoria ter cum *Ave Maria* specialiter perlegendo. — Actum apud Arsac, anno Domini M° CC° XCI°, die sabbati ante festum Ascensionis Domini. — Testes ad hoc fuerunt vocati et rogati : dominus Bernardus de Cenareto presbiter, dominus Ferrandus, dominus Vivianus, dominus Guillelmus de Montepetroso et magister Johannes Ponterii, condam publicus Boadonis notarius, qui *etc...* — Postmodum vero, dicto magistro Johanne morte prevento antequam predicta in instrumentum publicum redegisset, ego Geraldus Ponterii, publicus Boadonis notarius, subrogatus eidem magistro Johanni per inclitum virum dominum Henricum, felicis recordationis quondam comitem Ruthene, auctoritate michi concessa per potentem virum dominum B., Dei gratia comitem Armaniaci, Fezensiaci et Ruthene, legitimum administratorem Johannis filii sui, dictum instrumentum cum prothocollo correxi et in istam publicam formam redigi feci per manum magistri Johannis Aprilis clerici et signo meo manu propria signavi quod inferius continetur. — [*Suit la teneur de l'acte n° 154*].

183.

1291. 9 juillet. Bozouls [1]. — Bail acapte par frère Guillaume de Montpeyroux (*Montepetrozo*), religieux de l'Hôpital d'Aubrac et domp de l'hôpital de Bozouls (*Boadone*) de l'ordre d'Aubrac, à Jean de *Crozetz*, fils de Pierre [*Nicolay*], de la tenure (*fazenda*) de *la Rocelaria* avec deux prés qui lui appartiennent, confrontant avec terre de Huguette (*Huga*) *Socas*, terre de Carbonèle, terre de Pierre *Austorgii* et terre de seigneur *Rostagn de Buissojol* ;

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : BBBBB, n° 53 et 5 B. n° 5.

Digitized by Google

— d'une terre *circa pedem montis de Brever* (?), confrontant avec terre dudit *Rostagn*, terre de B. de *Maismac* et terre de Pierre *Oleiras* ; — d'une combe ou pièce de terre appelée *Cumba* de Pérols, confrontant avec le chemin public (*strata publica*) de Bozouls à *Veyreiras*, terre de *Brever* (?) de seigneur *Rostagn*, terre de Huguette *Socas* et terre ou combe dont les deux tiers appartiennent au dit hôpital de Bozouls et l'autre tiers au dit seigneur *Rostagn* ; — des deux tiers de la dite combe qui sont la propriété de l'hôpital de Bozouls, la dite combe appelée *Cumba dels Clapiers*, confrontant avec ledit chemin de Bozouls à Brussac (*Bruissac*), terre de Pierre *Oleiras*, terre tenue de l'hôpital de Bozouls par les fils de feu Pierre Galut et terre *dels Olios* ; — d'une terre *super broam de Steruges*, confrontant avec terre indivise entre ledit hôpital de Bozouls et *los Raynolz*, et ledit chemin ; — et généralement de tout ce que ledit hôpital de Bozouls possède *a manso dels Agachils usque ad fasendam dictorum liberorum Petri Galut condam et a dicta fazenda usque ad pedem montis d'Olio, exceptis acessalis et territorium quod est pro indiviso cum los Raynolz et exceptis illis que acessavimus hodie Guillermo de Podio* [1]. Cens annuel, *tempore messium* : 4 setiers froment et 3 set. avoine, mesure de Bozouls, et 2 gélines. Droit d'acapte ou d'entrée : 60 sols Rod., dont quittance. — Fait à Bozouls, témoins : P. *Arleni*, B. *Arleni*, Guillaume *de Podio*, Jean *Langlada*, Me Guillaume *Massoni*. Not. recevant : Jean *Ponterii*, not. de Bozouls. Not. expéditionnaire par commission de Henri [II], comte de Rodez : G. *Ponterii*, not. de Bozouls. — [*Seing manuel du notaire expéditionnaire.*]

184.

1291, 5 août. Canet [2]. — Bail acapte par *Duer* (*sic*) *de Rupe* [3], damoiseau, habitant de Canet, à Hugues, fils de Ramond Lauret, du Bez, paroisse de Canet, agissant pour lui et pour ses frères, d'un terroir et d'un pré, paroisse de Ca-

1. Nous n'avons pas trouvé ce bail acapte.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : 47, n° 192 et II° XIII. — 3. *Au dos on lit* : Durand de la Roque.

Digitized by Google

net, au terroir de *Valensas*, confrontant de l'orient et d'autre part avec terroir de Bonneval, du midi et de l'occident avec autres terroirs de *Valensas* dudit bailleur. Droit d'entrée : 20 s. tournois. Cens annuel : 4 d. tourn. à la St-André, avec lods et ventes. Le preneur pourra faire arroser le pré en passant sur la propriété du bailleur. — Fait à Canet, *in platea*, présents : R. *del Riasso*, R. *Mainharii*, P. *del Cros*, P. de *Bonaterra*, P. de *la Torreta*. — Notaire recevant : B. *de Vertlaguelo*, not. du mandement de Saint-Geniez. — [*Seing manuel du notaire.*]

185.

1291, 28 octobre. Laissac [1]. — Bail acapte par Guillaume de Mairinhac et par *Jauzions*, sa femme, à R. Sudre d'un terroir dit de *La Gariga*, confrontant chemin de Laissac à Rodez... Droit d'entrée : 210 s. Rod. Censive annuelle : le quint des fruits. — Fait à Laissac, présents : Hugues de *la Cortina* clerc, P., fils des susdits bailleurs, clerc, P. Sudre, frère du dit R. Sudre, D. de *Valelhas*, P. *Ramundi*, Jean ....., Etienne *Dalaus*. — Notaire recevant : Gérald *Alamanni* not. — Notaire expéditionnaire : R. de *Monte Mejano*, not. du mandement de Laissac pour Gui de Sévérac, seigneur de Sévérac et du Laissazès. — [*Seing manuel du not. expéd.*]

186.

1291, 3 novembre. Villefranche-de-Rouergue. — *Accord passé entre Aubert de Nangeville, sénéchal de Rouergue, et G. du Bousquet, domp de l'Hôpital d'Aubrac, au sujet de la justice de Prades-d'Aubrac et de Bonnefon* [2].

Compositio de Pratis et Bonefontis facta cum domino nostro rege et Hospitali. — Noverint universi... quod cum questiones varie et diverse essent et diu fuissent et esse et verti sperarentur inter nobilem virum dominum Aubertum de Nangevilla, militem, senescallum Ruthenen-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : n° 156 et VII^e XXIIII. (lecture difficile).

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. — *Livre des transactions*, n° 1, fol. II r°-III v°. — *Arch. départ. de Tarn-et-Garonne.* A. 142, copie papier, signée Bonal (XVII^e s.) ; — A. 246, copie papier, signée Raynaldi, not. royal (1530).

Digitized by Google

sem, nomine serenissimi dominis regis Francie ex una parte, et religiosos viros fratrem Guillermum de Bosqueto, permissione divina dompnum Hospitalis Beate Marie de Altobracho, Ruthenensis diocesis, et fratrem Durantum de Monte Amato, sindicum dicti Hospitalis et conventus ejusdem loci, ex parte altera, super eo videlicet quod dicti dompnus et sindicus dicebant et asserebant merum et mixtum et totalem jurisdictionem ville, affarii de Pratis et grangie de Bonefontis et territoriorum et pertinenciarum ipsarum ad dictum Hospitale pertinentium ad se pleno jure et in solidum pertinere et pertinere debere et se et suos antecessores esse et fuisse in possessione seu quasi exercendi predicta, de quibus dicebant constare per aprisiam seu inquestam inde factam per curiales de Gleola domini regis ; — dicto domino senescallo in contrarium asserente et dicente dictarum ville et grangie et pertinentiarum totalem jurisdictionem ad dominum regem pertinere et pertinere debere et se, curiales domini regis et ejus predecessores ab antiquo esse et fuisse in possessione et quasi exercendi predictam jurisdictionem. — Tandem inter dictas partes transactio et amicabilis compositio in modum qui sequitur intervenit, videlicet : — Quod cognitio et executio causarum civilium et personalium et mixtarum pertineat ad dictum Hospitale et ejus curiam, et quod dictus dompnus et dictum Hospitale possint et eis liceat tam jure suo quam vigore presentis transactionis seu amicabilis compositionis creare et instituere judicem seu judices et bajulos in dictis villa et grangia et earum tenementis et pertinenciis. Qui judices possint personis indigentibus tutores et curatores dare et decreta interponere et insinuationes recipere et emancipationes et ali[a] quelibet facere et exercere que quoad hec causarum merita postulant et requirunt, et banna et mulctas imponere et de sanguiniis et ictibus, clamoribus et dex et aliis forefactis cognoscere et punire, quorum pena summam LX solidorum Ruthenensium non excedat ; acto specialiter et expresse quod curiales dicti Hospitalis de adulteriis comitendis per pastores et donatos et alios familiares suos peccuniariter et non corporaliter cognoscere et punire [possint] ;

Digitized by Google

item quod de furtis comitendis infra cepta suarum domorum dictarum ville et grangie per suos pastores, donatos et alios familiares possint et eis liceat cognoscere et punire, et predicta omnia per se et suos curiales exequi et ex[e]cutioni mandari. Qui quidem judices et bajuli dicti Hospitalis in dictis villa et grangia et suis pertinentiis instituendi teneantur jurare semel, tempore sue institutionis, curie domini regis de Sancto Genesio seu de Gleola, in assizia, jura domini regis fideliter conservare et ea curie domini regis significare et revelare quam cito poterunt sine fraude ; et quod possint et eis liceat malefactores et forefacientes in dictis villa et grangia et pertinentiis earum capere et captos nomine curie domini regis retinere et eos ducere ad curiales domini regis pro meritis puniendos ; qui curiales domini regis absque difficultate eos recipere teneantur. — In ceteris vero omnibus criminibus et aliis majorem et altam jurisdictionem et merum imperium tangentibus, totalis cognitio et punimentum et eorum executio sit et pertineat ad dominum regem et ejus curi[am], quorum executio fiat per curiales domini regis extra terram dictarum ville et grangie et pertinentiarum ; acto etiam et condicto et in presenti transactione et compositione amicabili deducto specialiter et expresse quod bona mobilia et se moventia et actiones et nomina delinquentium in dictis villa et grangia et earum pertinentiis, confiscanda de jure seu terre consuetudine, domino regi in solidum aplicentur, exepto quod de dictis bonis confiscatis et incursis et ceteris peccuniaris punimentis per curiam domini regis faciendis LX solidi Ruthenenses sint et remaneant penes dictum Hospitale, et e[o]sdem LX solidos curiales domini regis eidem Hospitali seu ejus mandato reddere teneantur. Bona vero immobilia delinquentium seu possessiones, que in feudum seu retrofeodum francum et liberum tenentur a dicto dompno seu Hospitali seu in posterum tenebuntur in dictis villa et grangia et earum tenementis et pertinentiis, confiscanda de jure seu terre consuetudine, domino regi et ejus curie aplicentur, ita tamen quod infra seu statim post annum et diem a tempore confiscationis predicte

Digitized by Google

computandos, dicta curia domini regis premissa extra manum suam ponere teneatur et in personam ydoneam transferre, que respondeat dicto dompno et Hospitali in deveriis et serviciis consuetis ; cetera quidem bona immobilia et possessiones, que in pagesiam, censum seu emphyteozim a dicto Hospitali tenentur seu in posterum tenebuntur, confiscanda, ut predictum est, sint et remaneant et pertineant libere et in solidum penes dictum dompnum et dictum Hospitale. — Quam transactionem, ordinationem seu amicabilem compositionem fecit dictus dominus senescallus nomine dicti domini regis, visis et diligenter inspectis apreziis et inquestis olim factis per curiales domini regis super jurisdictione predicta, comunicato concilio discretorum virorum magistrorum R. de Bisture, judicis dicti domini senescalli, G. de Brossinhaco, judicis Montanorum in Ruthinio, Bertrandi Galteri, judicis Amiliavi pro domino rege, P. Galteri, defenssoris domini regis, Ramundi Pantacosta notarii, Bertrandi Berti, condam bajuli de Gleola, et aliorum plurium curialium domini regis, pensataque per dictos curiales utilitate domini regis et ejusdem domini regis voluntate salva et specialiter reservata. — Actum apud Villamfrancam, die sabbati post festum Omnium Sanctorum, anno Domini M° CC° nonagesimo primo, regnante domino Philippo, Francorum rege, in presencia et testimonio dictorum judicum et aliorum curialium supra nominatorum, domini Bertrandi Aldoini militis, Willermi de Genebreriis, P. Mancipi, filii condam P. Mancipi, Fabri Olrici de Brossinhaco, Poncii Heraudeti, et mei P. Neulerii, publici notarii castri et curie domini regis de Petrucia, qui, *etc.* — Nos vero Aubertus de Nangevilla, miles, dicti domini regis senescallus Ruthenensis predictus, sigillum nostrum apposuimus huic presenti publico instrumento in robur et testimonium omnium premissorum.

187.

1291, 29 novembre. « Galhac » [1]. — Vente par Hugues et Bernard *Rigaldi*, frères, du mas de *Breunas*, à Deodat

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., sans cote.

Digitized by Google

Bonafos, chevalier, de la moitié d'une terre qu'ils possèdent par indivis avec Hugues de *Galhac*, au mas de *Galhac*, paroisse de Ceyrac, l'entière terre confrontant avec terre *del Viols*, relevant de l'église de *Lassot*, et avec l'affar de l'acheteur ; — et de 3 coupes de froment qu'ils perçoivent annuellement sur led. mas de *Galhac*, *ratione vegarie.* Prix de vente : 4 livres Rod. Les vendeurs n'auront plus à payer à l'acheteur la censive d'une coupe et demie d'avoine et d'un *gal*, qu'ils payaient annuellement pour les biens aliénés. — Fait à *Galhac*, présents : R. de Vimenet, Guillaume *Talpalms*, R. *del Pueht.*

Suit l'approbation de la dite vente par Guillaume *Rigaldi*, frère des susdits vendeurs. — Fait à Palmas, le 11 décembre 1291, présents : Déodat *Regordi* clerc, R. *Vernha*, Guillaume *Gafinelli.* — Notaire recevant : Bernard *Gafinelli*, not. épiscopal de Palmas. — [*Seing manuel du notaire.*]

188.

1292, 8 avril. Saint-Geniez [1]. — Bail acapte par Raimond de Saint-Etienne, chevalier, et par Radulfe Sigal, bailli de la châtellenie d'Aurelle pour Henri de Bénaven, agissant au nom dudit de Bénaven, à Bernard Vidal, de la paroisse de Lunet, du terroir dit de *la Pendaria* [2], paroisse de Lunet, confrontant du chef avec chemin de Lunet à *Fabregas*, et des autres côtés avec tenure du mas *del Forn del Mas*, tenure du mas *del Bosquet*, et ruisseau de *Mossauret.* Droit d'entrée : 30 s. Rod.; — du mas de *la Molinaria* [3], susdite paroisse, confrontant avec le dit terroir de *la Pendaria*, le mas *del Forn del Mas* et le mas *del Bosquet.* Droit d'entrée : 20 s. Rod. Censive annuelle pour le tout : 2 gélines ; le quint des blés, *deducta prius decima et legitimis mercedibus collectorum*, à l'exception d'une émine de terre franche qui servira de jardin ; 2 s. Rod. par *cechoirata* de pré à faire, sauf les deux premières années *quod non debet dari dictus census* ; taille et quête accoutumées ; lods et ventes. Le droit de Gaucelin de Verlac sur la moitié du quint du mas de *la Molinaria* reste ré-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parchemin, coté : SS et n° 193. — 2. *Aujourd'hui :* la Vidalerie. — 3. *Aujourd'hui :* Moulin de la Vidalerie.

Digitized by Google

servé. — Fait à Saint-Geniez, près de la maison de Bertrand *Joglar*, présents : Hugues *del Valat*, Guillaume Olric, Hugues *Aigoi*, Guillaume *Boniol*, P. *Coms*, B. *Boissonada* et Bernard de *Vertlaguelo*, not. recevant. — Not. expéditionnaire : *Rotbert de Vertlaguelo*, not. des mandements de La Roque-Valzergue et de Saint-Geniez. — [*Seing manuel du not. expéd.*]

189.

1292, 24 septembre, sur la rivière du Bès. — *Transaction passée entre Aldebert de Peyre et l'Hôpital d'Aubrac, au sujet des droits de justice et de pêche à la rivière du Bès* [1].

COMPOSITIO FACTA INTER DOMINUM DE MAUROCASTRO ET HOSPITALE. — Incarnationis Dominice anno M° CC° LXXXX° II°, indictione IV^a^, domino Philippo, Francorum rege, regnante, domino Guillelmo, Mimatensi episcopo, die mercurii ante festum dedicationis beati Michaelis, convenerunt venerabilis vir dominus Aldebertus de Petra, precentor Mimatensis et dominus Mauricastri ex una parte, nomine suo et successorum suorum in dicto castro, et [frater] Willermus de Peirolis et frater Bertrandus Praderii et dominus Petrus Montanha et frater Willermus de Amiliavo, de Hospitali et nomine Hospitalis de Altobraco ex altera, in hunc modum, scilicet : — quod totus fluvius de Bes, quantum tendit pertinentia dicti Mauricastri seu fluit aut fluet infra pertinentia[m] vel pertinentias aut districtum ejusdem castri, a quodam ranco seu rupe sito proxime subtus gurgitem, appellatum del Revolum [2], inferius, sit deinceps dicti domini Mauricastri et ad ipsum et suos in perpetuum successores in dicto castro pertineat pleno jure quantum ad piscaturam et jurisdictionem omnimodam et districtum. — Dictus vero gurges et totus fluvius a dicto gurgite supra ad dictum Hospitale pertineat quantum ad piscaturam seu jus piscandi et quantum ad ea omnia ad que antea pertinebat, et in dicto gurgite et in [i]pso fluvio, a dicto gurgite supra, dictum Hospitale idem

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. — *Livre des transactions*, n° 16, fol. XXXII, r°-XXXII v°. *En tête :* super piscatura Bessi. — Doat, 135, fol. 6 8, copie d'après la grosse originale. — 2. *Livre des transact.* : Rivolum.

Digitized by Google

jus habeat quod habebat ante conventionem seu conventiones hujusmodi, et dictum jus totum quod prius habebat ibidem sit salvum semper dicto Hospitali; salvo etiam in dicto gurgite et fluvio supradicto prefato domino Mauricastri et suis semper in omnibus jure suo, prout de jure utriusque partis cognosci poterit per quodcumque publicum sive quecumque publica instrumenta, cui juri nulla dictarum partium renunciare intendit. — Et fuit actum et conventum inter partes quod dicti Hospitalarii debent predicta facere laudari a domino dompno dicti Hospitalis et conventu ejus ad requisitionem dicti domini Mauricastri. — Actum prope dictum gurgitem del Revolum, presentibus testibus : domino Johanne de Grandimonte, capellano Mauricastri, Yssarnito de Rivotorto, Guillelmo Haerra domicello, Duranto Esgarrat, Rivotorto, et me Petro Salamandi, notario publico in Guaballitano pro domino Mimatensi episcopo, qui, *etc.*

190.

1293 (n. s.), 7 février. Les Bourines [1]. — Bail acapte par frère Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Pierre et à Durand Prozet *del Rocos* de la moitié de toutes les possessions du mas *del Rocos*, paroisse de Notre-Dame *del Rocos*, diocèse de Mende, ledit Hôpital se trouvant en lieu et place de Bérenger de *Mairueis*, chevalier, frère et donat dudit Hôpital. Droit d'entrée : 8 livres. Censive annuelle : 6 set. froment et 6 set. avoine, mesure de Sévérac, à la Saint-Michel, avec lods et ventes à raison de 1 d. par sol, sans droit de quart ni de quint. Le bail acapte consenti aux susd. emphitéotes par ledit Bérenger de *Mairueis* sous la prestation du demi quart est annulé. La moitié inféodée est indivise *cum* [*alia medietate*] *Petri Jeli, quam tenet* [*ab Hospitali,*] *exceplo illut quod tenet* B^us^ *Colom et P. Jelis.* — Fait à *Leborinis*, présents : Bérenger de *Mairueis*, chevalier, P. *Jeli*, Gérald *Revelhaca*, Etienne de *la Casza* prêtre, *Samso*, R. Guion, frère P. Car-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : A, 13. n° 305 et LXXXVII. — Sommaire du même acte (coté A), cf. registre coté n° 333 et 24, fol. 1 r°.

Digitized by Google

bonier, P. *Vaiseta*, *Andrieu* Peironet, Guion *Jurqet* damoiseau. — Notaire recevant : R. *de Monte Mejano*, notaire de *Laysageszio* pour le roi et pour Gui, seigneur de Sévérac. — [*Seing manuel du notaire.*]

191.

1293, 15 mai. La Pendarie. — *Hommage fait par Guillaume, domp d'Aubrac, à B. de Sévérac du mas de Védrines* [1].

Incarnationis Dominice. Anno Ejusdem M°CC°LXXXX° III°, domino Philippo, Dei gratia Francorum rege, regnante, videlicet die veneris ante festum Pentechostes. Noverint universi... quod nos frater Guillelmus, dompnus Hospitalis de Altobraco, nomine nostro et nomine dicti Hospitalis, non decepti... confitemur et recognossimus vobis Bertrando de Sevayriaco, domicello... stipulanti et recipienti, nos tenere... a vobis totum illud jus quod habemus et habere visi sumus nomine nostro et dicti Hospitalis in manso de Vidrinis et pertinentiis ipsius, posito in parrochia de Calidis Aquis, confrontato ex una parte cum manso de Beseta et ex alia cum territorio de Jabruno et ex alia parte cum manso de Rivosalat et cum manso de Bayseyras ex alia ; dicentes et recognossentes nomine nostro et dicti Hospitalis vos dictum Bertrandum habere deinceps ibidem punitionem criminum comitendorum, videlicet : fustigationem, postellationem, membrorum mutilationem et supra tantum ; retinentes autem nobis et successoribus dicti Hospitalis banna omnia et punitionem adulterorum, sanguinum et bossarum, cognitiones reales et omnia alia que nomine minoris jurisdictionis intelliguntur ; pro quibus omnibus et singulis nos predictus dompnus vobis homagium facimus nomine nostro et nomine quo supra, et nichilominus vobis fidelitatem hosculo pacis promitimus et juramus, ad que facienda nostros obliguamus in perpetuum successores vobis Bertrando predicto. — Et ego predictus Bertrandus

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig parch., coté : E, n° 65, lacs et sceau disparus. — *Livre des transactions*, n° 25, fol. XLVI v°-XLVII r°. *En tête :* Recognitio facta per dominum [G.] domino Bertrando de Ceveriaco mansi de Vidrinas. *A la marge :* Correcta.

Digitized by Google

predictam recognitionem et omnia alia, ut predictum est, recipio pro me et successoribus meis, promitens vobis dicto domino dompno et successoribus dicti Hospitalis esse bonus dominus et legualis. — Acta fuerunt hec apud mansum de la Pendaria Heralii de Miromondo. — Testibus presentibus vocatis et roguatis : fratribus Duranto de Monte Amato, Arnaldo de Monteferrario, ordinis dicti Hospitalis, Gisberto Jurqueti, Bertrando d'Esparro, domicellis, Petro Dabasc et pluribus aliis et me Bertrando Almerarii, publico notario domini regis et magnifici viri A., domini de Petra, et suorum feudatariorum, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

192.

1293, 6 août. Saint-Geniez [1]. — Bail acapte par Hugues *de Aurella*, damoiseau, habitant de Saint-Geniez, à Pierre, à Jean et aux héritiers de feu B., tous trois fils de feu Pierre de *Vertlaguelo*, de la paroisse de *Vertlaco*, d'un terroir sis dans la *tenencia* du mas de *Crosetz*, même paroisse, *juxta rivum vocatum de la Roca Soleilleira sive de Merdanso*, *a parte occidentali dicti rivi.* Censive annuelle : la moitié du quint *seu adisside* des fruits, l'autre moitié appartenant au seigneur de Canillac. L'emphitéote pourra faire dans l'immeuble inféodé un pré d'une seterée et demie (*usque ad unam sechoiratam et dimidiam pratorum*), pour lequel il payera trois coupes d'avoine à chaque fête de Saint-Michel. Le bailleur donne encore *ductum aque dicti rivi per aliud territorium quartarencum seu quintarencum versus illud pratum et levatam dicte aque.* — Fait à Saint-Geniez, le jeudi après la fête de Saint Pierre ès-liens (*ad vincula*) 1293, témoins : Hugues *Fabri* clerc, Thomas *Benedicti*, B. Mercier, Jacques de... Not. recevant : Bernard de *Vertlagueto*, not. royal de Saint-Geniez. — [*Seing manuel du notaire*].

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parchemin, coté : G, 000, 103 et n° 187.

Digitized by Google

193.

1294 (n. s.), 2 janvier. Chirac [1]. — Bail acapte par Bernard *Poncii, preceptor hospitalis castri de Chiraco de Altobraco,* à Brunel Bascle et à Germain *Bodoni*, d'une terre au mas dit Massibert, paroisse de Saint-Romain du lieu (*castri*) de Chirac, confrontant avec pré de Me Pierre *Radulphi, via in medio,* et de tous autres cotés avec champs et terres dud. hôpital, *metis sive bolis in medio positis.* Cens annuel : 3 coupes d'avoine et 3 coupes de seigle à la Saint-Michel, une géline ou 5 den. Tourn. pour lad. géline à la vigile de Noël. Droit d'entrée : 10 sols Tourn. — Fait à Chirac, dans la maison de Durand *Guillermi*, présents : Etienne *Fredaldi* prêtre, Jean Rodes, Durand Abbadesson. Not. recevant : Guillaume *Nielli*, not. royal *in senescallia Bellicadri.*

194.

1294, 28 mai. Mas d'Alac [2]. — Bail acapte par Hugues *Guirardi* à Guillaume *Lescala* et à *Huga*, sa femme, à Déodat *Raynaldi* et à *Guillerma*, sa femme, par égales parts, de la quatrième partie par indivis avec l'hôpital des pauvres de Bozouls et le susdit Déodat *Raynaldi* d'un terroir à *Vernis* (?), confrontant avec *la broa de Sterugetz*, le chemin de Brussac (*Bruissac*) à Bozouls et le chemin de Brussac à Espalion ; — de la moitié par indivis avec le dit Déodat *Raynaldi* du terroir de Bois Gros, confrontant avec le mas de *Cruce*, pré de feu Pierre *Oleiras*, ruisseau de Brussac, pré d'Etienne de *Monjous* et terre de Guion de Brussac, sur lequel dit terroir l'église de Brussac perçoit annuellement à la Nativité de la vierge Marie 2 s. Rod. *pro helemosina* ; — de la moitié par indivis avec led. D. *Raynaldi* d'un pré et d'un terroir contigus, sis à la fontaine de Brussac et confrontant avec terre de Hugues de Brussac, pré de Pierre *Cumborieu*, verger de Fornier et terre de Hugues de Brussac ; — de la moitié par indivis avec led. D. *R.* d'une vigne sous le mas *del Batut*, confrontant avec vigne de feu Pierre *Mercerii*, terre

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Chirac), 436, copie informe papier.
2. *Arch. dep. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté n° 61 et n° 7.

Digitized by Google

dudit Hugues de Brussac, sur laquelle vigne ladite église de Brussac perçoit annuellement 6 d. Rod. *pro helemosina.* Droit d'entrée : 7 livres Rod. Censive annuelle : 4 set. froment, mesure de Bozouls, à la Saint-Julien, avec lods et ventes, et, *mutante domino vel pagesio,* 10 s. Rod. *pro investitionibus.* — Fait *apud mansum Dalac,* présents : Pierre *Moylis,* recteur de Brussac, Guillaume de *Gaja,* Guillaume de Brussac, Etienne Balaissac, Pierre Arles, Gérald Vinches, Guillaume *Ricardos,* Guillaume de Botuer, Raimond de *las Malineiras.* — Notaire recevant : Gérald *Ponterii*, not. de Bozouls. — [*Seing manuel du notaire.*]

195.

1294, 10 août. Aurelle. — *Prise de possession de la moitié de la terre d'Aurelle par le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Redditio facta de Aurella Hospitali per dominum de Benavento. — Noverint universi... quod anno Domini M° CC° LXXXX° IIII°, scilicet die martis ante Assumptio-n[is] fest[um] Beate Marie, apud castrum de Aurella, Ruthenensis dyocesis, acta sunt que secuntur : Clareat universis quod nos Henricus, dominus de Benavento, miles, vocatis nostris holim hominibus castri nostri de Aurella pro dimidia parte et districtus castri et pertinentiarum ejusdem coram notario et testibus infra scriptis constitutis, scilicet : Companha, P. Borrels, Arnaldo Bah, Bertrando de Vedrinas, Brengario de Rivo, Tomasio Anhi, Domergue, G. del Serre, Poncio de Gardas, B. Fesseiras, Bagetz dels Mazes, B. Gualhis, Tomatio Gualhis, Petit dels Mases, Huc Aygois, B. de la Fraisseneda, R. Bah, B. Boissonada, D. Aribert, Jo. Aribert, Vidal de Born, G. de Bosqueto, domino Hugone de Marcastel milite, Lo Bru, P. d'Albi de Luneto, Willermo Cavaida, P. Segui de Sancto Martino, P. Pages, P. Ferrans, Jo. Segui de Crespiaco, Nicholaus Cassanhs, Jo. Costa, P. Baliers de Verlaco, P. Fabri, Deodato Gres, Jo. de Gardas, Hugone

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. *Livre des transactions,* n° 13, fol. XXV r°-XXVII v°. *A la marge* : Correcta. — Inventaire du XVII° s. coté : Aubrac, n° 7 (fol. 4 v°) : « Vante faite par Henry de Bénevent de la moitié de la baronie d'Aurelle à Guillaume, domp d'Aubrac, pour l'Hôpital et couvent dud. lieu, en grand parchemin cotté LL, de l'an 1293. »

Digitized by Google

de Guardas, Willermo Rigot, presentibus personaliter constitutis, necnon et quibusdam aliis hominibus et feudotariis holim nostris dicti castri et pertinenciarum ejusdem, factis per nos specialiter ad hoc evocari, die ipsa, dicto loco de Aurella, cum nos dictus Henricus, dominus jam supradictus, vobis discreto et religioso viro fratri Willermo, dompno et majori et ministro et preceptori loci Hospitalis de Alto Braco, Ruthenensis dyocesis, stipulanti et recipienti pro vobis et pro dicto Hospitali et pro conventu loci ejusdem et ad honorem Dei et Beate Marie et ad utilitatem etiam dicti Hospitalis, titulo vere et pure et perfecte venditionis vendidimus medietatem dicti castri de Aurella, nobis in juri[s]dictione et dominio pleno jure cum suis adjacenciis et apendiciis pro indiviso pertinentem, precio duo M librarum Turonensis monete, quas a vobis per nos vel alium vice [nostri] receperamus in peccunia numerata ita quod de eis nichil inde nobis vel alteri nostri nomine superest ad solvendum ; et ob hoc dicte venditionis titulo per nos facte ipsi dompno recipienti nomine ad opu[s] dicti Hospitalis, ut e[s]t dictum, teneremur tam de mor[e] contractus venditionis et emptionis prelibati quam de jure et usitatione seu consuetudine ipsum dompnum, nomine dicti sui conventus et Hospitalis ejusdem, rerum, terrarum et possessionum venditarum et jurium et quasi omnium nostrorum inducere in corporalem poscessionem et eam tradere vacuam castri et in mandamento et mandamenti ejus omniumque et cu[jus]libet terrarum et possessionum cum suis pertinentiis premissorum, nos dictus Henricus, pro nobis et nostris vel rei successoribus nostris, dicto castro de Aurela pro dimidia in eo una cum vobis dicto dompno personaliter existente et caslania etiam necnon et caslario, torno, casalibus et tenementis ejusdem cum fortaliciis et apendiciis suis universis et [e]dificiis liberisque introitibus et exitibus suis, [h]ominiciis et homagiis domini[i]sque et juribus et quasi et jurisdictionibus et dominationibus explectisque et explectamentis nobis jam pertinentibus quibuscumque seu nunquam pertinere nobis valentibus quoquo modo infra dictum castrum et extra et infra terram et extra et su-

Digitized by Google

pra in castro, mansis, terris, rivis, aquis, piscariis et piscationibus, fontibus, nemoribus, nidis et avibus, pascuis, herbis, herbariis, partubus, arboribusque domesticis et silvestribus necnon et viribus et quasi nobis in dicto castro et ejus pertinenciis et pertinenciarum pro nobis pertinentibus pro dimidia vel aliter in plus vel minus in heremo et vestitu quomodo nobis nunquam et nunc pertinentibus et pertinere valentibus causa seu jure seu ratione qualicumque in heremo et vestitu, in presentia dictorum omnium superius nuncupatorum, expressatorum, volentium et expresse concenciencium et concedencium et expresse interrogat[orum] per nos, omnes predicti homines presentes vel major pars se hoc velle per nos fieri et tradi dicto dompno verbotenus responderunt, vos dictum dompnum presentem et recipientem nomine et ad opus vestri et vestri conventus et Hospitalis ejusdem per introduxionem personaliter in dicto castro et per traditionem cujusdam lapidis per nos vobis manualiter factam, quam de predictis omnibus et singulis libere et sine contradictione alicujus hominum eorumdem in vacuum possecionem naturaliter et civiliter, prout ad nos pertinere poterat et debebat, potest et debet, vos per manum vestram tenendo cum vestra manu spiritaliter et induximus plenissine corporalem , nos et nostros disvestientes absque omni et qualibet retentione quam non facimus in predictis, investientes vos recipientem ad opu[s] vestri nomine et vestri conventus et Hospitalis predictorum, ut melius et liberalius potest et debet intelligi, ad utilitatem et comod[um] nunc et in posterum [h]abendum perpetuo dompni et conventus et Hospitalis premissorum, de dicto castro cum juribus et pertinentiis suis et omnibus aliis supra scriptis ; volumusque et mandamus per vos aliis non presentibus , quorum interest mandari, et mandamus aliis holim nostris hominibus tenenciariis, omnibus hic non presentibus premissorum quod de predictis terris, mansis et possetionibus, juribus et quasi nostris holim hominibus et feudotariis contentis superius, veniatis ad homagium et hobedienciam cum sacramento fidelitatis et cum hiis que in sacramento fidelitatis pos-

Digitized by Google

sunt et debent intelligi et etiam comprehendi, coram dicto dompno et ad mandatum dicti dompni et suorum successorum dompnorum in eodem Hospitali pro tempore succedentium inde vobis ibidem et eis successive pareatis, pareant, obediatis, obediant in et de jure nostro omnes et eorum quilibet ex nunc in antea plenissime de dicto castro et terris et possetionibus supradictis, sicut nobis et nostris inde obedire fideliter et nostri esse homines consueveratis et consueverant de eisdem, et etiam in et per quantum ad nos in et de premissis pro jure inde nobis pertinente et pertinere debente, obedire tenebamini et tenebantur et facere in et de castro et terris et possetionibus cum eorum pertinentiis supradictis ; quitante[s] nos idem dominus de Benavento vos dictos homines presentes et alios, quorum interest, non presentes de homagiis et fidelitatibus vestris et suis, quibus inde nobis eratis astricti et erant ratione castri et terrarum et possessionum, jurium et quasi et rerum cum suis pertinenciis omnium predictorum, et ab inde vobis et eis remissionem et quitationem fecimus specialem in vos dictum dompnum et conventum vestrum et Hospitale predictum jus nostrum et quasi olim nobis pertinens in predictis specialiter transferentes, et quod unquam nobis pertinuit et pertinere potuit seu pertinet de ei[s]dem in vos et conventum et Hospitale predictum ipsum jus nostrum et quasi et omnia et singula que nobis unquam potuerunt, possunt et debent cum hoc instrumento publico valituro perpetuo de nobis in vos et vestrum conventum et ipsum Hospitale absque retentione aliqua transferimus specialiter et expresse et cum omni nostr[o] jur[e] et quasi plenissime etiam liberaliter corporaliter transportemus ; ad que omnia ipsi omnes supra scripti homines vel eorum major pars concencerunt respondendo : *volumus hec omnia sic fieri*, et dixerunt verbotenus : *placet vobis, nobis placet*, in hiis se dicto dompno facturos aquisiendo per sua[s] responciones verbothenus specialiter obligantes ; fatemur nosque idem Henricus dominus predictus quod omne jus et quasi quod habebamus in dicto castro et ejus pertinentiis pro dimidia, ut dictum est, et amplius si quod fue-

Digitized by Google

rit amplius vel erat inde nobis pertinente in eisdem, movet et est de feudo immediato et dominio et ressort[o] et superioritate domini nostri comitis Ruthene, et a[b] ipso domino comite et ab ejus successoribus vos dictus do[m]pnus et pro tempore inde vestri dompni in ipso Hospitali successores predicta in feudum immediatum tenere debetis et debent, sicut et nos ab ipso domino comite tenebamus ut ejus inde feudotarius, homines et subditi immediate et vassali. — Acta sunt hec anno et die et loco quibus supra, in presentia testi[um] ad hoc vocatorum et rogatorum : nobilis viri domini Moteti de Panosa militis, dominorum fratrum Hospitalis predicti : G. Revelhaca, Yterii Bonafos, B. de Rocalaura militum, fratrum Stephani de la Costa presbiteri, B. Pradier, Berenguier de la Capela donzel, Rigaldi Maleti, notarii dicti Hospitalis, Jo. Bongran, Jo. del Fau et mei Willermi de Montanhaco, publici notarii illustris viri domini Henrici, Dei gratia comitis Ruthene nunc regnantis, castri de Monterosario et ejus pertinenciarum et alterius terre ejus ubi fuero requisitus, qui, *etc...* — In quorum fidem et testimonium omnium premissorum, nos dictus Henricus, dominus de Benavento, miles predictus, sigillum nostrum huic presenti instrumento publico perpetuo valituro duximus apponendum, volentes quod ipsi instrumento non possit vigor suus publicus et auctoritas minui seu mutari et in aliquo (*sic*), si ipsum sigillum nostrum cereum ab inde pro tempore contingeret in toto vel in parte confringi seu corrod[i].

196.

1294, 26 octobre. Hôpital d'Aubrac. — *Reconnaissance et hommage faits au seigneur de Canillac par Guillaume du Bousquet, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Recognitio domini de Caniliaco facta per dominum Guillermum de Bosqueto. — Noverint universi... quod ad requisitionem nobilis viri domini M., domini de Caniliaco, militis, frater Guillermus de Bosqueto, dompnus Hospitalis

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. *Livre des transactions*, n° 4, fol. VI v°-VII v°. *A la marge.* Correcta : Non valet.

Digitized by Google

de Altobraco, nomine suo et dicti Hospitalis, convent[u] dicti Hospitalis, ut moris est, in ecclesia ad sonum campane congregato,confessus fuit et in veritate recognovit de consensu conventus dicti Hospitalis, coram me notario et testibus infra scriptis vocatis et rogatis, se tenere nomine dicti Hospitalis et tenere et debere et velle tenere et predecessores suos tenuisse a predecessoribus ipsius domini Marquesii in feudum francum et honoratum omnia illa universa et singula, que in quodam instrumento confecto manu domini Raimundi Gaufredi, notarii publici castri de Rupe Vallissergie, quod incipit in tercia linea : *videlicet*, et finit in penultima linea : *presentem car.*, et in quodam alio instrumento [1], confecto manu Stephani Maurelli notarii infra scripti, continentur, quod incipit in tercia linea : *vel majoris*, et finit in penultima : *computanda*, secundum modos et conditiones, pacta et formas in predictis instrumentis super recognitionibus condam factis per dompnos dicti Hospitalis dominis de Caniliaco in dictis instrumentis contentas. — Quam recognitionem fecit dictus dominus dompnus, protestatione premissa, quod cum alias ipse idem dominus dompnus recognitionem fecerit nobili viro domino Marquesio de Caniliaco condam, quod si unus dompnus non tenebatur facere recognitionem de predictis nisi semel, quod presens recognitio non prejudicaret dicto Hospitali nec plus juris atribueret dicto domino de Caniliaco quam in dictis instrumentis continetur, cum in dictis instrumentis continetur : *mutante dompno* ; salvo etiam et protestato quod non intendit per presentem recognitionem recognoscere a dicto domino de Caniliaco ea que emit vel acquisivit ipse idem dominus dompnus nomine dicti Hospitalis, a duobus annis citra, a nobili viro domino Aenrico de Benaven in terra d'Aurella [2] ; et salvo et protestato quod per presentem recognitionem non intendit, nec vult prejudicare nobili viro domino de Apcherio super mansis, vocatis de Priondas e del Vilar ; nec reverendo viro domino Aldeberto de Petra, domino Mauricastri, super mansis del Pendoliu et del Sanch ; nec domino regi super hiis que

1. V. l'acte n° 134. — 2. V. l'acte n° 195.

Digitized by Google

dictum Hospitale habet in parrochia beati Amancii de Bonaterra. — Quam recognitionem dictorum feudorum et honorum et rerum supra scriptarum per ipsum dominum dompnum, de concensu conventus superius memorati, quam tamen prout faciunt pro dicto nobili recipiens, non admisit eum in exeptatis seu protestatis per eundem nisi in adquisitis in dicta terrra de Aurella a dicto domino Aenrico de Benaven, requirens et admonens eundem semel, secundo et tercio etiam perheniter ut integram recognitionem et puram ac veram idem dominus dompnus eidem nobili redderet et faceret juxta contenta et conventa in dictis instrumentis superius memoratis. — Et dictus dominus dompnus dixit et recognovit et proposuit et protestatus fuit ut supra, dicto nobili dicente, requirente et admonente ut supra. — *Item* dixit et recognovit et confessus fuit, nomine quo supra, dictus dominus dompnus se nomine dicti Hospitalis adquisivisse a feudotariis ipsius domini de Caniliaco ista que secuntur, videlicet : ea que habet in parrochia et villa de Granval, que fuerunt Bertrandi Vale seu ejus matris ; *item* et mansum d'Andriarges, situm in parrochia beati Martini de Qualidis Aquis, qui fuit dels Bessieiras ; *item* et mansum del Cassanh, situm in eadem parrochia ; *item* et mansum de la Brugaireta, situm in parrochia de Brio ; *item* territorium de las Olas, situm in parrochia de Nabinals. Que omnia et singula supradicta recognovit, nomine quo supra, se tenere a dicto nobili in feudum francum et honoratum ad homagium et fidelitatem prestandam, faciendam et jurandam, salva reverentia ordinis, ad quod et quam pro dictis rebus professus est et dictum se et dictum Hospitale fore astrictos eidem nobili et ejus successoribus pro rebus et juribus antedictis. — Quod quidem homagium et fidelitatem ibidem et incontinenti eidem nobili pro se suisque successoribus recipienti et stipulanti tam pro contentis in supradictis duobus instrumentis quam proxime dictis et recognitis fecit, prestitit, promisit et juravit dictus dominus dompnus cum illis que in sacramento fidelitatis continentur. — Acta fuerunt hec apud dictum Hospitale, videlicet VII° kalendas novembris

Digitized by Google

anno Domini M° CC° LXXXX° IV°, in presentia et testimonio domini Moteti de Panosia militis, domini de Rausat[i]o, judicis baronie de Caniliaco, magistrorum Guillermi Fabri et Petri de Salguis, jurisperitorum, R. de Caturco, Ricardi de Turre domicelli, Bertrandi Vale, Folconis d'Arzilet, et mei Stephani Maurelli, publici notarii castri Rupis Vallissergie et totius tenementi pro illustrissimo domino rege Francie, qui, *etc*...

197.

1296 (n. s.), 1er janvier. — *Bail acapte du mas du Puech de las Ribas ou de las Salessas, ès appartenances de St-Chély-d'Aubrac, par le domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

« *Item* instrumentum confectum anno M° CC° LXXXXV°, dominica post Nativitatem Domini, quo cavetur quod dominus de Altobraco dedit ad accapitum Hugoni Bolet et Johanne, ejus uxori, mansum vocatum lo Puech de las Ribas sive de las Salessas, situm in parrochia Sancti Elegii, confrontatum cum manso Petri Bonaldi et cum carreria, que movet de manso dicti P. et vadit usque in estrata recta, et cum manso de l'Estramalha et vadit usque in mansum de Bolet, ad censum VI solidorum Turonensium cum vendis etc.; et signatur per litteram M. »

198.

1297, 31 janvier. Rome (St-Pierre). — *Bulle par laquelle le pape Boniface VIII donne aux Hospitaliers de St-Jean de Jérusalem l'Hôpital d'Aubrac, dont les fourrages étaient nécessaires à la cavalerie de l'ordre, qui n'en avait pas à Chypre* [2].

Bonifacius episcopus, serv. serv. Dei, dilectis filiis... Magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimi-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 19 (St-Chély), fol. 5 v°.

2. Rome. *Arch. du Vatican*, reg. 48 fol. 225. — Lucques. *Bibl. publ.*, ms. 988 p. 378 (copie de S. Pauli, XVIII° s., d'après le bull. F., fol. 154, aujourd'hui perdu des archives de Malte). — Potthast. *Regesta pontificum Rom.*, II (1875), n. 24.465. — Reg. de Boniface VIII, I, col. 676, n. 1784. — Taaffe. *The history of the... order of S. Jonh of Jerusalem*, IV, app. n° LXXVIII.— Pauli. *Codex diplomaticus*, II, n° 8. — J. Delaville le Roulx. *Cartulaire général de l'ordre des Hospitaliers de St-Jean de Jérusalem*, Paris, Ernest Leroux, III (1899), p. 695, n° 4334. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 1 (Mémoire du 30 novembre 1694), p. 12.

Digitized by Google

tarii, [sal. et apost. bened.] — Dum sollicita consideratione discutimus quod vos, mundanis illecebris, que cum blandiuntur, illudunt, libello dato repudii, Superno Principi militantes, et, tanquam Xristiane fidei pugiles, adversus hostium suorum audaciam vires vestras intrepidis animis exercetis, bona vestra propterea taliter exponendo ; dum etiam recogitamus attentius quod in Hospitali vestro Romana mater ecclesia devotionis et reverentie filios et ad ejus beneplacita et mandata promptos semper et paratos invenit, dignum fore cognovimus et rationi consonum arbitramur ut, Hospitale predictum sin[ceris] prosequentes affectibus, ad suorum incrementa profectuum vigilantibus studiis intendamus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat quod Hospitale de Albraco, Rhutenensis diocesis, in quo persone, ut asseritis, commorantur, que nullius ordinis observantie sunt astricte, quarumve alique sub vestre religionis habitu perpetuum exhibere desiderant virtutum Domino famulatum, in silvis et pascuis noscitur habundare ; unde, cum vobis, pensata sollicite moderni temporis qualitate, in insula Cipri potissime, ad cujus custodiam solerter intenditis, laboribus et sumptibus non parcendo, sit vobis equorum suffragium opportunum et propter gravia guerrarum discrimina de Yspanie partibus equos extrahere nequeatis, dictumque Hospitale Jerosolimitanum, pro equis commodius nutriendis, hujusmodi silvis et pascuis noscatur non modicum indigere, nobis humiliter supplicastis ut Hospitale de Albraco predictum eidem Hospitali Jerosolimitano concedere, anectere ac unire de Apostolice Sedis munificentia dignaremur. Nos itaque, paterne pietatis affectu, ejusdem Hospitalis Jerosolimitani necessitati et indigentie providere vestrisque votis benigne annuere intendentes, prefatum Hospitale de Albraco, cum omnibus membris, juribus, silvis, pascuis, possessionibus et pertinentiis suis, ubilibet constitutis. Hospitali Jerosolimitano predicto in perpetuum Apostolica auctoritate concedimus, applicamus et unimus de gratia speciali ; decernentes ex nunc irritum et inane si quid contra hujusmodi concessionis, applicationis et unionis nostre tenorem contigerit attentari. Volumus autem quod

Digitized by Google

jam dictis personis, quamdiu in eodem Hospitali permanserint, vite necessaria, que de ipsius Hospitalis proventibus consueverunt percipere hactenus, integre ministretis. Nulli ergo... Si quis... — Datum Rome, apud Sanctum Petrum, II kalendas februarii, [pontificatus nostri anno III.]

199.

1297, 31 janvier. Rome (St-Pierre.) — *Bulle par laquelle le pape Boniface VIII charge les évêques de Béziers et de Maguelone et Randon du Tournel, chanoine du Puy, d'exécuter la bulle qui précède* [1].

Bonifacius episcopus, serv. serv. Dei, venerabilibus fratribus... Biterrensi et... Magalonensi episcopis et dilecto filio Randoni de Tornello, canonico Anic[i]ensi, salut. et apost. bened. — Dum sollicita consideratione discutimus quod dilecti filii... Magister et fratres Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, mundanis illecebris, que cum blandiuntur, illudunt, libello dato repudii, Superno Principi militantes et tanquam Xristiane fidei pugilles adversus hostium suorum audaciam vires suas intrepidis animis exercent, eorum bona propterea totaliter ponendo ; dum etiam recogitamus attentius quod in Hospitali eorum Romana mater ecclesia devotionis et reverencie filios et ad ejus beneplacita et mandata promptos semper et paratos invenit, dignum fore cognoscimus et rationi consonum arbitramur ut, Hospitale predictum sinceris prosequentes affectibus, ad suorum incrementa profectuum vigilando studiis intendamus. Sane predictorum Magistri et fratrum petitio nobis exhibita continebat quod Hospitale de Albraco, Ruthenensis diocesis, in quo persone, ut asserunt, commorantur que nullius ordinis observantie sunt astricte, quarumve alique sub eorumdem Magistri et fratrum religionis habitu perpetuum exhibere desiderant virtutum Domino famulatum, in silvis et pascuis noscuntur abundare ; unde cum memoratis Magistro et fra-

1. Rome. *Archives du Vatican*, reg. de Boniface VIII, fol. 225 v°. — *Arch. départ. de la Hte-Garonne*. H.(O M.) 31-9, orig. parch. avec bulle de plomb, pendant sur cordelettes de chanvre, 48c long, 62e larg. — Digard, Faucon et Thomas *Registres de Boniface VIII*, t. I, n° 1784.

Digitized by Google

tribus, pensata sollicite moderni temporis qualitate, in insula Cipri potissime, ad cujus custodiam solerter intendunt, laboribus et sumptibus non parcendo, sit equorum suffragium quamplurimum oportunum et propter gravia guerrarum discrimina de Ispanie partibus equos extrahere nequeant, dictumque Hospitale Jerosolimitanum pro equis commodius nutriendis hujusmodi silvis et pascuis noscatur non modicum indigere, sepedicti Magister et fratres nobis humiliter supplicarunt ut Hospitale de Albraco predictum eidem Hospitali Jerosolimitano concedere, annectere ac unire de Apostolice Sedis munificentia dignaremur. Nos itaque, paterne pietatis affectu, ejusdem Hospitalis Jerosolimitani necessitati et indigentie providere et eorumdem Magistri et fratrum votis benigne annuere intendentes, prefatum Hospitale de Albraco cum omnibus membris, juribus, silvis, pascuis, possessionibus et pertinentiis suis, ubilibet constitutis, Hospitali Jerosolimitano predicto in perpetuum Apostolica auctoritate concessimus, applicavimus et univimus de gratia speciali, decernentes ex tunc irritum et inane si quid contra hujusmodi applicationis, concessionis et unionis nostre tenorem contingeret attemptari. Volumus autem quod jam dictis personis, quamdiu in eodem Hospitali permanserint, vite necessaria, que de ipsius Hospitalis proventibus consueverunt percipere hactenus, integre Magister et fratres supradicti ministrent. Quocirca discretioni vestre per Apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios predictos Magistrum et fratres vel procuratorem eorum pro ipsis in corporalem possessionem Hospitalis de Albraco, membrorum, jurium, silvarum, pascuum, possessionum et pertinentiarum predictorum inducatis auctoritate nostra et defendatis inductos, facientes eis de fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventibus universis predictorum Hospitalis et membrorum ac possessionum suorum integre responderi; contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo; non obstante si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras dicte Sedis, non

Digitized by Google

facientes plenam et expressam de indulto hujusmodi mentionem. — Datum Rome, apud Sanctum Petrum, II kalendas februarii, pontificatus nostri anno tercio.

200.

1297, 26 août. — *Quittance de 4000 sous Rodanois par Thuro, trésorier du roi* [1].

« *Item* instrumentum confectum anno M° CC° LXXXXVII° et die lune post festum beati Bartholomei, quo cavetur quod dominus Thuro, thesaurarius domini regis Francie in senescallia Ruthenensi, gratis etc. recognoscebat ad peticionem procuratoris domini R., episcopi Ruthenensis et domini de Calmonte, se habuisse ab eodem episcopo quatuor M solidos Ruthenenses in bona peccunia numerata, in quibus dompnus de Altobraco et ejus fidejussores erant obligati dicto domino Thuro causa amicabilis mutui ; de qua summa fuit contentus, prout continetur in dicto instrumento signato per litteram N. »

201.

[1297], 8 décembre. Bonneval. — *Attestation donnée par Guillaume, abbé de Bonneval, de la confirmation de la règle de l'Hôpital d'Aubrac par Pierre, abbé de Bonneval et commissaire apostolique* [2].

Sanctissimo in Xristo patri et domino reverendissimo domino Bonifacio, divina providentia sacrosancte Romane et universalis ecclesie Summo Pontifici. — Frater Guillelmus, dictus abbas monasterii Bonevallis et conventus dicti loci, ordinis Cisterciensis, Ruthenensis diocesis, cum omni obediendi promptitudine pedes osculans, Sanctitati vestre scribere volumus manifeste quod ex parte dilectorum filiorum vestrorum dompni et fratrum Hospitalis Beate Marie de Altobraco, diocesis Ruthenensis, extitit supplicatum bone memorie quondam domino Clementi pape quarto,

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 19 (St-Chély), fol. 5 v°.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 404, copie informe pap., cotée n° 3; — 406, copie informe papier, cotée n° 8 et faite sur le parch. orig. coté GG. — Abbé Deltour, *op. cit.* pp. 287-288.

Digitized by Google

quod cum reverendus in Xristo dominus Petrus, bone memorie episcopus Ruthenensis, fratribus, qui tunc erant vel pro tempore essent in Hospitali predicto, certam regulam constituisset et vivendi formam eisdem tradidisset [1], petierunt regulam eis datam et concessam per dictum Romanum Pontificem confirmari. Verum cum non constaret ad plenum dicto Romano Pontifici de concessione et observatione dicte regule, commisit dilecto filio Petro, tunc abbati monasterii nostri, Cisterciensis ordinis, dicte diocesis, confirmationem dicte regule, consideratis debitis circumstantis que circa hoc fuerant attendende, et si illam honestam inveniret et salubrem ac digne predictorum fratrum statui convenire, ipsam auctoritate sibi concessa confirmaret [2]. Postque dictus abbas, litteris pie receptis, volens exequi reverenter mandatum apostolicum, ut debebat, accessit personaliter, ut intelleximus per monachos nostri monasterii fide dignos, ad Hospitale predictum cum duobus dominis legum et aliis peritis famosis et discretis : qui dictus abbas, visis litteris dicti domini episcopi super concessione dicte regule ac diligenter inspectis, consideratisque aliis circumstantiis que circa hoc fuerant attendende, ex vigore dicte concessionis sibi facte auctoritate predicta predictam regulam dictis fratribus, ut intelleximus, confirmavit et ut in quodam instrumento scripto manu publica et signato et etiam sigillo predicti abbatis sigillato videtur plenius contineri [3]; quod instrumentum credimus esse verum et publicum et etiam fatemur sigillo predicti abbatis sigillatum; et ad majorem firmitatem predictorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. — Datum in dicta Bonavalle, in crastinum beati Ambrosii episcopi, anno ab incarnatione Domini [M° CC° LXXXX° VII°].

202.

1297, 12 décembre. Terral. — *Lettres de Gaucelin, évêque de Maguelonne, commissaire député par bulle du pape Boniface VIII* (1297, 25 octobre. Civitta Vecchia) *y insérée*,

1. V. l'acte n° 4. — 2. V. l'acte n° 98. — 3. V. p. 302, note 3.

Digitized by Google

pour rétablir l'Hôpital d'Aubrac sous la règle de Saint-Augustin, nonobstant les lettres antérieures du même pape qui soumettaient l'Hôpital d'Aubrac à celui de Saint-Jean de Jérusalem [1].

Noverint universi... quod nos Gaucelinus, permissione divina Magalonensis episcopus, notum facimus universis quod anno Dominice incarnationis M° C(?° LXXXX° VII° et die lune ante festum Nativitatis Ejusdem, videlicet X° kalendas januarii, venerabilis et religiosus vir frater Guillermus, Dei gratia dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis diocesis, nobis exibuit et presentavit quasdam litteras apostolicas reverendo patri domino Biterrensi episcopo, nobis et domino Randoni de Tornello, canonico Aniciensi, directas sub tenore literali sincero, vera bulla et vero filo, quarum tenor sequitur in hec verba :

Bonifacius [2] episcopus, serv. serv. Dei, venerabilibus fratribus... Biterrensi et... Magalonensi episcopis ac dilecto filio Randoni de Tornello, canonico Aniciensi, sal. et apost. bened. — Etsi personas divinis dedicatas obsequiis libenter specialibus gratiis prosequamur ut, earum fulti presidiis, obsequia ipsa commodius et efficatius exsequantur, nostre tamen intentionis existit ut sic a nobis gratiarum hujusmodi concessio prodeat, ut in aliorum dispendium non redundet. Dudum siquidem dilectis filiis Magistro ac fratribus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani offerentibus, intellecto quod dilecti filii Guillermus, dompnus, et fratres Hospitalis pauperum Sancte Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, nulli astricti ordini existebant quodque aliqui ex ipsis predicti Hospitalis fratribus Sancte Marie prefati Hospitalis Sancti Johannis affectabant ordinem profiteri, nos ex hoc et aliis etiam causis nobis per eosdem Magistrum et fratres expressis, que ad faciendum eis in hac parte gratiam non inmerito mentem nostram inducere poterant et debebant, benignius excitati prefatum Hospitale

1. Doat, 135 fol. 8-12, copie d'après l'original.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 406, copie informe papier, cotée n° 8 et faite sur le parch. orig. coté Y.

Digitized by Google

Sancte Marie cum omnibus membris et pertinentiis suis eidem Hospitali Sancti Johannis per nostras sub certa forma litteras [1] duximus concedendum, vobis ad hoc dictis Magistro et fratribus Sancti Johannis executoribus deputatis [2]; nuper autem ex parte dictorum dompni et fratrum Hospitalis Sancte Marie fuit propositum coram nobis quod cum eis a felicis recordationis Clemente papa quarto, predecessore nostro, indultum existeret quod ipsi vel eorum Hospitale alicui loco vel ordini absque ipsorum communi consensu subici nequirent per litteras apostolicas, que de indulto hujusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbum non facerent mentionem, idemque predecessor irritum et inane decerneret si secus a quoquam contingeret attemptari [3]; quodque in Hospitali predicto beati Augustini regula eis per privilegium Apostolice Sedis concessa laudabiliter servabatur, ac insuper in eodem privilegio inter cetera contineretur expresse quod, obeunte predicti Hospitalis Sancte Marie dompno, nullus ibi qualibet subreptionis astucia seu violentia proponeretur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Deum et eamdem regulam ducerent eligendum [4]; et de his omnibus in litteris super concessione Hospitalis Sancte Marie predicti memoratis Magistro et fratribus Hospitalis Sancti Johannis facta confectis nulla mentio haberetur, per quod apparebat apertius quod hujusmodi concessio fuerat per subreptionem obtenta, prefati dompnus et fratres hoc diligentius attendentes, quam cito concessio eadem ad ipsorum pervenit noticiam, ad Sedem Apostolicam propterea appellarunt seu etiam provocarunt, se ac prefatum Hospitale ipsorum et bona ejus protectioni Sedis ejusdem totaliter submittentes, prout in instrumento publico inde confecto dicitur plenius contineri. Quare prefati dompnus et fratres nobis humiliter supplicarunt ut eis aliisque personis in eodem Hospitali Sancte Marie divinis obsequiis deputatis, ne illos per seculum miserabiliter evagari et hospitalitatis officium quod in Hospitali predicto ferven-

1. V. l'acte n° 198. — 2. V. l'acte n° 199. — 3. V. l'acte n° 105. — 4. V. l'acte n° 176.

Digitized by Google

tibus studiis exercetur cessare contingat, providere super his de ipsius Sedis exuberanti clementia dignaremur. Licet igitur prelibatos Magistrum et fratres Hospitalis Sancti Johannis, eorum exigentibus meritis, sinceris prosequamur affectibus et suorum incrementa profectuum divine pietatis intuitu cupiamus, quia tamen intentionis nostre non extitit, nec existit ut facta illis in hac parte concessio in predictorum dompni et fratrum ac aliorum ejusdem Hospitalis Sancte Marie redundet dispendium vel jacturam, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatenus hujusmodi executioni negotii supersedere curetis donec a nobis aliud in hac parte receperitis in mandatis, et nichilominus vos vel duo aut unus vestrum revocetis et reducatis in statum pristinum, si quid forte per vos vel vestrum aliquem in ipsorum dompni et fratrum ac Hospitalis Sancte Marie predicti periculum vel gravamen actum fore dinoscitur in premissis. — Datum apud Urbemveterem, VIII° kalendas novembris, pontificatus nostri anno tertio.

Quarum auctoritate, licet nichil egerimus vel fecerimus de his que continentur in litteris supradictis, nec ad nos verbo vel facto ipsius commissionis notitia devenisset, ut verbis ipsarum litterarum satisfacere videamur, revocamus in irritum et in statum pristinum reducimus quidquid per nos vel alium nostro nomine seu mandato factum seu processum est vel fuit in aliquo quocumque modo, occasione seu causa commissionis apostolice supradicte. In quorum testimonium presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. — Actum et datum anno et die quibus supra, apud Terralum, in presentia et testimonio venerabilium virorum : domini Guillermi de Bresons, canonici Ruthenensis, Marquesii de Caniliaco, religiosi viri domini Guillermi de Mirabello, canonici Magalonensis, ac domini Guillermi de Ulmo, presbiteri et rectoris ecclesie de Sancto Geraldo, diocesis Lodovensis.

Digitized by Google

203.

1298, 13 mai. Marvejols [1]. — Reconnaissance féodale en faveur de l'hôpital de Notre-Dame-d'Aubrac et de frère Mathieu Dangles, commandeur (*preceptor*) de l'hôpital des pauvres de Marvejols, par *Folchier* et Etienne Mazot, de *la Bessaireta*, par indivis et par égales parts, du mas de *la Bessaireta*, paroisse de Saint Pierre d'Antrenas, confrontant avec le mas *de Fabregiis* et le mas *del Bosquos*, le mas de Prat Binal, le mas *del Crozet*, *la faissa Bomparencha* et *la faissa de Bonnauberc*. Cens annuel : 4 setiers, une émine de seigle, mesure de Marvejols, un setier d'avoine, 26 sols 6 deniers Tourn., *boada*, *talias*, *albergam ad voluntatem domini dompni de Altobraco et suorum semel in anno, videlicet dictum censum, albergam, boadam, sechor et taliam quandocumque et quotiescumque alii homines Hospitalis de Altobraco taliantur ;* payable le blé à la Saint Michel, et l'argent à la Saint André.

Led. Etienne a reconnu encore une terre, aud. mas, confrontant avec le mas *del Crozet* et *la faissa Bomparencha*. Cens : demi cartal (*cartalum*) de seigle. — Fait à Marvejols, dans la maison de Mathieu *Ucherii, in qua tenetur regalis curia* ; présents : Pierre *Laurentii* de Larcis, Jean *Aldegerii de Fabregiis*, Durand Raulson et Privat Régis de Chirac, Jean Traluc de Marvejols. Not. recevant : Jean *Macellarii*, not. royal dans la sénéchaussée de Beaucaire et de Nimes.

204.

1298, 27 octobre. Saint-Geniez [2]. — Bail acapte par Du[rand] [3] *de Rupe*, damoiseau, habitant de Canet, à Pierre *Abole*, de Canet, d'une petite terre, paroisse de Canet,

1. *Arch. départ. de la Lozère*, H. (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 37 v°, copie en forme, faite le 3 février 1597, à Belvézé, en Rouergue, par Delsherms, commissaire, écrivant Sagnier, notaire de Sainte-Eulalie-d'Olt, sur le grossoyé exhibé et retiré par Jean Bonal, religieux d'Aubrac, commandeur de la commanderie de Marvejols, en l'absence des parties. — 440, registre, fol. XXVI r°, copie informe papier. — 2. *Arch. départ. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : YYYY, n° 432. — Sommaire du même acte (coté YYYY.), cf. registre coté n°s 333 et 24, fol. 28 r°. — 3. *Ms.* : Duer.

Digitized by Google

sise près du terroir que ledit emphitéote tient d'Aiméric de Canac, et confrontant avec ledit terroir, chemin de Canet à Saint-Laurent, tenure de R. *del Riasse* relevant du susdit bailleur, et du pied avec tenure de B. Canac, relevant dudit Aymeric de Canac. Droit d'entrée : 10 s. Rod. Censive annuelle : 3 den. Rod. à la Saint-André, avec lods et ventes, sans droit de quart. — Béatrix, femme du bailleur, consent audit bail. — Fait à Saint-Geniez, maison de Guillaume *Barreira*, présents : Guillaume de *Vinea*, Jean *Barreira*, clercs, Guillaume *Barreira*, B. de *Vinea*. — Not. recevant : B. *de Vertlagueto*, not. de Saint-Geniez. — [*Seing man. du not.*].

205.

1298, 8 novembre. Les Bourines. — *Acte par lequel Guillaume, domp d'Aubrac, donne à plusieurs personnes la garde des troupeaux pendant trois ans* [1].

Anno Domini M° CC° LXXXX° VIII°, die sabbati post festum Omnium Sanctorum. Noverint universi quod nos frater Guillelmus, Dei gratia dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis dyocesis, de voluntate fratrum nostrorum et dicti Hospitalis de Altobraco, tradimus seu quasi tradimus et concedimus vobis fratri Petro Juveni, ordinis dicti Hospitalis, et vobis Deodato de Boadone, vobis R. de Brushac, vobis P. de Palmacio, presentibus et recipientibus, videlicet totum gregem et totam bailiviam ovium et equarum nostrarum et conventus dicti Hospitalis, tenendarum et custodiendarum a dicto festo Omnium Sanctorum usque ad tres annos continuos. — *Item* tradimus et concedimus vobis, ut supra, omnia erbagia et pasqueria dicti Hospitalis, in quibus consueverunt stare et depacere dicte bailivie dictarum ovium et equarum. — Et tradimus et concedimus vobis plus terram nostram de ultra aque de Bes una cum terra nostra, vocata los fraus de Nabinals ; — et plus etiam tradimus et concedimus vobis, ut supra, los fraus de

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, parch. orig. non coté. — *Au dos* : Pour Antoine d'Estaing, domp d'Aubrac et conseiller du roi, contre frère François de Blacas, commandeur de Recoules.

Digitized by Google

Aulas. — *Item* tradimus vobis, ut supra, erbas del cause de Leborinas prout alias dicte bailivie consueverunt depacere et tenere. — *Item* vendimus vobis, cedimus et concedimus omnes redditus, fructus et proventus caseorum, lanarum et aliorum omnium que ex grege provenient memorato, — *Item* decimam agnorum dicte bailivie. — Et hoc pro precio CCC librarum Ruthenensium, quod precium debetis solvere nobis et Hospitali predicto per hos terminos, scilicet : C libras Ruth. hinc ad instans festum Omnium Sanctorum et alias C libras Ruth. in alio sequenti festo Omnium Sanctorum, anno revoluto, et residuas C libras Ruth. in tercio anno, scilicet in dicto festo Omnium Sanctorum. — *Item* debetis solvere omnia debita in quibus dicta bailivia usque ad diem presentem est obligata. — *Item* debetis et tenemini anno quolibet scilicet dictorum trium annorum reddere nobis et dicto Hospitali per estatem tria M ovium cum lacte et de illis dictum Hospitale lac et caseos sibi apropriet et non lanas ; salvo etiam quod dictum Hospitale teneatur solum expensas facere custodibus dictorum trium M ovium de pane et eisdem ovibus de sale, prout est in talibus consuetum. — *Item* debetis estivare per dictos tres annos equas taule seu conventus Hospitalis predicti. — *Item* debetis dare nobis per dictos tres annos, scilicet anno quolibet, XXV vel XXX[a] pesas de caseis. — *Item* debetis bailiviam predictam ovium et equarum custodire fideliter et reddere eidem Hospitali post dictos tres annos absque aliquo honere debitorum, nec debetis vendere seu alienare animalia dicte bailivie sine nostra speciali licencia et mandato. Et si plus valent premissa dicto precio vel in futurum plus valebunt, totam illam magis valenciam donamus vobis donatione pura et simplici et irrevocabili inter vivos... — Plus etiam debetis absque diminutione dicte bailivie pojadas et davaladas de vestris propriis solvere et in istis volumus esse vos obligatos. — Et nos predicti frater P. Joves, D. de Boadone, R. de Bruishac, P. de Palmacio, nos omnes insimul et quilibet nostrum per nos et in solidum promittimus vobis dicto domino dompno premissa omnia et singula, prout superius sunt expressata, tenere... et sic

Digitized by Google

recipimus et aprobamus omnia in presenti instrumento predicto contenta et expressata et promittimus in predictis bene et legaliter nos habere et juramus ad sancta Dei evangelia a nobis gratis corporaliter manu tacta, et pro premissis omnibus et singulis servandis et complendis obligamus nos ad invicem et omnia bona nostra. — Actum in grangia de Leborinis, anno, mense et die quibus supra. — Arnaldo Sigaldi, Duranto de Monte Amato, B. Poncii capellano, fratribus dicti Hospitalis, P. de Parlagio milite, Johanne de Chambo, R. Garriga, fratribus ejusdem ordinis, et me Duranto Riquerii, clerico, civitatis et episcopatus Ruthenensis et Hospitalis predicti Beate Marie de Altobraco publico notario, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

206.

1298, 29 novembre [1]. — Vente par Hector de *Lagarda*, damoiseau de *Vonco*, par Hélène, sa femme, et par Aymeric et Bérenger, frères dud. Hector, à frère Durand de Montamat, sindic de l'Hôpital d'Aubrac, de leur mas de *Maymac*, paroisse de Ceyrac, confrontant avec affar du seigneur de Calmont, affar de Durand *Bonafos*, terre dud. Hôpital, affar de *Cruejols* et terre de feu Me Durand Rigal, avec tous droits de censives, de quarts, etc., au prix de 60 livres Tournois. Acte reçu par Bernard de *Montemejano*, notaire, et coté lettre C.

207.

1299 (n. s.), 12 janvier. — *Reconnaissance de dette en faveur de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

« *Item* quoddam instrumentum in quo continetur quod anno Domini MºCCºLXXXXVIIIº et [die] lune ante festum beati Yllarii, Hugo de Aurella, domicellus Sancti Genesii ripe Olti, recognovit se debere Hospitali ratione elemosine unam eminam siliginis annuatim, ad quam solvendam expresse obligavit mansum suum de Vaysseria, [par-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, registre nº 75 (Albiac, Ceyrac et Cruejols), fol. 2 vº. (Sommaire en latin.)

2. *Arch. dpart. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté nos 333 et 24, fol. 25 vº (MMMM), et fol. 28 rº (XXXX.)

Digitized by Google

rochie de Marnhaco], ut in eo cavetur [1]; et fuit sumptum per magistrum Stephanum Maurelli, notarium, et signatur in dorso per MMMM. »

208.

1299 (n. s.), février. Paris. — *Confirmation par le roi de France du délaissement et de l'arrantement de la borie de la Roque-Valzergue* [2].

Philippus, Dei gratia Francie rex. Notum facimus universis... quod nos litteras infrascriptas vidimus in hec verba :

Noverint universi... quod cum olim boria domini nostri... regis Francie, sita prope castrum Ruppis Vallissergie, Ruthenensis senescallie, et aqua de Vebra et molendina et nemus de Vebra et devesa cuniculorum cum eorum pertinentiis fuissent adcensata per dominum Aubertum de Nangevilla, militem, dudum senescallum Ruthenensem, Marchoni de Fonte, Guillermo de la Sala, Hugoni et Raymondo Barden et Cavallerio de Bonaterra dicti castri pro certa annua pensione tringinta librarum Turon., tringinta sextariorum frumenti et undecim sextariorum avene et unius oboli aurei valentis quinque solidos Turon. tantum, ob cujus census seu pensionis gravamine et intolerabili pondere dicti pagesii oppressi et depaupertati fuerant adeo quod ipsos dimittere oportebat etiam propria bona sua : tandem supplicantibus dictis pagesiis nobili viro domino Guillermo de Combrosio militi, senescallo Ruthenensi pro dicto domino nostro rege, ut quitanciam vellet recipere ab eisdem de predicta censiva, licet pro dicto censu solvendo dicti pagesii se et bona sua, ut dicitur, obligassent, inspecto tamen usu generali terre in talibus observato, idem dominus senescallus, de consilio judicum suorum et receptorum in dicta senescallia et curialium infra scriptorum, dictam quitanciam, salvo

1. Led. mas confrontait avec terre des Bonenssatz, chemin de La Roque à St-Geniez, et du levant autre chemin allant à St-Geniez.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, vidimus parch, coté UUUU, XLIII, n° 326, n° 6, fait par Guillaume Thibout, garde de la prévôté de Paris, le jeudi après l'octave de la Chandeleure 1298 [12 février 1299 (n. s.)], signé : G. de Bosay; lacs et sceau de la prévôté de Paris disparus. — Reg. coté n. 333 et 24 (La Roque-Valzergue), fol. 27 v°. (Sommaire en français).

Digitized by Google

jure domini regis, acceptasset et dictam boriam cum suis pertinenciis et aquam et molendina et nemus de Vebra et devesam cuniculorum dicte borie et nemoris exponi fecisset ad incantum, palam et publice, apud Ruppem et in locis, villis seu castris proximioribus, et nullus inveniretur qui tantum censum in premissis offerret ; subsequenterque deliberato consilio, idem dominus senescallus boriam et devesam cum prato Albari et sanhis et prato, quod Bego de Marautuch acquisivit a Stephano vel Poncio de Coirodes, et terris cultis et incultis, heremis et vestitis, adcensatis et non adcensatis et dictam aquam et molendina et nemus de Vebra et piscarium et piscam dicte totius aque [et] piscarii seu piscariorum factorum et faciendorum, que dominus rex et ejus curiales de Ruppe et eorum quodlibet a quibuslibet defendere consuevit, et census et edificia et jura omnia eorumdem exponi fecisset apud Ruppem, palam et publice, et in castris seu villis circumvicinis ad incantum ad XXX^{a} libras Turon. et dictum obolum aureum tantum renduales, nec inveniretur quis in et pro eisdem dictas XXX^{a} libras Turon. et obolum dare vellet, licet pluries fuissent, ut premittitur, palam et publice, incantata cum eorum juribus et pertinentiis quibuscumque, — Aldoardus Guarriga de Ruppe Vallissergie eidem domino senescallo in premissis et pro premissis omnibus et singulis, prout inferius confrontantur, et in omni jure dicto domino nostro regi in et pro eisdem et de eisdem pertinente qualitercumque infra dictas confrontationes, etiamsi se extendant alicubi, exceptis tantum inferius retentis per dictum dominum senescallum, obtulit se daturum, anno quolibet, dicto domino nostro regi vel ejus bajulo de Ruppe tringinta libras Turon. parvorum vel equivalens in alia curribili moneta et dictum obolum aureum vel quinque solidos Turon. parvorum vel equivalens de alia moneta, solvendas apud Ruppem in terminis consuetis solvere ballivias domini nostri regis dicte senescallie, ita videlicet quod premissa omnia cum eorum juribus et pertinentiis teneat et possideat pacifice et quiete ipse Aldoardus et sui successores, heredes seu vo-

Digitized by Google

luntarii, quilibet, absque alia qualibet exactione, quista, albergia, tallia seu subventione alia pro exercitu vel cavalcata vel alia quacumque ratione seu causa, per se vel cum hominibus castri Ruppis Vallissergie vel ejus mandamenti vel cum aliis quibuslibet, seu contributione vel collecta occasione vel causa premissorum vel eorum fructuum, jurium seu eorum que in predictis idem Aldoardus vel sui haberent, tenerent vel possiderent in vel pro eisdem vel aliquo eorumdem facienda ; et sub ea conditione vel pacto quod idem Aldoardus vel sui possint licite et absque impedimento quolibet , quandocumque voluerint, minuere et totaliter amovere dictas XXX^{a} libras Turon. renduales in totum et in parte, solvendo dicto domino senescallo vel receptoribus domini regis in dicta senescallia vel senescallo Ruthenensi pro domino rege C libras Turon. parvorum pro C solidis Turon. de dictis XXX^{a} libris Turon. amovendis, eidem Aldoardo et suis quitandis et perpetuo dimittendis tunc per ipsum dominum senescallum et successores suos senescallos Ruthenenses seu per thesaurarium vel receptorem in dicta senescallia pro domino nostro rege et vice et nomine ipsius, et sic deinceps solvendo libram pro solido, quandocumque idem Aldoardus vel sui voluerint, quousque tot libre Turon. quot solidi sunt in dictis XXX^{a} libris curie ejusdem senescalli vel successoribus suis senescallis vel receptori in dicta senescallia pro domino rege fuerint exsolute, et dicte XXX^{a} libre in totum, si tot libre, vel in parte, prout partem solvent, fuerint eidem Aldoardo vel suis remisse perpetuo vel quitate ; remanente tamen semper in predictis omnibus et singulis dicto obolo aureo vel quinque solidis Turon. parvorum vel eorum equivalentia in alia moneta bajulo de Ruppe Vallissergie vel ejus locumtenenti per dictum Aldoardum et suos, ad eorum electionem, anno quolibet, in festo Omnium Sanctorum exsolvendo specialiter pro quibuscumque servitiis, seignoya seu exercitu seu aliis subventionibus quibuscumque, ut supra, ex omnibus vel pro omnibus predictis bonis, rebus, possessionibus et eorum juribus, meliorationibus, fructibus, proventibus et aliis mobilibus et

Digitized by Google

inmobilibus eorumdem qualitercumque faciendis et solvendis seu pro aliquo eorumdem ; et hoc acto specialiter et intervento ex pacto quod ob dictum obolum vel quinque solidos Turon. pro valore ejusdem non solutum, quantumcumque idem Aldoardus vel sui voluntarii illum obolum vel censum solvere cessarent, res predicte nunquam cadant in commissum nec possint cadere domino nostro regi vel suis, set, pro censu solvendo, idem Aldoardus et sui, quamdiu predicta tenebunt, si solvere nollent anno quolibet, possint compelli, si necesse fuerit. Quas terras, possessiones, molendina et omnia predicta et singula in totum et in parte cum eorum juribus et pertinentiis idem Aldoardus et successores sui et voluntarii, quilibet, possint excolere seu excoli facere per se vel alios quoscumque, quandocumque voluerint, et etiam adcensare et in emphiteosim et acapitum dare et concedere perpetuo vel ad tempus et census, quos sibi expedire videbunt, retinere, habere et recipere pro eisdem et pignorare pro dictis censibus et aliis juribus ex predictis proventibus in feudo antedicto et universa alia recipere et habere juxta usum communem terre in adcensamentis seu acapitibus vel emphiteosi observatum, seu ad firmam tradere, pro libito voluntatis, et ipsas res meliorare et aquas et fontes conducere et habere et a pagesiis seu tenanciariis dictarum possessionum vel rerum et cujuslibet earum vendas de quolibet solido unum denarium et laudimia et acapita et investitiones ac recognitiones cum juramento semel et pluries habere et, quociensque locus fuerit, recipere et eisdem concedere et quibuslibet aliis et laudare, ratificare et confirmare venditiones seu quascumque alienationes, que fierent ex eisdem in totum vel in parte, et in possessionem mittere corporalem et commissa ratione census vel censuum eidem Aldoardo vel suis voluntariis non solutorum habere, capere et tenere et ea commissa adcensare vel sibi retinere pro libito voluntatis, et hec omnia alia ad predicta pertinencia et quodlibet ex ipsis idem Aldoardus et sui successores et voluntarii perpetuo possint et eis liceat perficere et complere et aliis quibuslibet ab eis ea et earum quodlibet recipere et habere absque re-

Digitized by Google

quisitione qualibet seu laudimio vel impedimento domini nostri regis vel ejus curie vel bajuli de Ruppe vel suorum ; hoc tamen salvo quod si dictus Aldoardus vel sui successores predicta totaliter perpetuo venderent totum vel partem de premissis, quod idem dominus rex vel ejus bajulus de Ruppe pro eodem haberet et perciperet vendas debitas et laudimia in talibus recipi consueta de precio eorumdem ; et quod dictus Aldoardus et sui voluntarii dictam boriam seu territorium custodiant seu faciant custodiri et banejari et banna recipi suis temporibus debitis per comunem bannerium seu banerios castri de Ruppe, per ipsum Aldoardum et suos et alios dicti castri institutum et institutos, ita tamen quod eidem Aldoardo et suis jurent banerii predicti predicta fideliter custodire, sicut aliis feudatariis vel hominibus dicti castri ; devesam vero cuniculorum, piscaria et totam aquam de Vebra et nemora culta et inculta et prata supradicta et eorum fructus et proventus a quibuslibet custodiant et defendant seu custodiri et defendi faciant dictus Aldoardus et sui successores et eorum voluntarii sicut sua. — Que omnia idem dominus senescallus, vice et nomine dicti domini nostri regis Francie, de consilio et assensu venerabilium virorum dominorum Raymondi de Bisturro, judicis sui majoris, Petri Galterii, judicis in montanis Ruthenensibus, Centulli de Glacenys, judicis Salveterre et advocati ac procuratoris domini regis, Chini Gren, receptoris domini regis et thesaurarii dicte senescallie, domini Johannis de Turre, legum doctoris, magistrorum Poncii Carrerii et Bernardi de Solareto, jurisperitorum, et aliorum curialium et bonorum virorum infrascriptorum, considerata et inventa utilitate domini nostri regis, et quia nullus alius in dictis bonis omnibus et singulis predictis et eorum ac domini nostri... regis juribus infra dictas confrontationes contentis ac pertinentibus, pro eisdem et de eisdem omnibus rebus tantumdem offerre nolebat, licet diligenter et pluries idem dominus senescallus fecerit incantari et subastari apud Ruppem Vallissergie et villas, castra seu loca circumvicina, palam et publice, eadem et plenius de valore eorum omnium ac deligentius inqui-

Digitized by Google

sito, ne tali tractu temporis dicta bona et specialiter molendina dissiparentur tali incuria seu negligentia quasi quodam modo derelicta, voluit et concessit ac tradidit eidem Aldoardo presenti, stipulanti et recipienti pro se suisque successoribus et voluntariis quibuslibet, sub modis et forma et omnibus conditionibus supradictis, omnia predicta bona, res et possessiones, piscaria, nemora in heremo et vestito, culto et inculto, edificia, aisinamina, superlectilia et alia mobilia et inmobilia et jura omnia dicti domini nostri regis, que habebat et habere poterat et debebat quoad hec et per hec et occasione eorumdem, in eisdem et pro eisdem omnibus et singulis infra confrontationes infrascriptas, cum eorum juribus, exitibus, introitibus, fructibus, censibus, juribus intus et extra, proventibus et adissidis presentibus et ex nunc futuris in perpetuum, sub modis et formis et conditionibus suprascriptis habenda, tenenda et perpetuo possidenda et possidendas pacifice et quiete absque contradictione et reclamatione cujuslibet, et pro eviccione premissorum, si contingeret, et cujuslibet eorum se, vice et nomine domini regis, efficaciter obligavit idem dominus senescallus dicto Aldoardo pro se et suis voluntariis ut supra stipulanti et recipienti, et quod ob hoc de premissis aliam quamcumque financiam ipse Aldoardus vel sui successores et voluntarii in posterum facere minime teneantur, licet in persona ignobili premissa transferantur ; addito tamen per dictum dominum senescallum quod idem Aldoardus, ultra dictas XXX^{a} libras Turon. renduales et obolum, adiciat et det plus XL^{a} solidos Turon. renduales modo et forma superius pretaxatis, scilicet quod, solido pro libra, possit eos diminuere et amovere, ut superius extitit expressum de dictis XXX^{a} libris Turon. dimittendis et amovendis ; item salva et retenta totali juridictione et dominio majori in premissis domino nostro regi, et quod idem Aldoardus et successores sui pro premissis juramentum fidelitatis eidem domino regi seu ejus curialibus dicti castri prestare teneantur ; loco et tempore oportunis, et salvis dicto Aldoardo et suis voluntariis perpetuo superius expressatis ; et de predictis omnibus et

Digitized by Google

singulis et quolibet predictorum et omnium jurium et fructuum, reddituum et proventuum eorumdem ex nunc in perpetuum ipsum Aldoardum, pro se et nomine quo supra recipientem, induxit et posuit cum hoc publico instrumento in veram possessionem seu quasi et concessit ac mandatum dedit, nomine quo supra, eidem Aldoardo pro se, et ut supra, quod possessionem corporalem predictorum omnium et singulorum ipse Aldoardus per se vel per alium loco sui possit auctoritate propria apprehendere et nancisci, licentia dicti domini senescalli et ejus curie minime expectata, et ipsas res et eorum fructus, proventus et adissidis et census et omnia eorum jura possidere, percipere et explectare tanquam sua et suos libere et quiete, retenta per dictum dominum senescallum super premissis et singulis voluntate vel confirmatione domini nostri regis. — Confrontatur autem dicta boria ab ortu solis cum rivo de Sanhas Estremieras et cum prato et terris, que fuerunt dels Bardetz, et cum territorio del Tarnesca et cum ranco de la Roqueta, via media, et cum pluribus ortis castri de Ruppe et cum strata, qua itur de Belanda versus pontem de Serra, et cum territorio Berengarii de Capella et cum prata Villares ; item piscarium et aqua et nemora et territoria predicta de Vebra et molendina confrontantur cum via, qua itur de Ruppe Vallissergie versus mansum de Montanhac, et cum terris mansorum de las Forchas e de Montanhac et ascendit usque in vertice montis et prout descendit per mansum de Vebra usque in rivum de Serra, ubi dicte aque conjunguntur, et si qui alii sunt confines. — Horum omnium sunt testes : prefati domini judex et thesaurarius et dominus Johannes de Turre, magistri Pontius Carrerii et B. de Solaret prenominati et magistri Guillermus de Caslari, R. Hugonenc, Petrus Matini, notarii domini regis, et ego Johannes Servientis, notarius publicus Villefranche domini regis, qui, *etc.* — Actum apud Villamfrancham, in hospicio domini regis, die mercurii ante festum beate Lucie virginis, anno Domini M° CC° nonagesimo octavo [1], illustrissimo domino Philippo, rege Fran-

1. 10 décembre 1298.

Digitized by Google

cie, regnante. — Quibus omnibus et singulis premissis nos prefati R. de Bisturro, Chinus Gren, thesaurarius, P. Galterii, Centullus de Glacanys et B. Lye, procurator et defensor domini regis, inspecta, considerata et inventa utilitate domini regis in premissis, scientes ea fore, ut premittitur, supra in dicto instrumento incartata, assensum nostrum prebentes eisdem [et] confitentes ea omnia per dictum dominum senescallum fore facta de nostro consilio et assensu, in fidem et testimonium eorumdem sigilla nostra cerea inferius pendentia apponi fecimus in premissis. Nosque dictus senescallus nostrum apponi fecimus sigillum cereum in eisdem in fidem et testimonium premissorum.

Nos autem traditionem et concessionem predictas, quia senescallus predictus testatus fuit et asseruit eas utiles nobis esse ac omnia et singula, ut supra sunt expressa, rata et grata habentes, ea volumus, concedimus et tenore presentium confirmamus, salvo in aliis jure nostro et quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile perseveret perpetuo, sigillum nostrum fecimus presentibus litteris apponi. — Actum Parisius, anno Domini M° CC° nonagesimo octavo, mense februarii [1].

209.

1299, 5 avril. Bozouls. — *Accord passé entre Durand de Montamat, domp de l'Hôpital de Bozouls, et Hector de La Garde* [2].

Anno Domini M° CC° LXXXX° IX°, nonas aprilis. Noverint universi... quod cum lis, questio seu controversia verteretur seu verti speraretur inter religiosum virum dominum Durantum de Monte Amato, dompum hospitalis de Boadone, pro se et nomine dicti hospitalis ex una parte, et Hectorem de la Garda, pro se et suis, ex

1. Le registre coté n^os^ 24 et 333 (La Roque-Valzergue), conservé aux *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, mentionne fol. 27 v° : « Lettres royaux de l'an 1298 obtenues par Aldoard Garrigues du roy Filipe en maintenue de la Borie [de la Roque-Valzergue], terres, bois, eaux et moulins si dessus confrontés. Séélé du grand seau de cire verte avec lactz de soye verte et rouche, coté TTTT. »

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : n° 90, MM et 2 M nombre 2. — V. l'acte n° 217.

Digitized by Google

altera, super eo videlicet quod dictus dominus Durantus dicebat et asserebat ad se et hospitale predictum pertinere et pertinere debere omnes terras et possessiones in heremo et vestitu, que domina Guillelma de la Garda, condam, mater dicti Hectoris, habebat vel visa erat habere tempore mortis sue vel ante apud Abolh et in tenemento, ratione cujusdam donationis sibi et dicto hospitali facte per dictam dominam Guillelmam in infirmitate, de qua obiit prefata domina Guillelma, prout dicebat contineri in quodam publico instrumento exinde facto per manum magistri Geraldi Ponterii, notarii castri de Boadone, ut in eodem instrumento continebatur; — dicto Hectore in contrarium asserente et dicente prefatas terras et possessiones dicti loci d'Abolh et tenementi ad se pertinere et pertinere debere, prout dicta domina Guillelma, condam, eas tenebat, tempore mortis sue, ipsi Hectori specialiter ratione cujusdam donationis sibi facte per dictam dominam Guillelmam, matrem suam, condam, et ex quibusdam aliis pactis et conventionibus habitis inter ipsum Hectorem et dictam matrem ejus, condam, prout dicebat contineri in quodam publico instrumento exinde facto per manum magistri Berengarii de Gassaco, publici notarii de Palmacio, ut in eodem continebatur. — Tandem super predictis questionibus universis et singulis, que utraque pars facere poterat alteri ad invicem, ratione rerum et possessionum predictarum, talis transactio et amicabilis compositio de voluntate parcium predictarum intercessit, videlicet : quod dictus dominus Durantus, pro se et nomine dicti hospitalis, habeat, teneat perpetuo et possideat franca et absque omni prestatione census et senhorie quoddam pratum, quod dicta domina Guillelma vel alius pro ea in tenemento d'Abolh habebat et possidebat tempore mortis sue, quod confrontatur ex una parte cum pratis Hospitalis Beati Johannis d'Abolh et cum territorio vocato de la Gorssola ex altera et ex alia cum quibusdam campis, qui fuerunt dicte domine Guillelme, condam, et specialiter illos campos et omnes terras et possessiones, quas ha[bebat], tenebat et possidebat dicta domina Guillelma, vel alius pro ea, a via qua itur

Digitized by Google

a Boadone versus Abolh et us[que in pre]fato territorio de la Gorssola et usque in via qua itur de Boadone versus Ruthenam, prout ambe vie conjunguntur in loco vocato de las Rogieiras, juxta pratum seu clausuram Hugonis Estranheti, aliis terris heremis et vestitis dicto Hectori perpetuo remanentibus, jure suo ; et sic utraque pars et etiam Petrus Fabri, nomine Aybeline, uxoris sue, et Ramundus la Garda, pro se, approbaverunt prefatam transactionem et amicabilem compositionem in quantum eos et partem suam tangit et tangere potest...; salvo et protestato per dictum Petrum Fabri, pro se et nomine prefate uxoris sue, et per Ramundum la Garda, pro se, quod ipsi non intelligunt nec volunt per presentem approbationem, quam faciunt de prefata transactione, renunciare juri quod habent seu habere possunt et debent in illa parte que in presenti transactione remanet dicto Hectori renunciare nec in aliquo juri suo derogare, set tantummodo quoad illa que remanent dicto fratri Duranto et hospitali predicto. Et cum Aymericus de la Garda, frater dicti Hectoris, non esset presens ad ratificandum et approbandum omnia supra dicta, dictus Hector promisit se facturum et curaturum quod dictus Aymericus laudabit et ratificabit et approbabit presentem transactionem seu amicabilem compositionem, monitioni dicti domini Duranti et requeste, sub obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum, in prefata transactione contentorum et aliorum, sub omni et qualibet renunciatione juris et cautela. — *Item* fuit expresse conventum... quod dictus dominus Durantus solvat et solvere teneatur D. de Carlato LXV libras Ruthenenses hinc ad instans festum Assentionis Domini, ratione quarum, nisi solverentur tunc temporis dicto D., debet anno quolibet idem D. percipere et habere in tota terra, quam dicta domina Guillelma, condam, et dictus Hector habebat in dicto tenemento, XII sestaria frumenti ad mensuram Ruthene ; que XII sestaria frumenti censualia habeat dictus dominus Durantus pro se et nomine dicti hospitalis in prefata tota terra, que in presenti transactione remanet dicto Hectori, ratione census et dominii, annuatim, ad modum et

Digitized by Google

formam, prout fuerat incartatum et traditum dicto D. de Carlat per dictum Hectorem et dictam ejus matrem, condam ; salvo et retento quod incartamentum consimile incartamento dicti D. dictus Hector facere teneatur dicto domino Duranto, antequam dictus dominus Durantus solvat dicto D. de Carlato dictas LX^ta^ V^que^ libras. — *Item* fuit actum et expresse conventum... approbando cancellata per dictas partes superius contenta in ista nota. — *Item* fuit actum et expresse conventum quod dictus Hector vendat dicto domino Duranto ad esgardum Guillelmi Genezii, domicelli, et magistri Johannis Ponterii I sestarium frumenti, ad mensuram Boadonis, et VI denarios Ruthenenses, quod et quos debent eidem Hectori liberi Petri Galut, condam, et Petri Comborieu, ratione census et dominii, et quod precium quod inde habebit dictus Hector removeatur de precio dictarum LXV librarum ; hoc retento quod si dictus Hector a tempore Assentionis Domini proximo venientis, infra duos annos, satisfecerit dicto domino Duranto de predictis LXV libris cum precio dicti sestarii frumenti et VI denariorum, quod contractus inhitus inter eos de prefatis XII sestariis censualibus sit nullus et pro nullo reputetur, et quod notarius infra scriptus possit facere de hoc incartamentum ad modum et formam incartamenti facti de premissis ad requestam dicti D. de Carlato. — Actum apud Boadonem, anno et die quibus supra. — Testes ad hec fuerunt vocati et rogati : dominus Guillelmus Haerra, dominus Hugo Galaups, Guillelmus Genezii, magister Johannes Ponterii, P. Gilis, Hugo de Moret, Guillelmus Ricardi, et ego G. Ponterii, notarius infra scriptus.

Postque, anno quo supra, die lune post octavam Pasche [1], Aymericus de la Garda, predictus frater dicti Hectoris, pro se et suis laudavit, ratifficavit et approbavit dicto fratri Duranto omnia et singula supradicta sub modis et formis supradictis et contra non venire promisit et juravit et pactum faciens de amodo aliquid non petendo in predictis et renunciavit omni juri per quod contra predicta venire posset seu in aliquo juvari. — Actum apud Boado-

1. 27 avril.

Digitized by Google

nem, anno et die quibus proximo supra. — Testes ad hoc fuerunt vocati et rogati : domini Johannes Malavals, Hugo Galaups presbiteri, magister Johannes Ponterii, Hector et R. de la Garda, et ego G. Ponterii, notarius infrascriptus.

Postque, anno quo supra, die martis post octavam Pasche [1], dicti Guillelmus Genezii et Johannes Ponterii, vocatis coram se dictis fratre Duranto et Hectore, declaraverunt et declarando dixerunt ex potestatate arbitraria supra eis concessa quod dictus Hector quitet titulo pure et perfecte venditionis dicto fratri Duranto dictum sestarium frumenti et VI denarios ante dictos cum omni dominio et senhoria quam habebat in affario seu affariis, pro quo seu quibus debentur eidem Hectori dicti VI denarii censuales et sestarium antedictum, quod statim fecit dictus Hector, se et sucs disvestiens de eisdem, investiendo dictum dominum Durantum, pro se et nomine dicti hospitalis, de predictis cum hoc presenti publico instrumento ; et quod dictus dominus Durantus ex dicta causa dicte venditionis det et dare et solvere teneatur dicto Hectori IX libras Ruthenenses , quod statim fecit, non obstantibus pactis et conventionibus suprascriptis, super eo videlicet quod precium dicti sestarii frumenti et VI denariorum debebat removeri de summa predicta dictarum LXV librarum , sic quod dictus Hector se tenuit pro bene paccato et contento et renunciavit exceptioni non numerate pecunie et spei future numerationis, si contingeret quod dictus Hector, tempore supra statuto vel infra, vellet emere eodem precio a dicto domino Duranto dicta XII sestaria frumenti eidem vendita per dictum Hectorem. — *Item*, dicta die proxima, dictus Hector et Ramundus, fratres, pro se et suis, vendiderunt et titulo pure et perfecte venditionis desamparaverunt dicto domino Duranto, recipienti pro se et nomine dicti hospitalis, I sestarium frumenti cum omni dominio et senhoria, quam ipsi habent in territorio pro quo debetur eisdem quod debent eisdem P. et G. de Merlet ratione cujusdam prati seu territorii, quod tenent ab eis in territorio d'Olio vel circa, prout confrontatur cum suis appen-

1. 28 avril.

Digitized by Google

diciis universis in heremo et vestitu, precio VI librarum Ruthenensium, quas recognoverunt ab eodem domino Duranto habuisse et numerando recepisse... Et dictus Hector specialiter promisit se facturum et curaturum quod Helena, uxor sua, ratificabit, emologabit et approbabit cum sacramento et etiam dictus Aymericus omnia incartamenta facta hodie et alias et etiam facienda, requisitioni et monitioni dicti domini Duranti vel sui procuratoris ; et ita tenere et servare et complere promiserunt et juraverunt dicti fratres. — Actum apud Boadonem, in domibus dicti hospitalis, anno et die quibus supra proximo. — Testes ad hoc fuerunt vocati et rogati : domini Johannes de Malavalle, Hugo Galaup, Guirbertus de Montejovis, presbiteri, B. Fleyssier, Guillelmus Genezii, magister Johannes Ponterii, et ego G. Ponterii, publicus Boadonis notarius, qui notam hujus publici instrumenti recepi et in libro meo sive prothocollo eam posui ; et postmodum auctoritate commissionis michi facte per potentem virum dominum B., Dei gracia comitem Armaniaci, Fezenciaci et Ruthene, legitimum administratorem Johannis, filii sui, dictum instrumentum cum prothocollo correxi et in istam formam publicam reddigi feci per manum magistri Johannis Aprilis, clerici, et signo meo manu mea propria signavi. — [*Seing manuel du notaire*].

210.

1299, 7 avril. Marvejols [1]. — Reconnaissance féodale en faveur de l'Hôpital de Notre-Dame d'Aubrac et de frère Mathieu Dangles, prêtre, commandeur de l'hôpital des pauvres de Marvejols, par Guillaume Boni, de *la Valeta*, d'un pré situé *in ripeyria Apionis*, confrontant *cum aqua Apionis*, pré de Jean *Malavielha*, champ de Pierre Soli[er]..., champ de Raymonde de *la Valeta* et pré et champ de *Guillerma* Pescharis. Cens annuel : un setier de froment et un setier d'avoine, mesure de Marvejols, et une géline à

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols) 439, registre, fol. 42 r°, copie faite le 3 février 1597, à Belvézé en Rouergue, par Delsherms, commissaire, et Sagnier, notaire de Ste-Eulalie-d'Olt, sur le grossoyé exhibé et retiré par Jean Bonal, religieux d'Aubrac, commandeur de la commanderie de Marvejols. — 440, registre, fol. XXXI r°, copie informe papier.

Digitized by Google

la Saint-Michel. — Fait à Marvejols, *in domo Templi*, présents : Pierre *Didas*, R. *Judo*, Blanquard, Jean Dangles clerc. Not. recevant : Jean *Macellarii*, not. royal dans la sénéchaussée de Beaucaire et de Nîmes.

211.

1299, 7 avril. Marvejols [1]. — Reconnaissance féodale consentie à l'Hôpital d'Aubrac et à frère Mathieu Dangles, prêtre, commandeur de l'hôpital des pauvres de Marvejols, par Etienne Rossinhol *de Podio Alto*, du mas de *Puechal*, paroisse de St-Laurent de Muret, confrontant avec le pré *del Postel*, le ruisseau d'Appiou, le chemin de *Bonalberc* à la croix dels Clausels, la terre de *la Vaysseria* et terres de *Falcop* et du seigneur de Muret, sous le cens annuel de 6 *miladencs* de seigle, mesure de Marvejols, de 7 sols Tourn. et d'une géline à la Saint-Michel. — Fait à Marvejols, *in domo Templi*, présents : Pierre *Didas*, R. *Judo*, Blanquard, Jean Dangles clerc. Not. recevant : Jean *Macellarii*, not. royal dans la sénéchaussée de Beaucaire et de Nîmes.

212.

1299, 18 mai. Marvejols [2]. — Reconnaissance féodale consentie à l'Hôpital d'Aubrac et à frère Mathieu Dangles, commandeur de l'hôpital des pauvres de Marvejols, par Jean *Berno* et Jean *Solia, del Roucouz*, du mas appelé Lou Roucous, *equis partibus pro indiviso*, paroisse de Saint-Laurent de Muret, confrontant avec terres du lieu de Fabrèges Sabatières et le terroir dit *la Lichiera*, du midi avec terres du mas *de Prato Binali, riva de Appione in medio*, du couchant avec prés dits de Tauram, du nord *cum via, qua itur de Manso versus dictum mansum de Fabregis*, sous le cens annuel de 5 set. seigle, mesure de Marvejols, 7 sols Tourn., *boada, talias, albergam ad voluntatem domini dompni de Allobraco et suorum semel in anno, videlicet dictum censum, albergam, boadam, sechor et*

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols), 440, registre fol. XIIII v°, copie informe papier.

2. *Arch. départ. de la Lozère.* H.(Hôpital de Marvejols), 440, registre, fol. XVr°, copie informe papier.

Digitized by Google

taliam quandocumque et quotiescumque alii homines Hospitalis de Altobraco taliantur, payables : le blé à la Saint-Michel et l'argent à la Saint-André. — Fait à Marvejols, dans la maison de Mathieu *Ulcheri, ubi tenetur regalis curia*, témoins : Jean *Aldegerii* de Fabrèges et Jean Trasluc de Marvejols. Not. recevant : Jean *Macellarii*, not. royal dans la sénéchaussée de Beaucaire et de Nîmes.

213.

1299, 26 mai. Marvejols [1]. — Reconnaissance féodale consentie à l'Hôpital de Notre-Dame d'Aubrac et à frère Mathieu Dangles, commandeur de l'hôpital des pauvres de Marvejols, par Jean *Roffiac*, Pierre Rigal, Etienne Couderc, Jean Vanel, Jean Boissonade, Antoine Encontre et Guillaume *Manha*, du lieu *del Mas*, paroisse de Saint-Laurent de Muret, d'un terroir appelé de *Las Combas*, ès appartenances du mas *del Mas*, *equis partibus pro indiviso*, susd. paroisse, confrontant avec le terroir de Pontipauc, terres des habitants dud. mas, terres du seigneur de Muret, terres dud. lieu de Saint-Laurent de Muret et du mas de *Vernhacrosa*, sous le cens annuel de 20 *mitadencs* de seigle, mesure de Marvejols, 6 sols Tourn., *boada*, *taliam*, *albergam ad voluntatem domini dompni dicti monasterii de Alto Braco et suorum semel in anno, videlicet* : *bladum et denarios*, à la Saint-Michel ; *et boadam*, *taliam et albergam et sechor*, *quando alii homines dicti Hospitalis taliabuntur*. — Fait à Marvejols, dans la maison de *Ulcheri Martini* (?), *in qua tenetur regalis curia*, témoins : Pierre Laurent de *Larcis*, Jean *Aldegeri* de *Fabregis*. Not. recevant : Jean *Macellari*, not. royal dans la sénéchausséee de Beaucaire et de Nîmes.

214.

1299. — *Quittance en faveur du tenancier de la borie de La Roque-Valzergue* [2].

« Quictance des recepveurs du roy faicte à Aldoard Garrigues en l'an mil IIc nonante neuf pour 4 livres deu-

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols), 440, registre, fol. XVI r°, copie informe papier.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°s 333 et 24, fol. 28 v°.

Digitized by Google

bes à sa Majesté de censive annuelle pour raison de la mettérie de La Roquo-Balzergue ; séellé de deux seaux avec leurs courdons, cotté AAAAA. »

215.

1300 (n. s.), 7 janvier. Les Bourines [1]. — Bail acapte par frère Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Pierre et à Guillaume *de Manso*, frères, de la paroisse de Palmas, d'une partie de l'affar de *Cumbalongua*, paroisse de Ceyrac, confrontant avec l'affar de *la Facha* du seigneur de Calmont *et protenditur usque ad medietatem rivi vocati de la Facha*, le pré *dels Talpanhs*, le ruisseau de *Tassieira et protenditur usque ad campum del Teron de Tassieira et usque ad aquam Dordonis*, et le pré de *Mainart* ; — et d'un affar dit *lo Clot, quod est in capite mansi vocati Bicoquenc*, confrontant avec terre du mas de *Lhuguet* et terre dudit Hôpital. Droit d'entrée : 100 s. Rod. Censive annuelle : 1 émine de froment, 1 set. d'avoine, mesure de Millau, à la moisson, avec le quart des blés, lods et ventes. Il est spécifié dans l'acte que, si led. Hôpital inféodait le mas de *Cumbalongua*, *dictum territorium scilicet ab illa parte de la carral usque ad rivum, per quem descendit lo carres, reverteretur ad dictum mansum et quod dicta emina frumenti caderet de dicto censu.* — Fait à *Leborinas*, présents : Bernard Rodanès, prieur de *Condor*, frère Laurent, cellérier des Bourines, Bernard *Denairos*. — Notaire recevant : Jean *Gualterii alias lo Cuoc*, not. de l'Hôpital d'Aubrac. — [*Seing manuel du notaire*].

216.

1300 (n. s.), 27 janvier. Chirac [2]. — Bail acapte par Etienne Durbec, *preceptor domus hospitalis de Chiraco de Altobraco*, à Guillaume *Verani* d'un champ, sis au terroir de Massibert, paroisse de Saint-Romain de Chirac, confrontant avec [pré] de Me Pierre *Radulphi* de Chirac, prêtre, et de tous autres côtés avec terres dudit hôpital,

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : D, n° 474 et VII° LXLVI — Sommaire du même acte (coté D), cf. registre n° 75, fol. 3 r°.

2. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Chirac) 436, copie informe papier.

Digitized by Google

prout mete lapidee cruce signate dividunt campum ; — et d'un pré, audit terroir, confrontant avec pré de Laurent Boudamic et terrroir dudit hôpital. Censive annuelle : un cartal (*cartallum*) de seigle, 3 coupes d'avoine et une géline pour led. champ, et 8 den. pour le pré, à la Noël. Droit d'entrée : 18 sols Tourn. — Fait à Chirac, dans l'ouvroir (*operatorio*) du notaire recevant, témoins : Jean Rodes clerc, Durand *Bodeti*, Grégoire de *Crupsola*. Not. recevant : Guillaume *Fabri*, not. royal *in senescallia Bellicadri et Nemausi.*

217.

1300 (n. s.), 23 février. Montrozier. — *Acte d'hommage fait par Guillaume du Bousquet, domp d'Aubrac, à Henri II, comte de Rodez* [1].

Noverint univers[i]... quod nos frater Guillelmus, humilis dompnus et preceptor domus religiose et Hospitalis Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis diocesis, personaliter constitutus coram vobis illustrissimo domino Henrico, Dei gratia comite Ruthene, et notario et testibus infrascriptis, confitemur et recognoscimus nos et ipsum Hospitale Beate Marie de Altobracho, ipsius nomine Hospitalis nostri et ad opus et nomine cujus mansus vocatus de Bornhac sive de La Cavalaria fuit per dictum Hospitale acquisitus de mandato vestro a pauco tempore citra, nos et ipsum Hospitale tenere a vobis in feudum francum ipsum mansum de Bornaco cum juribus et pertinentiis suis, situm in parrochia ecclesie de Fraissinhas, quem quidem mansum confitemur et recognoscimus nos et ipsum Hospitale a vobis tenere et esse de feudo vestro et ressorto, situm in bailivia de Cambolacio, quem olim acquisivimus a fratre P. de Monteferrario, filio domini [...] [2] de Laisaco, militis quondam ; in quo manso habebat idem miles vestire et disvestire cum soli cognitione, vendas et laudimia et accapita, sol[i]d[os] (?) et banna sive dex, cum dicta soli cognitione et execution[e] eorumdem, omni residua justicia et jurisdictione et superioritate vobis dicto domino comiti et vestris successoribus inde plenarie per-

1. Doat, 135, fol. 13-20, copie d'après la grosse originale. — 2. *Doat :* Justa.

Digitized by Google

tine[nt]e ; quem mansum cum juribus et pertinentiis suis nos dictus comes vobis dicto dompno et Hospitali, cum predictis vestire et disvestire, vendisque et laudimiis seu acapitis, solidis et soli cognitione atque bannis sive dex et eorum executione per vos et ipsum Hospitale et judicem ejus et curiam vestram facienda, laudamus in perpetuum et etiam confirmamus, retentis nobis et nostris successoribus comitibus Ruthene feudo et ressorto in predictis et omni alia jurisdictione et alia superioritate et appellationibus et juris deffectibus inde et curie vestre et in his que ressorto pertinent in premissis. — *Item* nos idem dompnus, nominibus quibus supra, confitemur et recognoscimus nos a vobis dicto domino comite tenere in feudum tres partes mansi Doyegas, siti in parrochia ecclesie Sancte Radegundis et mandamento castri vestri de Cambolacio, quas tres partes acquisivit ipsum Hospitale de Altobraco permutationis titulo per preceptorem hospitalis beate Mar[the][1] de Ruthena a Guillelmo de Savarsaco, domicello ; qui domicellus habebat et nos habemus jurisdictionem ictuum et punitionem usque ad dimidiam LX solidorum Ruth. monete et plus, prout in quodam instrumento publico confecto et signato per manum magistri Hugonis Vinche, publici notarii, plenius dicitur contineri, omni alia alta justicia et superioritate vobis dicto domino comiti inde plenissime remanente, prout est incartatum inter nos et vos, ut est dictum, et per vos et dictum dominum comitem in dicto instrumento dicti magistri Hugonis Vinche liberaliter confirmatum. — *Item* confitemur et recognoscimus... tenere a vobis dicto domino comite et vestris supradictis successoribus in feudum IV sestaria frumenti et sine aliqua jurisdictione, ad mensuram de Salis, annuatim, nobis et hospitali nostro beate Mar[the] de Ruthena predicte, que acquisivimus in manso de Candesas, sito in parrochia ecclesie de Soiri, a Guillelmo La Roca de Salis, filio et herede Garini Bofilh, super et in illa parte dicti mansi quam tenet B. Rotberti et fratres ejusdem ; que IV sestaria frumenti proximo dicta

1. *Doat porte* : Marie.

Digitized by Google

nos idem Henricus comes predictus, pro nobis et nostris, vobis dicto dompno et hospitali predicto de Ruthena, s[icc]a sine omni alio dominio percipienda in dicto manso de Candesas per vos et ipsum hospitale vestrum, perpetuo, scienter et proinde confirmamus, feudo et ressorto nostro et omni alio dominio nostro salvo et retento atque jure. — *Item* confitemur et recognoscimus... tenere in feudum et tenere debere a vobis dicto domino comite et successoribus vestris predictis III cestaria frumenti et eminam sicca absque importatione alicujus dominii censualiter, annuatim, dicto hospitali nostro de Ruthena aportanda, que acquisivit nostrum hospitale de Ruthena a Benedicto de Cantagrel, in comba de Cantagrel, que habemus assignata per ipsum Benedictum nobis et ipsi hospitali nostro de Ruthena super dicta comba dicti Benedicti, vocata de Montlonc, in parrochia ecclesie de Julhorges ; quem censum siccum dictorum III sestariorum et eminam frumenti in dicta comba, vobis dicto dompno et ipsi vestro hospitali predicto perpetuo possidenda, absque importatione vobis et ipsi vestro hospitali in dicta comba dominii, nos dictus comes liberaliter laudamus ac etiam firmiter confirmamus, feudo nostro et ressorto et omni dominio nobis et nostris inde plenissime retento et servato. -- *Item* confitemur... et recognoscimus nos tenere et tenere debere in feudum [a] vobis dicto domino comite Ruthene et vestris mansum de La Vaisa, situm in mandamento castri de Cambolacio predicti, quem habuimus ex relicto seu assignatione quam fecit magister P. Martini de Viauro quondam cujusdam capellanie, quam reliquit cuidam capellano, causa celebrandi divina officia pro anima sua et parentum ejus in perpetuum ; qui quidem mansus postmodum venit hospitali nostro beate Mar[the] de Ruthena ex justa acquisitione per nos postmodum facta et debite de premissis ; quam acquisitionem nos idem comes in ipso manso de La Vaisa, in quo eam acquisivisse se asserit dictum Hospitale, prout juste acquisivistis vobis dicto dompno et ipsi vestro hospitali, volumus vos et ipsum vestrum hospitale habere licere et tenere et percipere perpetuo, salvo feudo

Digitized by Google

et ressorto nostro inde in omnibus retento nobis et nostris successoribus et omni jure nostro in omnibus reservato et absque prejudicio juris alieni ; et sic dictam capellaniam et ejus perceptionem et adquisitionem de predictis per vos factam, ut dicitur, habendam et tenendam perpetuo, prout rite facta est de premissis, vobis dicto dompno et ipsi vestro hospitali de Ruthena predicta in perpetuum confirmamus. — *Item* confitemur et recognoscimus... tenere in feudum a vobis dicto domino comite et successoribus vestris comitibus, pro et nomine hospitalis nostri de Boadone, affarium nostrum vocatum del Lhus, illam portionem divisam et bolatam ibi, videlicet quam tenebat per se vel per alium in ipso affario del Lhus R. del Lhus, quando intravit ab olim dictum hospitale de Boadone nostrum, cum jurisdictione illa quam pretendebat ibidem se habere usque ad LX solidos nunc vobiscum incartatam, ubi habet II sestaria siliginis et I sestarium avene, ad mensuram de Cabrespinas, et XX solidos Ruth. monete censuales, cum vestire et disvestire et cum vendis et laudimiis et cum acapitis, sol[i]dis (?) et soli cognitione et banno sive dex et ictuum et sanguiniarum et etiam punitionem et executionem usque ad LX solidos et infra. Que omnia nos dictus comes vobis dicto dompno et hospitali vestro de Boadone predicto et successoribus vestris et ipsius hospitalis dompnis ibidem ac etiam de merce liberalitatis nostre gratia, scienter et provide, in perpetuum confirmamus [et] vobis dicto dompno concedimus, prout est incartata jurisdictio olim inter nos dictum comitem ab una parte et dictum Berengarium quondam del Lhus, a quo ista vel ejus progenitoribus movere (?) et fuere ex altera, prout dicta jurisdictio et alia proximo dicta cum dicto Berengario del Lus et no[bis] sunt incartat[e], retento nobis et nostris successoribus feudo et ressorto, appellationibus et juris deffectibus et his et aliis que ressorto coherent et omni superioritate nostra et majori dominatione et senhoria, cum mixto et mero imperio omnium premissorum. — *Item* confitemur et recognoscimus..... tenere in feudum a vobis dicto domino comite et vestris successoribus predictis, nomine et ad opus dicti nostri

Digitized by Google

hospitalis de Boadone, terras multas et possessiones ac prata et alia aliqua, que dictum nostrum hospitale de Boadone acquisivit et habuit ab olim titulo donationis seu relicti a domina Guillelma de La Garda, uxore quondam magistri R. de La Garda ; quam donationem seu relictum fuit quondam factum ab eadem Guillelma ipsi hospitali ab ultimis diebus vite sue, cum et quando intravit in ipso hospitali et induit habitum nostrum ; in quibus terris et possessionibus, sitis apud Abolh et alibi etiam ubicumque de prope de Bolh et in mandamento castri de Boadone, in quibus terris et possessionibus habet et habere debet dictum hospitale de Boadone et preceptor ejusdem hospitalis vestire et disvestire, vendas et laudimia, prout ipsa domina habebat seu alii a quolibet fuere dicte terre, omni et qualibet alia dominatione et superioritate vobis dicto domino comiti et vestris successoribus predictis cum feudo et ressorto eorumdem plenissime remanente et cum jurisdictione. Et nos dictus comes omnia ea que habebat in predictis dicta Guillelma dicto vestro hospitali de Boadone laudamus ac etiam confirmamus, cum illa jurisdictione et dominio quam ipsa Guillelma habebat, retento nobis et nostris successoribus feudo et ressorto et superioritate pertinenti omnibus que pertinent in premissis, sicut dicta domina habebat que dedit et concessit. — *Item* confitemur et recognoscimus... a vobis dicto domino comite Ruth. in feudum nos tenere, modo et nomine quibus supra, primo II sestâria frumenti ad mensuram de Boadone et VI denarios Ruth. monete, que acquisivimus nos seu preceptor hospitalis nostri de Boadone, nomine nostro, cum vendis et laudimiis, vestire et disvestire ab Hectore de La Garda, filio dicte Guillelme et R. de La Garda, conjugum predictorum, in terris et possessionibus que quondam fuerunt ipsorum conjugum vel alter[ius] eorumdem, sitis apud Merletum pro parte et pro parte in mandamento de Bruysac. Et omnia proximo dicta nos dictus comes concedimus vobis dicto dompno, ut in proximo supra que de eisdem terris ista fuerunt per vos dictum dompnum seu hospitale vestrum predictum de Boadone acquisita et sicut in proximo dictis con-

Digitized by Google

firmamus. — Confitemur nos idem dompnus, nomine quo supra, et recognoscimus a vobis dicto domino comite in feudum tenere nos, nomine hospitalis de Boadone predicti, terras et possessiones quas tenent a dicto hospitali nostro de Boadone le Roquche (?), que olim fuerunt acquisite per dictum hospitale de Boadone a Guillelmo de Peirolis, domicello, et aliis Peirolenquiis, in mandamento de Boadone, fratribus seu parentibus suis, quas tenent li Roquehe (?) in mandamento de Boadone predicto. Quas quidem terras nos idem comes vobis dicto dompno et hospitali vestro predicto laudamus ac etiam confirmamus in perpetuum tenendas, in augmentum feudorum supra scriptorum et aliorum que a nobis vos et ipsum hospitale pro se et nominibus quibus supra tenetis, retentis nobis et nostris successoribus feudo et ressorto et juris deffectibus et aliis ipsis nostris superioritatibus supra scriptis et aliis nostris dominationibus dictis superius pleno jure. — Acta fuerunt hec apud Montemrosarium, in camera in qua fit capella, die martis ante festum beati Mathie apostoli, anno Domini M° CC° LXXXX° IX°, presentibus testibus religiosis et venerabilibus viris fratribus dicti Hospitalis, dominis : B. de Senareto, capellano domini comitis predicti, Duranto de Monteamato, preceptore hospitalis de Boadone, P. de Rocalaura, cellarario dicti Hospitalis de Altobraco, Gauselino de Bellovisu milite, et nobilibus viris : R. de Audfins (?), domino de Floyraco, P. de Tayus, Hugone de Monteamato, Guillelmo de Viridario, Guillelmo de Savarsaco, Paulinha, domicellis, et me Guillelmo de Montanhaco, publico notario castri de Monterosario et totius mandamenti et districtus ejusdem pro illustrissimo et expectabili viro domino Henrico, Dei gratia comite Ruthene, nunc regnante, et totius comitatus Ruthene et alterius terre dicti domini comitis, ubi et quando fuero requisitus, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

In quorum fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum et memoriam et auctoritatem in posterum habendam, nos dictus comes Ruthene nostrum majus sigillum huic presenti instrumento publico valituro perpetuo appendi volumus et apponi.

Digitized by Google

218.

1300 (n. s.), 7 mars, Montrozier. — *Confirmation faite par Bernard, comte de Comminges, de la donation antérieurement faite par B., son père, de l'hôpital de l'Isle-en-Dodon à l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Nos Bernardus, Dei gratia comes Convenarum, notum facimus universis... quod cum inclite recordationis quondam dominus B., pater noster, comes de Convenis, in bona sua memoria ac vita dedisset [donatione] inter vivos a se facta irrevocabili religioso Hospitali de Altobracho, Ruth. diocesis, ad honorem Dei et Beate Marie, sancte matris Ejus, et omnium sanctorum, locum et domum sive hospitale vocatum et vocatam hospitale de Insula Dosonis, situm in diocesi de Convenis, ubi sunt domus et edificia, orti et vinea et prata et terre alie limitate, usque ad XXX sestariatas terre, extra terras tamen aliquas manerii sive loca ubi dictum situm est hospitale, eidem hospitali contiguas et vicinas : que XXX sestariate olim fuerunt ab Assauto, filio Jordani de Anajano, et bolate et pergate per Guillermum de Mongalhart, pergatorem juratum nostrum, tempore dicti patris nostri, ipsi hospitali habende perpetuo ipse terre et alia dicta superius per ipsum et dompnos et Hospitale de Al[to]braco predictos in perpetuum sicut sue. — Et nos idem comes, dictam donationem dictis dompno et Hospitali de Altobraco factam, ut dictum est, gratam et ratam habentes, concessimus dicto hospitali dicte Insule Dozonis, diocesis Convenarum predicte, ut cum cabatio possint hostiatim querere preceptor seu ejus nuncii dicti hospitalis de Insula Dosonis in terris nostris et hominibus sistentibus in eisdem, ad sustentandum se et hospitalitatem ibi juxta quod inde facultates subpetent, ut commodius poterit fieri faciendum, dictam donationem et alia omnia contenta superius vobis dilecto nostro religioso viro fratri B. de Se-

1. Doat 135, fol. 21-23, copie d'après l'original. — *Hist. de Languedoc* (éd. Privat), t. IV, note CLXV, p. 896. — *Société des Lettres... de l'Aveyron.* Procès-verbaux, XXIII, p. 71. — L. Roques. *Les religieux hospitaliers d'Aubrac et l'hôpital Sainte-Quitterie de l'Isle-en-Dodon*, dans *Revue de Comminges*, XXV (1910), 420-432 (accord de 1300 (n. s.), 7 mars et procès-verbal de visite de 1665.)

Digitized by Google

nareto ipsius ordinis de Altobraco, recipienti pro dompno et Hospitali de Altobraco supra scriptis et ad opus eorumdem etiam et ipsius Insule Dozonis supradicti, nunc et in perpetuum donamus laudamusque firmiter ac etiam perenniter cum omni efficacia confirmamus ; — hoc adjecto quod dictum Hospitale de Altobraco et dompnus semper, unus post alium consecutive qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint, debent in ipso hospitali dicte Insule Dosonis unum fratrem vel donatum suum tenere in ipso loco capellanum, qui ibi celebret pro nostra et dicti domini patris nostri et aliorum parentum nostrorum animabus, prout sibi Deus dederit, horis canonicis assuetis, ita videlicet quod si per dictum Hospitale de Altobraco obmittatur id fieri, quod tunc post monitionem nostram, quam dictis dompno et Hospitali de Altobraco faceremus et inde facere deberemus, post annum unum post ipsam monitionem nostram completum, quod ex tunc per manus nostre in premissis ex hoc faciendam appositionem, possimus et debeamus nos et nostri successores dictum Hospitale et dompnum de Altobraco predictum distringere ad dictum capellanum tenendum ibidem et dictum divinum officium tam pro vivis quam deffunctis, ut dictum est, devotissime celebrandum. Quod si hoc erat quod per IV annos, a tempore nostre seu successorum nostrorum manus predicte impositionis faciende computandos, quod non credimus, dictos dompnum et Hospitale de Altobraco obmitti contingeret dictum capellanum suum in ipso hospitali Insule Dosonis nunc et pro tempore tenere, ut dictum est, vel donatum et in mora essent tenendi dictum capellanum ibidem, adjecimus quod, post dictos IV annos legitime completos, nos vel nostri successores comites possemus dictum hospitale Dosonis Insule ex tunc ad manum nostram reducere plenissime et habere. — In quorum fidem et testimonium omnium premissorum vobis dicto fratri B. de Senareto, per vos dictis dompno et Hospitali de Altobraco predicto, nos idem comes Convenarum presentes litteras perpetuo valituras concedimus et tradimus sigillo nostro sigillatas. — Actum et datum apud Montemrosarium, Ruth. diocesis pre-

Digitized by Google

dicte, die lune ante festum beati Gregorii anno Domini M° CC° LXXXX° nono.

219.

1300 (n. s.), 24 mars. Montrozier. — *Promesse faite par Henri II, comte de Rodez, à Guillaume, domp de l'Hôpital d'Aubrac, de ne point aliéner les droits féodaux que ledit comte possédait dans la baronnie d'Aurelle, sans le consentement dudit Hôpital* [1].

Nos Henricus, Dei gratia comes Ruthene, notum facimus universis quod nos, pro nobis et nostris successoribus Ruth. comitibus, vobis reverendo patri in Xristo, dilecto et fideli nostro domino Guillermo, Dei providentia dompno et preceptori religiosi Hospitalis de Altobraco, diocesis Ruth., et fratribus vestris et conventui ejusdem Hospitalis et vestris successoribus dompnis ibidem, ob et in favorem vestri et fratrum et conventus et devotionem vestri ordinis et etiam gratiam specialem, quam ad vos et ipsum vestrum ordinem gessimus diutius et habemus, in his patentibus nostris litteris et cum eis concedimus in perpetuum et donamus et promittimus quod feudum et superioritatem et ressortum nostrum, quod et quam a nobis tenetis in feudum francum, et superioritatem castri vestri d'Aurella et ejus pertinentiarum, pro dimidia et pro indiviso, non excambiabimus nec dabimus neque ab inde modo aliquo, quin semper sub nobis et nostris successoribus comitibus remaneatis, desissiemus (*sic*) cum aliquo seu aliquibus hominibus alius nos neque nostri successores comites in posterum, sine vestra et vestrorum in ipso Hospitali successorum dompnorum et conventus vestri premissorum voluntate et permissu. In cujus rei testimonium, presentes litteras sigillo nostro majori valituras perpetuo vobis tradimus sigillatas. — Datum apud Montemrosarium, die jovis post festum beati Benedicti, anno Domini M° CC° LXXXX° nono.

1. Doat 135, fol. 24-25, copie d'après l'original.

Digitized by Google

220.

1300, 31 décembre, samedi. Bozouls. — *Donation faite par Bernard Albas à l'hôpital Saint-Georges de Bozouls* [1].

Noverint universi... quod anno incarnationis Domini M° CCC°, die sabbati, in vigilia Circumsitionis Domini, ego Bernardus Albas, parrochie de Speleo, avunculus et gadiator testamentarius Petri Albado, nepotis mei, filii quondam Astruge, sorroris mee, pensata utilitate et comodo dicti Petri, nepotis mei, et pro ipso et nomine ejusdem dono et concedo dictum Petrum, nepotem meum, Deo et beato Georgio de Boadone et Hospitali Beate Marie de Altobracho et vobis Duranto de Monteamato, dompno hospitalis Boadonis, stipulanti et rescipienti pro dicto hospitale et nomine ipsius. Et dono vobis dicto domino Duranto presenti et rescipienti pro dicto hospitale de Boadone et etiam dicto hospitali, una cum dicto Petro, nepote meo, videlicet quandam domum cu[m] quodam orto eidem contiguo, que scita sunt apud Boadonem juxta viam, qua itur de ponte de petra versus dictum hospitale, et juxta viam, qua itur apud fontem del Vinhal, que domus vocatur a l'Abadia, cum omnibus juribus et pertinentiis earumdem rerum, in quibus domu et orto ego dictus Bernardus habeo medietatem pro indiviso. Et dictam medietatem quam ego habeo in predictis domu et orto et medietatem dicti Petri, nepotis mei, vobis dicto domino Duranto dono ego dictus Bernardus cum dicto Petro, nepote meo, stipulanti nomine dicti hospitalis de Boadone et dicto hospitali cum pertinentiis rerum predictarum et cum omnibus juribus, accionibus realibus, personalibus et mixtis, que dictus Petrus habet et habere potest et debet vel in futurum habebit contra quascumque personas cujuscumque condicionis existant. Confrontantur autem dicta domus et ortus ex parte una cum via, qua itur apud fontem del Vinhal, et ex alia cum orto heredum Petri Bernardi condam et ex altera cum orto Johannis Fabri et ex altera cum via, qua itur

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), orig. parch. côté : F, F nombre 4, n°s 18 et 87.

Digitized by Google

de ponte versus hospitale predictum, et ex altera cum orto Raymunde Banchale, et si qui alii sunt confines. — *Item* dono vobis plus dicto domino Duranto presenti et rescipienti pro dicto hospitale cum dicto Petro, nepote meo, ego dictus Bernardus omne jus seu omnia jura et acciones reales, personales et mixtas, que ego dictus Bernardus habeo meo nomine et nomine dicti Patri, nepotis mei, vel ipse habet seu in futurum habere possumus contra Jordanem et Petrum Teysseire, fratres, seu contra heredes eorumdem habitantes in parrochiis de Valadino et Sancti Xristofori, ratione successionis, hereditatis Stephani Teysseire, patris mei condam, et avii dicti Petri, nepotis mei, in manso vocato dels Mons, scito in parrochia Sancti Xristofori, et in affario sive manso vocato de Nussas, scito in parrochia de Valadino, cedens et totaliter transferens in vos dictum dominum Durantum, stipulantem et rescipientem nomine quo supra, omnia jura et acciones reales, personales et mixtas, que ego dictus B. et dictus P., nepos meus, habemus vel habere possumus contra dictos fratres seu eorum heredes ratione predicta vel quolibet alio modo. Et predicta omnia, prout dicta sunt vel prout melius dici possunt per aliquem sapientem ad utilitatem vestram et dicti hospitalis, vobis dicto domino Duranto, stipulanti et rescipienti nomine quo supra, ego dictus B., pro me et nomine dicti Petri, nepotis mei, dono, ut dictum est, cum dicto Petro, nepote meo... — Et certiffico vos quod dicta domus cum orto tenetur ad certum et annuum censum X et VIII denariorum Ruthenensium a Guillelmo Genezii, domicello, nomine census et dominii cum vendis similiter suo loco. — Et ibidem nos frater Durantus predictus pro nobis et successoribus nostris et nomine dicti hospitalis rescipimus dictum Petrum puerum presentem in donatum nostrum et in fratrem dicti hospitalis cum omnibus et singulis supradictis, et eidem Petro in dicto hospitali, amore Dei et pietatis intuitu, donamus et concedimus victum et vestitum, quamdiu vixerit et nobis et dicto hospitali legalis extiterit et fidelis. — Actum apud Boadonem, in ecclesia beati Georgii, testibus pre-

Digitized by Google

sentibus ad hoc vocatis : Bernardo Pinhol, Petro Raterii, domino Johanne de Malavalle presbitero, Johanne de Cogulet, Bernardo Espelric, Bernardo Fleisserii, domino Guidone de Maurinis presbitero, fratre dicti hospitalis ; — et debet fieri instrumentum de predictis ad dictamen alicujus sapientis, substantia in aliquo non mutata, scilicet ut melius possit habere perpetuam firmitatem, — et me Petro de Angulis, filio Petri Galetonis condam, publico notario auctoritate domini comitis Ruthene castri de Boadone et mandamenti dicti castri necnon et aliorum locorum, villarum, castrorum et comitatus terre sue, ubi fuero legitime requisitus, qui, *etc.*. — [*Seing manuel du notaire.*]

221.

1300. — *Reconnaissance faite à l'Hôpital d'Aubrac d'un setier de froment de censive annuelle* [1].

« Recognitio Siccardi de Cabanis, domicelli, facta Hospitali, per quam confitetur debere unum sestarium frumenti censuale, mensure de Ceveyraco, pro censu cujusdam terre pecie, vocate la Calsade, parrochie Sancti Dalmacii, mandamenti de Ceveyraco, confrontate cum territorio Arnaldi de Calsada et cum campo Hugonis de Bedos et cum campo hominum del Boysso ; et ad hoc fuit condemnatus per officialem Ruthenensem, actis curie actestantibus, anno M° III°. Littera signata per litteram K. »

222.

1286-1301 (n. s.), 7 mars. — *Statuta facta per dominum Guillelmum de Bosquelo, dompnum Hospitalis* [*de Alto braco*], *qui obiit anno Domini M° CCC°, in die SS. Perpetue et Felicitatis* [2].

INCIPIUNT CONSTITUTIONES HOSPITALIS DE ALTOBRACO. — *Primo de officio ecclesie.* — Officium ecclesiasticum tam

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°s 24 et 333. (La Roque-Valzergue), fol. 3 v°. *A la marge* : Fuit ibi reposita una alia littera K. signata, eo quia alibi fuerat male reposita, videlicet in archivio de Aurella.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 406, copie informe papier (XVII° s.), cotée n° 13. — H. Hôpital d'Aubrac. Régistre n° 1 (Mémoire du 30 novembre 1694), fol. 16-19, 31. — Le ms. que nous imprimons contient le texte des statuts de G. du Bousquet et quelques additions postérieures. Nous donnons ces dernières en note.

Digitized by Google

diurnum quam nocturnum, quam de sanctis, quam de Beata Virgine, quam pro defunctis secundum consuetudinem Romane ecclesie dicatur in Hospitali de Altobraco distincte et devote et cantando cum metris et pausis in psalmodia, inclinationibus et prostrationibus faciendis. Dicant autem tractum solemniter et alte secundum majoritatem festivitatum. Fratres autem tam clerici quam laici teneant silentium in choro, dum dicitur officium ; religiose et disciplinate se habeant in choro, caventes risus et cachinationes, locutiones et dissolutiones et omnem levitatem et aspectum vagum, intendentes ex animo his que leguntur et cantantur.

[2°] *De missa conventuali.* — Missa autem conventualis dicitur quotidie cum diacono et subdiacono. In Adventu autem et Quadragesima decantentur in conventu quotidie due misse, una in mane sicut cantor ordinaverit, et secunda de jejunio in meridie cum ministris predictis.

[3°] *De Missa Beate Virginis.* — Missa autem de Beata Virgine semper dicatur in sabbatis in conventu nisi in Sabbato Sancto et sabbato *in Albis* et in octava Natalis et Pentecostes et festis duplicibus ; singulis etiam diebus post Completorium dicatur *Salve, regina* solemniter et devote, et pulsetur campana ut omnes fratres et sorores conveniant ad eamdem. — Statuantur autem duo cantores et unus sit in choro dextro, alter maneat in sinistro : quibus fratres in choro obediant sicut domno. — Singulis autem septimanis, scribatur tabula continens unum hebdomadarium pro missa et horis conventualibus, et alium hebdomadarium pro matutinali missa, et alios qui missas pro rege et specialibus obitibus celebrent, et ministros altaris, et eos qui in matutinis debent legere et cantare, et duos qui servire et legere debeant illa septimana in prandio et cena in refectorio. — In festis autem majoribus sint quatuor cantores in choro cum sceptris et capis cericis et dicantur in matutino omnia responsoria a duobus. In festis autem majoribus semper domnus, si presens extitit, faciat officium et thurificabit in vesperis et matutinis. — Omnes fratres tam clerici quam laici ad ecclesiam conveniant et audiant omnes horas. —

Digitized by Google

Poterunt autem dicere post Completorium matutinas in tribus diebus continuis ante Pascha, in festo Ascensionis Jhesu Xristi, Nativitatis S. Johannis Baptiste et apostolorum Petri et Pauli, in festo Assumptionis et Nativitatis Beate Virginis. Numerum autem pulsationum, candelarum et cantantium in ecclesia non determinamus, set antiqua domus consuetudo observetur. Inclinationes et prostrationes in diebus solemnibus et pro festis secundum antiquam Hospitalis consuetudinem observemus. Porro ad *Salve, sancta parens* et ad *Salve, regina* et quandocumque in choro nomen Beate Virginis nominatur et ad *Veni, Sancte Spiritus* flectamus genua ; ad omnia autem *Gloria Patri* in fine psalmorum et ad primas collectas et ad postremos versus hymnorum et ad *Suscipe deprecationem nostram* in *Gloria in excelsis* et in *Credo* ad *ex Maria Virgine et homo factus est* et quando nomen *Jhesus* nominatur et quando transimus ante altaria et ante Dominum inclinamus, capucia vel almutias deponentes. — Scribatur unus hebdomadarius pro defunctis in qualibet septimana, qui quotidie celebret pro defunctis.

[4°] *De officiis sacriste.* — Statuatur sacrista, vir religiosus, maturus, pacificus et devotus, sollicitus, diligens, circumspectus circa custodiam ecclesie, librorum, indumentorum et lampades accendendas et mundandas, circa indumenta et pallas abluenda, reficienda et multiplicanda et altaria ornanda. Provideat autem diligenter quod ad matutinas tempestive et de nocte surgat nisi supradictis temporibus ; pulsetur etiam [campana] ordinate ad omnes horas. Provideat etiam diligenter quod frequenter sacramentum Eucharistie, que reservatur propter infirmos, renovetur et sub clave propter periculum teneatur , provideat etiam de oleo infirmorum, de hostiis et de oleo lampadum et candelis in Purificatione et de XV candelis et de cereo Paschali ; ad ipsum pertinet de numero candelarum et de qualitate indumentorum.

[5°] *Qualiter se debeant habere fratres laici.* — Quoniam multum valet deprecatio justi assidua, idcirco volumus quod fratres laici surgant ad matutinas et audiant missam quotidie et Completorium et dicant quotidie pro ma-

Digitized by Google

tutinis et omnibus horis CCC *Pater noster* et totidem *Ave, Maria* ; et quod confiteantur semel in quolibet mense et semel in anno suam administrationem domino dompno ostendere et exprimere teneantur et tradere claves suas propter periculum proprietatis. — Volumus etiam quod omnes fratres laici ad omnes observantias regulares sicut fratres clerici teneantur nisi cum eis ex causa dispensetur.

[6] *De confessione et communione.* — Statuimus autem et cum omni diligentia volumus observari ut sacerdotes celebraturi confiteantur veraciter, integraliter et devote domno vel habenti potestatem a Sede Apostolica et eodem domno et orando se preparent ut ad mensam Xristi veniant reverenter. — Fratres autem laici confitebuntur in quolibet mense cum omni diligentia et communicabunt cum omni reverentia in istis festivitatibus, scilicet : in Natali, in Paschate, Pentecoste, in festo Assumptionis Beate Marie, in festo Omnium Sanctorum, confessione tamen fideli et devota precedente. Fratres autem laici simul comunicent in ultima missa et ad majus altare de manu domini domni, si fuerit presens, vel sacriste, et habeatur una pulchra mappa a sacrista et duobus clericis superpelliceis indutis vel duobus fratribus tenenda, flexis genibus, reverenter, accensis duobus torticiis, donec sacra comunio sit expleta. Diaconus autem et subdiaconus induti sacris vestibus calicem cum vino fratribus comunicantibus in duabus partibus ministrabunt. Peracta autem sacra comunione, in oratione remaneant agentes gratias Creatori, caventes illa die a superfluitate esce et potus et a sermonibus otiosis.

[7] *De suffragiis mortuorum.* — Quoniam misericordia miseriam intuetur, idcirco subsequitur capitulum de suffragiis mortuorum : — quod pro domino dompno defuncto quilibet sacerdos nostre religionis teneatur dicere septem vicibus officium defunctorum, septem missas, unum psalterum et septies septem psalmos. In conventu autem dicatur missa pro defunctis cum nota septem diebus et officium defunctorum et totus conventus septem diebus exeat super tumulum ejus ; clerici autem legant pro anima ejus tria psalteria et fratres laici [*un blanc*] *Pater noster* et to-

Digitized by Google

tidem *Ave, Maria.* Hoc etiam faciant et sorores. Habeatur etiam unus sacerdos qui per totum unum annum celebret pro anima dicti domini domni. Omnia autem indumenta sui corporis fratribus magis indigentibus dividantur. — Pro fratre autem clerico vel laico defuncto et sorore quilibet sacerdos tres missas et tribus vicibus officium defunctorum ; clerici unum psalterium et officium defunctorum tribus diebus ; dicant laici [*un blanc*] *Pater noster.* Habeatur etiam unus sacerdos qui XXX diebus celebret pro anima ejusdem defuncti ; conventus etiam per VII dies exeat super tumulum ejus. Omnia autem indumenta fratris defuncti sive sit clericus sive laicus inter fratres pauperes dividantur. — Pro donato et donata dicat quilibet presbiter unam missam et unum officium defunctorum et septem psalmos cum litanis ; clerici unum psalterium, officium defunctorum et septem psalmos ; laici [*un blanc*] *Pater noster* et *Ave, Maria* ; et deputetur unus sacerdos qui X diebus celebret pro anima defuncti ; et conventus exeat tribus diebus super tumbam ipsius defuncti cum absolutione pro defunctis more solito. — Scribatur autem anniversarium domni et omnium fratrum decedentium in calendario et fiat semel in anno anniversarium generale solempniter cum vigilia et missa in crastinum S. Dionisii ; anniversarium etiam fratrum et matrum fiat in crastinum Purificationis ; anniversarium familiarium et benefactorum in crastinum Sancte Trinitatis ; anniversarium omnium sepultorum in crastinum Nativitatis Beate Marie virginis celebretur. — Statuentes et prohibentes quod in tumulis dominorum domnorum nullus nisi fuerit domnus sepeliatur.

[8] *De jejunio.* — Quoniam jejunio sanantur pestes corporis, idcirco de jejunio et abstinentia subjungimus : omnes fratres tam clerici quam laici intus et extra jejunent in sextis feriis, in Adventu, in Quadragesima et tribus diebus Rogationum, et observent jejunia ab ecclesia consueta, a Septuagesima autem usque ad Pascha intus et extra a carnibus abstinebunt ; secunda autem feria post Quinquagesimam nostra Quadragesima inchoabit. In die autem Parasceves, in vigilia Assumptionis Beate

Digitized by Google

Marie in pane et aqua jejunemus. In his autem domnus poterit dispensare cum necessitas hoc requiret.

[9] *De cibo.* — Cum autem oporteat corpus, ut serviat, sustentare, idcirco de cibo subjungitur : terminatis horis in ecclesia tempore refectionis campana ab hebdomadario pulsetur ut fratres conveniant ad ablutionem manuum ; ablutis vero manibus, refectorium religiose cum silentio ingrediantur et detur benedictio super mensa ab hebdomadario nisi domnus presens existat. Domnus enim presens semper benedicere mensam debet, deinde lector scribendus in qualibet septimana benedictionem accipiat et legatur in mensa comuni in conventu in prandio et cena.

[10] *De vestibus.* — Quoniam autem scriptum est : *in vestitu ne glorieris*, nunquam idcirco vestes pretiosas, sumptuosas, curiosas aut notabiles non portabunt, quia non decent religiosos et ministros pauperum tales vestes. Poterunt autem uti fratres caucelinis absque aliquo colore apparente et burellis, brunis, nigris et pellibus communibus non tamen silvestribus ; portabunt autem femoralia et camisias et pellicium super tunicalia et mantellos cum cruce etherei coloris in sinistro latere deferenda, post elevationem corporis Xristi et pacem humiliter osculanda ; in capite autem ferre possunt fratres capucia, almucias et capellos ; vestes autem longas, non botonatas in manicis tunicarum portare licebit, possunt etiam omnes fratres habere botas et pelles in hyeme in mantellis ; fratres autem laici portabunt capellos lineos et laneos et omnino habitum clericorum.

[11] *De serviloribus.* — Scribantur etiam duo servitores in qualibet septimana, qui fratribus in silentio serviant diligenter. Fratribus autem in refectorio comedentibus ministretur idem panis, idem omnino vinum, eadem pitancia, idem pulmentum et quantum poterit omnia equaliter dividantur et uniformitas observetur ut fratres occasionem non habeant murmurandi. Tempore autem quo carnes a fratribus comeduntur : die dominica, die martis et die jovis, a cellerario ministrentur ; ceteris autem diebus, ova, caseos et pisces poterunt manducare. Districte itaque prohibemus ne aliquis in refectorio man-

Digitized by Google

ducare presumat alia cibaria que conventus non habet, et, si fecerit, tribus diebus in pane et aqua jejunet. Nullus comedat extra refectorium sine licentia speciali. Omnes comedant in prima mensa, exceptis servitoribus et lectore. Seculares in refectorio non serviant, nec comedant nisi raro. Omnes autem in mensa fratres silentium teneant et audiant lectionem. Post prandium devote reddantur gratie Salvatori qui dat etiam omni carni et, dicendo *Miserere mei, Deus*, conventus ad ecclesiam vadat. Numerus autem pulmentorum et pitanciarum secundum domus consuetudinem observetur.

[12] *De officio cellararii.* — Quoniam in conventu Domini dispensator erat qui loculos portabat, idcirco statuatur cellararius, vir prudens et religiosus, securus, sobrius, maturus et expertus in temporalibus, qui sciat fratribus et sororibus sanis et infirmis et hospitibus prudenter et humiliter providere secundum formam et consuetudinem domus. Circa conventum sit sollicitus, diligens et attentus ut habeat necessaria tempestive et pro tempore preparata. Diebus autem festivis, quando fratres in officio ecclesiastico plus laborant, per eumdem abundantius et melius procurentur ; sit in respondendo suavis et dulcis nec propter officium superbiat, set humuliter et devote cunctis serviat propter Deum. Non sit partialis aut personarum acceptor, set absque murmure et lite et ex caritate serviat fratribus universis. Caveat diligenter ne propter negligentiam suam sit defectus in victualibus in conventu, ante tempus sibi provideat ut omnia fiant in conventu secundum ordinem et honeste ; domino domno et priori reverenter obediat et de concilio ipsius domni faciat universa et frequenter in anno domino domno et fratribus, quos dominus domnus vocabit, computum reddere fideliter teneatur ; expensa et recepta et debita scribi faciat in papyro. Non faciat sibi parari cibum specialem, set conventus cibariis sit contentus ; circa infirmos et minutos, senes et debiles se habeat liberaliter et benigne et ad hospites universos [1].

1. *Additio* : *Statutum 1408 et 1419* : Statuimus et statutum ab antiquis comperimus etiam auctoritate apostolica confirmatum : item quod nunquam possit redditus et

Digitized by Google

[13] *De hospitalitate.* — Cum secundum Apostolum corporalis exercitatio sit admodum fructuosa, pietas autem supereemineat universis, cum Hospitale nostrum propter pauperes sit dotatum et propter pietatis opus specialiter institutum et nos sumus servi pauperum et ministri, ipsi vero sint nostri domini et magistri, ordinamus, volumus et mandamus ut pauperes, debiles, infirmi et etiam quicumque alia necessitate detenti cujuscumque conditionis, dignitatis, status et ordinis misericorditer et hilariter admittantur et recipiantur pro hospitibus et devote [1] ; statuatur autem ad hoc officium peragendum [scilicet] super receptationem hospitum unus frater, vir religiosus et timens Deum, maturus, liberalis, pacificus et discretus, qui Deum in membris suis recipiat ; et quod si aliqui hospites sint infirmi, benignius et largius procurentur ac eisdem diligentius serviatur. Inducantur autem ad confessionem et comunionem et ecclesiastica sacramenta et a fratribus visitentur ; et si contingat eos decedere, tradantur ecclesiastice sepulture devote et honorifice juxta meritum personarum. Caveat autem receptor hospitum ne sit negligens in officio, durus aut parcus aut rusticus in sermone, set omnes hospites recipiat familiariter et jucunde ut domus Hospitalis magister Deo placeat propter ministerium pietatis. Cellerarius autem que sunt hospitibus necessaria absque difficultate et tarditate tradere quiete et pacifice teneatur.

membra Hospitalis dismembrari neque aliquibus etiam religiosis ejusdem religionis, etiam ad instantes preces quorumcumque principum vel magnatum, in titulum vel comendam ad vitam vel ad tempus assignari, nullusque religiosus procuret illa de causa dominum domnum et conventum molestari directe vel per obliquum et hoc sub pena excomunicationis, quam in contrarium faciens incurrat ipso facto. Nichilominus etiam gravius puniendus juxta qualitatem abusus et quicquid in contrarium factum erit nullius roboris vel momenti ; et hoc statutum singulariter jurabitur per domnum et singulos religiosos in receptione sua.

1. *Additio* : Et semel in die cuilibet eleemossina panis largiatur per cellerarium seu claverium suum benigne, celeriter et gratiose, talis sit tantaque dicta eleemosina quod die, qua receperit panem, non debeat fame deperire ; quod si dicti pauperes infirmi vel valetudinarii, antiqui seu debiles fueri[n]t vel aliam justam causam habuerint, in domo Hospitalis pauperum benigne recipiantur ibidem et quedam bona mulier, soror et religiosa ipsius Hospitalis, timens Deum, matura et pacifica, que prevideat bene et curiose in eorum necessitatibus, dictis pauperibus ibidem ordinetur per dominum domnum et priorem, quibus cellararius bene et abundanter habeat providere et secundum facultatem et meritum et indigentiam personarum provideatur.

Digitized by Google

[14]. *Quod officium impendi debeat infirmis.* — Cum infirmos visitare, suscipere et servire sit opus eximie pietatis in extremo examine remunerandum, caveat prelatus et cellerarius ne sit negligens circa fratres infirmos, valetudinarios, senes, minutos et alia necessitate detentos, set ipsis diligenter et humiliter serviatur et necessaria ministrentur. Habeant autem seorsim domum specialem et propriam ad manendum et proprium servitorem diligentem et compatientem, unum vel plures si multitudo aut gravior infirmitas hoc requirat. Non respiciatur in serviendo nobilitas, officium aut facultas, set serviatur singulis secundum facultatem, conditionem egritudinis et persone propter Deum et ordinis honestatem, absque murmure, tenacitate et lite, quia sunt veraciter membra Xristi. — Fratres autem infirmi a domno et a servitore moneantur ut devote et fideliter recipiant ecclesiastica sacramenta et ad dimittendum proprium propter periculum anime moneantur. Infirmi autem a fratribus visitentur frequenter et consolentur eos propter officium pietatis et Dominicam jussionem. Cum autem frater infirmus in agonia fuerit constitutus, dicatur a fratribus alte *Credo in Deum* ; quicumque vult : *sermo Dominicus* ; dicantur etiam litanie et recomendatio anime, que in Romano ordinario continetur ; dicatur etiam psalmus : *Deus, Deus meus, respice* usque ad *in manus tuas.* Fratre autem defuncto et ad ecclesiam deportato, legatur totum psalterium, et postmodum dicatur agenda solemniter, deinde misse private, deinde, celebratis missis privatis, missa major a domino domno, si presens sit, vel a priore solemniter est dicenda. Postmodum exequie sunt agende et tradendus ecclesiastice sepulture, a fratribus ad ecclesiam et tumulum deportandus et ab ispsis sepeliendus. Fratres autem leprosi extra cepta domus morentur, habitum ordinis deportantes, et humane propter Dei misericordiam procurentur et quoque a fratribus visitentur [1].

1. *Additio 1368* : Item pro ministerio dicte infirmarie statuatur omni tempore unus infirmarius, religiosus, plus, diligens ac timens Deum et suis membris pauperibus infirmis ardore caritatis affectus, qui solerter attendat ministerio infirmorum, necessaria ministret juxta qualitatem personarum et infirmitatum, et, ut sufficienter idem infirmarius providere valeat, prout hactenus fuit pro-

Digitized by Google

[15.] *De dormitorio.* — Omnes fratres, sicut comedunt simul in uno refectorio, ita simul dormiant in uno dormitorio preter domnum et custodes. Domnus singulis noctibus claudat dormitorium et usque ad matutinum maneat clausum et clavem custodiat cui domnus injunxerit reservandam. Jacebunt autem lineis pannis induti et cincti et soli, sicut decet religiosos, et in culcitris et almatraciis et linteaminibus sicut domnus ministrabit et de nocte teneant absque murmuratione silentium in dormitorio et in lectis. Per totam autem Quadragesimam sine culcitris, almatraciis et linteaminibus jaceant fratres nostri.

[16.] *De electione Domini.* — Cum domnus fuerit eligendus, convocentur omnes fratres et assignetur dies ad eligendum : in die autem electionis, antequam procedetur in electione, dicatur missa *de Spiritu Sancto* solemniter et in ecclesia, presente conventu : qua dicta, conventus intret capitulum et fiat sermo, deinde invocetur gratia Spiritus Sancti et dicatur cantando : *Veni Creator, Kyrie eleysson*, *Pater noster* et *Emitte Spiritum tuum*, *Memor esto*, *Adjuva nos*, *Domine exaudi*, *Dominus vobiscum*, oratio *Deus qui corda fidelium*, *Actiones nostras*, *Omnipotens sempiterne Deus* etc. Expleta autem invocatione Spritus Sancti, procedatur in electionem vel per compromissum vel per communem inspirationem vel per canonicam electionem, prout deinde faciendum extitit. Si autem canonica sit electio, tres fratres antiquiores in ordine recipiant vota fratrum et scribant fideliter in oculis omnium et in eadem domo postmodum recitabunt scripturam in publico et, si electus majorem partem habuerit medietate eligentium et ille sit verus electus, domnus et pastor omnium habeatur. Eligentes autem Deum habeant pre oculis, persone meritum et utilitatem domus non propriam attendentes [non] vero carnaliter aut simoniace ; eligatur non laicus set presbiter vel talis qui infra

visum, percipiet herbatgia tegude de Calmeta et alios proventus recipi consuetos, habebitque unum ex donatis et unam ex mutieribus religiosis pro ministerio et servitio infirmorum, qui, cessantibus occupationibus in infirmaria, servient Hospitali in communi etc. *ut in instrumento signato 1368.*

Digitized by Google

annum valeat ad sacros ordines promoveri, non idiota aut novitius aut secularis set fama, scientia et experientia temporalium et spiritualium perspicuus. Ipse autem electus et confirmatus seipsum beatorum omnium prebeat exemplum, corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens et humilis sit, ad omnes sit mitis et quietus et discretus, in regendo sollicitus, in corrigendo discretus, fratres suos reveratur et diligat et eisdem cum humilitate et mansuetudine loquatur, officiales suos instituat et ministros cum consilio fratrum suorum, qui fratribus provideant favorabiliter et benigne. Si qui autem officiariorum aut ministrorum fuerint insolentes, temporalia dissipantes et suum ordinem confundentes, ipsos statim amoveat et corrigat secundum ordinis disciplinam ; novitios per se non recipiat ad ordinem sine consensu et voluntate conventus, nec ad professionem recipiat nisi post annum sui ingressus et de voluntate conventus, nec ante professionem aliqua eis obedientia aut administratio comittatur ; non sit partialis aut acceptator personarum, nec dissipet bona domus, non contemnat fratres aut dure suscipiat, cum sit pater ; excessum caveat in expensis, cum sit servus pauperum et minister ; in capitulis generalibus reddat de acceptis et expensis et a[c]quisitis coram fratribus rationem. Omnes fratres tam laici quam clerici semel in anno omnia quecumque habent domno exponant, claves reddant et cuncta sibi exhibeant ejus arbitrio relinquentes. Omnes fratres domino domno exhibeant reverentiam et honorem et statim post confirmationem faciant obedientiam ; in choro sedem habeat specialem, officium faciat in choro in festis majoribus, ultimam lectionem legat et semper *Te Deum* incipiat. Si autem dominus domnus in corrigendo fuerit negligens et remissus, dilapidator et dissipator temporalium, senex aut impotens ad officium exequendum, moneatur ad precem a senioribus ut cedat officio et locum sibi eligat ad manendum ubi sibi de bonis ipsius Hospitalis provideatur competenter, et interim sibi fratres provideant de persona religiosa ipsius Hospitalis idonea, que loco et officio suo succedat et sibi

Digitized by Google

per fratres et sorores et donatos dicti Hospitalis obediatur sicut domno, cui redda[n]t computum de expensis et receptis. Processurus autem ad partes propinquas vel remissas, dimittat fratrem discretum et idoneum loco sui, qui sit ejus vicarius et in temporalibus et spiritualibus obtineat vices ejus, nisi esset tale negotium tam arduum et sublime quod ipse dominus domnus esset merito expectandus.

223.

1301, 25 septembre. La Roque [1]. — Bail acapte par Guillaume Roc, de la paroisse *de Cappella*, en son nom et au nom de ses héritiers et de l'Hôpital d'Aubrac, à Bertrand de *Bonaterra* agissant comme tuteur des enfants de feu *Cavalerii*, son frère, d'un champ, paroisse de St-Saturnin, confrontant : champ relevant du roi et dudit Hôpital, champ de l'infirmerie et chemin de l'infirmerie au bois ; — du demi quart du susdit champ relevant du roi et de l'Hôpital. Censive annuelle : 2 set. froment, 1 set. avoine, mesure de la Roque, à la St Michel, avec lods et ventes à raison de 1 den. par sol. — Fait *apud Ruppem*, présents : Jean *Bernardi*, curé, Durand *Calsinh*, Guillaume *Agni*, Barthélemy Brunenc, Guillaume *Artanha*. — Not. recevant : Audoard *Guarriga*, not. royal de la sénéchaussée de Rouergue. — Not. expéditionnaire par autorité du sénéchal du Rouergue : Guillaume *Bruguerie*, not. royal subrogé. — [*Seing manuel du notaire expéd.* [2].]

224.

1302 (n. s.), 29 janvier. Les Bourines [3]. — Bail acapte par frère B., domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Guillaume Esquilat, de Laissac, de la quatrième partie d'une terre, dite Tirabudel, paroisse de Laissac, confrontant avec *carreria*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté EE, n, 310. — Registre n° 21 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 12 v°, sommaire du même acte en latin.

2. « Vante faicte par Jean del Bousquet à Géral Vergnes du lieu de St-Chély [...] seiz ez appertenances dud. St-Chély, appellé la Vernhette, receu par Bernard de Graissagne, not. de Roudez, en l'an 1301, coté HHH. » — *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19 (St-Chély), fol. 12 v°.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron* H Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : AAA, n. 320 et VIc IIIIxx XIX.

Digitized by Google

de Tirabudel et terre de Hugues Alinhac. Censive annuelle : le quart des blés ; avec lods et ventes. Quittance du droit d'entrée. — Fait *in grangia de Leborinis*, présents : Laurent, grangier des Bourines, Hugues *Maurini*, frères de l'Hôpital d'Aubrac, Pierre de *Fornols*. — Notaire recevant : Durand *Riquerii*, clerc, not. dud. l'Hôpital. — [*Seing manuel du notaire.*]

225.

1302, 2 juillet. Prades [1]. — Bail acapte par Bernard, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Guillaume de Lobrieu de l'affar de *Lescura*, paroisse du Cambon, confrontant avec ruisseau de *Lescura*, terre de *na Boleta* de *Jurgolhes*, terre du seigneur de Calmont, pré de *na Floretas*, terre de l'église du Cambon et *la broa* dudit affar, avec pouvoir de faire trois *sechoradas* de pré et une *sestairiatam de parra ad opus edificandi*. Censive annuelle : 15 s. Rod., 2 gélines, à la St André, et *servicia sicut in omnibus hominibus aliis nostris de* [*M*]*andalhis*. Droit d'entrée : 30 livres Rod. — Fait à Prades, présents : Durand de Montamat prêtre, Gaucelin *de Bellovisu* chevalier, Pierre Canut, frère Mathieu, cellérier de Prades, Bernard *Rocberti*, homme de loi, Pierre *de Deo*, clerc. — Not. recevant : Jean *de Coquo*, notaire de l'Hôpital d'Aubrac. — Not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. subrogé du dit Hôpital.

226.

1302, 5 juillet (?). Saint-Juéry. — *Reconnaissance faite à Robert de Chalier par B., domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

RECOGNITIO FACTA PER DOMINUM B., DOMINO DE CHALIER. — Noverint universi... quod nos frater B., dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobracho, Ruthenensis dyocesis, de consensu et voluntate fratrum nostrorum tenemus et in veritate recognossimus nos tenere et tenere debere pro nobis et dicto Hospitali et nostris successoribus universis et nomine ipsius Hospitalis a vobis Rotberto

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté H.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac *Livre des transactions*, n° 24, fol. XLVI r°-XLVI v°. — V. l'acte n° 88.

Digitized by Google

de Chalier domicello, domino castri superioris Sancti Jorii, et ratione dominii dicti castri, mansum vocatum Bereschet in feudum francum cum pertinentiis suis, citum in parrochia Sancti Laurentii et in episcopatu Mimatensi ; qui dictus mansus confrontatur ex una parte cum affario del Beires, et ab alia cum manso del Gisbert et ab alia cum affario de Boldoira et ab alia cum affario ecclesie Sancti Laurentii ; qui mansus predictus fuit condam domini Mayngot militis, qui dictus Mayngot dedit dictum mansum pro helemosina donatione inter vivos sepedicto Hospitali, et dicto Mayngot vivente et presente et deferente condam habitum dicti Hospitalis, dictum Hospitale possedit dictum mansum pascifice et quiete, et pro predicto manso fidelitatem promittimus vobis dicto Rotberto. Hanc autem recognitionem et fidelitatem facimus de presenti personalem pro nobis et successoribus nostris et nomine ejusdem Hospitalis, et eandem recognitionem tenentur facere successores nostri vobis et successoribus vestris semel quilibet cum ab eisdem fuerint requisiti. — Actum et datum apud Sanctum Jorium, die jovis post festum Sancti Gualli, anno Domini M° CCC° II°, presentibus testibus : Petro de Domibus, Austorgio de Altavilla, Willermo Girberti de Longavilla, Merle Guirbert, domino Bertrando Vale milite, domino Guillermo de Chalier, monaco Sancti Flori, domino Guirberto de Miromonte, canonico Piparensi, fratre Petr[o] de Veirieiras, priore de Trinitate, Hugo Bego, Petro Fabri clerico, Guillelmo Frenal, D. Alterio de Ferrairolas, Petro Bertolmeu, G... (?) Vailet clerico, dicto (?) Brugier de Sancto Martiali, Guillelmo Ausset, Jacobo de Chalier, Hugone Servienti. — In cujus rei testimonium sigillum Hospitalis nostri duximus apponendum.

227.

1302, 1er août. Millau [1]. — Reconnaissance féodale consentie par Guillaume *Tadei*, notaire de Creyssel, à Aton *de*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté n° 5 liasse 2 et n° 344. — *Au dos on lit* : Recognoissance faicte par Guilhaume Tedey à Ant. du Rieu, auquel a succédé Bertrand de Capdenrac. — Par succession appartient au commendeur [de Millau].

Digitized by Google

Rupe, chevalier : d'une pièce de terre, sise à Creyssel, au lieu dit *lo Pla de la vila*, achetée de Déodat André et confrontant avec champ de Pierre Morrut prêtre, sous le cens d'une émine froment ; — d'autre terre, achetée de Bernard André, sise aud. lieu *lo Pla de la vila* et contigüe à la précédente, sous le cens d'une autre émine froment ; — d'un champ, aud. lieu, confrontant avec les susd. terres et du pied avec une émine de pré du reconnaissant, sous le cens d'un setier froment ; — d'autre pièce de terrain, sise aud. lieu, confrontant avec champ dud. Pierre Morrut et achetée de *na Engleza* et de ses fils, sous le cens d'une demie émine froment, — d'un pré que l'emphitéote possédait depuis longtemps audit lieu, confrontant avec le terroir qu'il a acheté de *na Engleza*, sous le cens d'une demie énime froment : *in quibus petiis predictis est modo factum pratum* ; — de la moitié par indivis d'une vigne, sise aud. lieu *lo Pla de la vila*, achetée de *na Ferracana* et confrontant avec vigne que le reconnaissant a achetée de *na Morga*, (la partie basse de la vigne achetée de *na Ferracana*, a été mise en pré) sous le cens d'une demie émine froment ; — de la moitié par indivis d'une autre vigne, jadis de Rancel, sise aud. lieu et confrontant avec la vigne achetée de *na Ferracana*, sous le cens d'une demie émine froment ; — de la moitié par indivis d'une autre vigne, sise aud. lieu, achetée de *na Garnieira* de Millau, confrontant avec la vigne achetée de Rancel et vigne de Bernard *Pros*, sous le cens d'une demie émine froment ; — d'une corne (*cornu*) ou partie de jardin, jadis de feu Etienne *Aygli*, *in qua parte est fons vocatus Creyssellensis*, confrontant avec terrain de Guillaume *Castanh*, sous le cens d'un denier : — d'un jardin et d'une rive (*ripariam*), sis aud. lieu, achetés de *na Engleza* et de ses enfants, confrontant le tout avec ruisseau et moulin de lad. *Engleza*, sous le cens d'un denier. Les susd. immeubles sont contigus, *excepto quod Guillermus Castanh habet ibi unum ortale*, et confrontent, à l'exception dud. *ortale*, d'une part avec le ruisseau qui descend vers Creyssel *et protenditur superius versus ecclesiam Sancti Saturnini usque ad carreriam vocatam de Balma*

Digitized by Google

Lagasca, du pied avec champ dudit Pierre Morrut, prêtre, *et protenditur usque ad molendinum de na Engleza*. — L'emphitéote reconnaît encore un jardin, jadis de Rancel, confrontant avec le pré ci-dessus reconnu, sous la moitié de la seigneurie, des lods et ventes. — Fait à Millau, dans la maison des Frères Mineurs, présents : Jean *Gaucelini* clerc, Hugues *de Rupe* damoiseau, Etienne *Ameilh*, frère Bernard *Vasconis de Meleto*, frère Raymond *de Crozo*, de l'ordre des Frères Mineurs. Not. recevant : Hugues *Vitalis*, not. de Millau. — [*Seing manuel du notaire.*]

228.

1302, 3 octobre. Les Crouzets. — *Transaction passée entre Hugues de Marcastel et Guillaume de Villaret, recteur des Crouzets* [1].

In nomine Domini nostri Jhesu Xristi. Amen. Anno Ejusdem incarnationis M°CCC°II°, V° nonas mensis octobris. Sit certum omnibus... quod cum questio, lis, controversia verteretur et verti speraretur inter dominum Hugonem de Marquastello, militem, habitatorem mansi de Fabricis, parrochie de Crosets, Ruth. diocesis, pro se et suis, ex una parte, et dominum Guillelmum de Villareto, rectorem ecclesie Beate Marie de Crosetz, ejusdem diocesis Ruth., pro se et suis, ex parte altera, super eo videlicet quod dictus miles pro se et suis petebat, dicebat et asserebat quod dictus dominus Guillelmus de Vilareto fecerat (et) de novo edificari quoddam tumulum in cimiterio ecclesie predicte de Crosets in prejudicium dicti militis et suorum, pro eo quod in loco ubi dictum tumulum est edificatum et constructum, sunt et fuerunt multa corpora progeniei ipsius militis posita et sepulta et ab antiquo, ut dicebat idem miles, in loco predicto idem miles et sui antecessores sepelire corpora ipsius progeniei consueverunt, quare idem miles dicebat, petebat et asserebat quod dictum tumulum et locus ubi constructum est, eidem militi et suis pertinet et pertinuit ab antiquo ; — dictus vero dominus Guillelmus de Vilareto, pro se et

1. Doat 135, fol. 2?-35, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

suis, dicebat se habere legitimas deffensiones quare ad predicta teneretur minime. — Amicis intervenientibus, pro bono pacis et concordie, amicabiliter, dicte partes, pro se et suis, compromiserunt se super predictis omnibus questionibus, rancuris et debatis, que et quas habent dicte partes inter se, ratione et occasione premissorum, in religiosum virum fratrem Johannem Marcelli, de ordine Predicatorum, et ipsum arbitrum, arbitratorem vel amicabilem compositorem super predictis et aliis omnibus questionibus predictam causam tangentibus, amicabiliter dicte partes et concorditer elegerunt, promitentes dicte partes michi notario infra scripto, stipulanti nomine illius seu illorum quorum interest et interesse potest vel poterit, sub pena X librarum Turon. danda et solvenda a parte inhobediente operi ecclesie Beate Marie de Crosetz, totiens quotiens committeretur, et in omnibus bonis suis obligata, se tenere et a suis facere teneri perpetuo et non infringi quidquid dictus arbiter... super predictis vel super aliquo premissorum dixerit, statuerit... [*Formules de droit*]. — *Item* fuit actum... quod... ipsa pena peti et exigi licite possit per dictam operam seu administratorem ipsius operis a parte inobedienti... et quod ipsa pena commissa levata, habita et recepta a parte inhobedienti per administratorem ipsius operis totiens quotiens committeretur, nichilominus valeret presens compromissum... [*Formules de droit*]. — Acta fuerunt hec apud Crosetz, in coquina, anno et die supra scriptis, presentibus testibus ad hoc vocatis : domino Petro de Bonafonte presbitero, fratre Bermundo de Bazalgeta de ordine Predicatorum, Petro Botet, Johanne Baldit et me Bernardo Girelli, notario publico.

Postque, anno et die quibus supra, dictus frater Johannes Marcelli arbiter, arbitrator, recepto in se dicto compromisso et arbitratu, pro bono pacis et concordie et ne ulterius dicte partes agraventur laboribus et expensis, visis tamen primitus et auditis questionibus partium predictarum et diligenter intellectis habitaque super predictis diligenti deliberatione et tractatu partibusque etiam hinc inde precincitis, dixit, statuit... — quod dictus dominus Hugo,

Digitized by Google

nomine suo et suorum heredum, det, absolvat, quittet perpetuo et remittat eidem domino Guillelmo et suis totum illud jus et actionem, quod et quam habet et habere potest et debet in tumulo supra dicto, quocumque modo, ratione seu causa et omnes actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas et jura, que et quas habet vel habere potest et debet idem miles contra dictum dominum Guillelmum vel suos, ratione vel occasione premissorum, et dari, quittari faciat Brengario, filio suo, et Rigaldo dum per ipsum dominum Guillelmum vel suos fuerit requisitus. — *Item* dixit eo modo quo supra, quod dictus dominus Guillelmus, rector predicte ecclesie, concedat eidem militi et suis tumulum in dicto cimiterio, juxta vitriam, et quod dictus dominus Hugo faciat et facere valeat tumulum in dicto cimiterio in loco in quo idem arbiter, arbitrator, coram me notario et testibus infra scriptis, eidem militi (ecclesie) ad ecclesiam demonstravit, juxta vitriam, et quod in dicto loco, ab ista hora in antea, omnes de progenie et hospitio ipsius militis eligentes sepulturam in dicto cimiterio valeant sepeliri. — *Item* dixit... quod dictus dominus Guillelmus prestet adjutorium eidem militi et suis ad tumulum faciendum et dictum militem vel suos adjuvet ad predictum tumulum, quando ipsum ipse miles vel sui voluerunt ibidem construere et edificare, ad cognitionem duorum proborum virorum communiter electorum. — *Item* dixit... quod cum his sit pax, finis et concordia inter dictas partes, de his in et super quibus in eo fuerat compromissum. — *Item* dixit... sub dictis pena et juramento in compromisso contentis, quod predicta omnia et singula universa utraque pars laudet, approbet, ratificet et confirmet ac etiam promulget. — Et incontinenti dicte partes predicta omnia et singula universa laudaverunt, approbaverunt... — Actum apud Crosetz, in platea, supra et circa dictum tumulum, anno et die supra scriptis, in presentia et testimonio dictorum domini Petri de Bonafonte presbiteri, fratris Bermundi de Basalgueta de ordine Predicatorum, Petri Botet, Johannis Baldit, Johannis de Bongran et mei dicti B. Girelli, notarii publici nobilis domini de Canillaco in tota ejus baronia, qui, *etc.*.. — [*Seing manuel du notaire*].

Digitized by Google

229.

1302, novembre [1]. — « Confirmation du roy Filipe en faveur d'Aldoard Garrigues de la susd. métérie de la Roque-Balzergue comme dessus est confrontée et limitée [2], avec quittance de 200 livres payées à sa Majesté pour raison de lad. métérie ; signé et séélé du grand seau de cire verte avec lacz de soye rouche et verte, en l'an 1302, au mois de novembre ; coté CCCCC. »

230.

1302. — *Quatre reconnaissances féodales consenties à l'Hôpital d'Aubrac* [3].

« Recognitio Hugonis Martini facta Hospitali de uno casali loci Sancti Saturnini, confrontati cum domo Petri Bonhomme ex duabus partibus, cum carreria publica et cum domo ejusdem recognoscentis quam tenet. In qua domo seu casale dictum Hospitale habet VIII denarios Ruth. censuales nomine census et dominii et vendas et laudimia.

Recognitio Geraldi de Vebra facta Hospitali de quodam prato sito a la ribieyra de Serra, confrontato cum aqua de Serra et cum campo Andree de Lestanc et suorum fratrum et cum campo Petri Prohome. In quo habet Hospitale VIII den. Ruth. nomine census et dominii et vendas et laudimia suo loco.

Recognitio Andree de Lestanc facta Hospitali de quodam prato suo, sito in rippa de Serra, confrontato cum aqua de Serra et cum prato et terra suis. In quo habet Hospitale VIII den. Ruth. nomine census et dominii ac vendas et laudimia suo loco.

Recognitio Deodati Roqueta facta Hospitali de quodam prato appellato Nares, confrontato cum campo ecclesie Sancti Saturnini et cum via, qua itur de Sancto Satur-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os^ 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 28 v°.. — 2 V. l'ate n° 208.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg coté n^os^ 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 4 r°. — *A la marge on lit* : Hic fuit restituta alia littera per L. signata, que erat in archivio de Aurella, continens accapitum territorii de Fonneyreta.

Digitized by Google

nino versus Rupem, et cum terra Guiraldi Romeguieyra. In quo prato Hospitale habet I sestarium frumenti et I eminam avene censualia, mensure Amiliavi, nomine census et dominii ac vendas et laudimia suo loco ; prout de predictis IIII recognitionibus constat instrumento sumpto per Johannem de Coquo notario, anno M° CCC° II°, signato per Johannem Valdonis, subrogatum eidem de Coque, et signato per litteram L. »

231.

1302. — *Autres trois reconnaissances féodales consenties à l'Hôpital d'Aubrac* [1] :

1° Par Guillaume de *Caturco* d'une terre, dite *lou Cambo de Monnet*, et de deux prés contigus, confrontant avec ruisseau de Serre, chemin de Campagnac à Rodez, chemin de la Roque-Valzergue à Saint-Geniez et terre de Hugues de la Barrade ; — d'un pré sis *al pon de Serra*, confr. avec ruisseau de Serre, chemin dud. ruisseau à la Roque, terre de M^e *Aldoardi...*, et terre des enfants de feu Pierre *Monneti*. Cens annuel : 2 setiers de froment et 2 set. d'avoine, mesure de Millau, avec lods et ventes.

2° Par *Baldoys de Lescot* d'une maison et aire joignants, sis *apud Viridarium*, confr. avec chemin de Saint-Saturnin à Saint-Geniez, jardin de Ramond Serode et jardin de *Benenguda*. Cens annuel : 8 den. Rod., etc.

3° Par Bernard *Ibacbert* (*sic*) d'une terre *à Cort Canabar*, confr. avec terre de Gérald *La Romeguieyra*, champ de Hugues *la Barradaria* et champ des enfants de feu Pierre Manenc ; — d'un champ sis à *l'Orador*, confr. avec chemin de Saint-Saturnin à Rodez et ruisseau de Serre ; — d'un pré contigu au susd. champ, confr. avec pré de Pierre Bonhomme ; — d'un champ dit *l'Auseral*, confr. avec terre de *Arnald de Ruppe* chevalier, mas dit de *Melhau*, chemin de Saint-Saturnin à Rodez, terre de Jean Brunenc et terre de Pierre Croset. Cens annuel : 4 set. froment et 4 set. avoine, mesure de Millau ; — d'un champ

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 4 r°.

Digitized by Google

dit *al Carayril*, confr. avec l'estrade publique, maison du susd. *Arnald* et terre de Pierre *del Croset*. — L'emphitéote doit encore 6 den. Rod., *nescit tamen dicere pro quo*. — Not. recevant : Jean *de Coquo*, not. ; not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. subrogé. Ledit acte coté lettre M.

232.

1302. — *Autres quatre reconnaissances féodales consenties à l'Hôpital d'Aubrac* [1] :

1° Par Pierre *Prohomme* d'une maison et jardin contigus, au mas *del Verdier*, confrontant avec jardin de Bernard *de Val*, jardin de Guillaume Brunenc et jardin du reconnaissant. Cens annuel : 15 den. Rod. avec lods et ventes.

2° Par Pierre *de Salelas* d'un affar (maison, aire et terroir contigus), au mas *del Verdier*, confront. avec jardin de Pierre Croset, l'estrade publique, jardin de Bernard *del Serre* et terre de B. *del Calcadis*. Cens annuel : 21 den. Rod., etc.

3° Par Guillaume Brunenc d'un champ dit de *la Galdenesa*, paroisse de la Capelle, confront. avec terre du mas *de Melhau*, terre de Bernard *de Ruppe* chevalier et terre *dels Prebocz*. Cens annuel : le quart des fruits, — d'un champ dit *de Fogassel*, confr. avec pré de l'Hôpital d'Aubrac, ferre d'Astorg *del Volarat*, damoiseau, et terre de Bernard *del Serre*. Cens annuel : le quint des fruits ; — d'un pré dit *lo Pradel*, conf. avec pré de l'église de Saint-Saturnin, ruisseau de Serre et jardins tenus de lad. église. Cens annuel : 12 den. Rod. ; — de deux parts de maisons et de *curtil*, à Saint-Saturnin, confr. avec l'estrade publique et jardin tenu de lad. église. Cens annuel : 6 den. Rod. ; — de deux parts d'un jardin, confr. avec les susd. maisons et jardin de Vital *del Croset*. Cens annuel : 6 den. Rod. ; — de deux parts d'un jardin confr. avec jardin dud. Vital et jardin de Jean *Majurel*. Cens annuel : 3 den. Rod. ; — de deux parts d'un jardin dit *del Ver-*

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°s 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 5 r°.

Digitized by Google

dier, confr. avec jardin et maison de Pierre Bonhomme et chemin de Saint-Saturnin à l'église de La Capelle. Cens annuel : 2 den. Rod.

4° Par Barthélemy *de Lacumba* d'un champ dit *Camp Ferros*, confr. avec chemin de Saint-Saturnin *versus fontem*, jardin de Bernard *del Serre* et jardin du reconnaissant. Cens annuel : 3 émines de froment ; — d'autre champ dit *Ferrel*, confr. avec jardin d'André *Jacbert* et chemin de Saint-Saturnin à Millau. Cens annuel : la 3e partie du quart des fruits. — Not. recevant : Jean *de Coquo*, not. ; not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. subrogé. Led. acte coté lettre N.

233.

1302 [1]. — « Instrument d'obligation, de l'an 1302, receu par Estienne Maurel, notaire, consantie par Aldoard Garrigue à Monsieur d'Aubrac, de la somme de 50 livres pour payer le roy des droict que luy estoict deubz pour raison de la métérie de la Roquo-Balzergue ; séélé de deux seaux et cotté BBBBB. »

234.

1303 (n. s.), 19 mars. Château de Beauregard. — *Hommage rendu à Aldebert de Peyre, par B., domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

Recognitio facta domino Mauricastri per dominum B. — Noverint universi quod constituti coram me notario reverendus pater in Xristo dominus Al. de Petra, dei gratia Vivariensis episcopus et dominus Mauricastri, et religiosus vir dominus B., eadem gratia dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, dictus dominus Al., dominus dicti castri, requisivit dictum dompnum quod faceret sibi recognitionem mansorum sitorum in et sub mero imperio dicti castri, mansorum infra scriptorum, videlicet : mansum de Scudairetas, situm in parrochia de Rocolis ; e del Chier, de Mongros, in parrochia de Nabi-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, reg. n^os^ 24 et 333 (Laroque-Valzergue), fol. 28 v°.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac. *Livre des transactions*, n° 17, fol. XXXII v°-XXXIII r°. *A la marge* : correcta.

Digitized by Google

nals; e la Vaissa, in parrochia Sancti Andeoli; item mansum Montairedos, in parrochi[a] de Nabinals; et mansum apellatum Baulenc in eadem parrochia; et mansum del Boysso, in eadem parrochia; item Campils, el Salhens, Besset, et Sanh Andiol, e la Bessieira, lo Translusso, la Cabassa, e Monmeja, Salas, Cazaletz, e Calmmejana, Carralessas, e la Garda, e Vors, Rabils, e Rabiletz, e Vila Vielha, e Treffolhosa, e Montorsier, e Pontilhac, e la Teula, e la Calmeta, e Lucsal, e Caldacomba, els Alatius, e Peiraficha. Qui quidem dompnus ibidem recognovit predictos mansos se tenere in feudum sub modo et forma quo quave continetur in quodam publico instrumento, confecto et signato manu magistri Duranti Vimeneti, publici notarii domini Pape, et sigillato sigillo plumbeo domini de Petra [1], salvo jure dicti Hospitalis. — Actum apud castrum Belli Regardi, Mimatensis dyocesis, testibus presentibus etc.; et anno Domini M° CCC° secundo, XIV kalendas aprilis etc.

235.

1[3]03, 10 juillet. Hôpital d'Aubrac. — *Reconnaissance et hommage faits au seigneur de Canillac par B., domp de l'Hôpital d'Aubrac* [2].

RECOGNITIO DOMINI DE CANILIACO FACTA PER DOMINUM B. — Noverint universi... quod ad requisitionem nobilis viri domini Marquesii de Caniliaco militis, frater B. de Senareto, dompnus Hospitalis de Altobracho, nomine suo et dicti Hospitalis, conventu dicti Hospitalis, ut moris est, in ecclesia ad sonum campane congregato, confessus fuit et in veritate recognovit et consensu dicti conventus dicti Hospitalis, scilicet : dominorum G. Revelhaca, Bertrandi Vale, Gaucelini de Bellovisu, Huc de Marcastel, militum et fratrum dicti Hospitalis, et dominorum Duranti de Monte Amato, Jacobi Alo, Guillerm[i] de Montepetroso, Huc de Rimieiza, presbiterorum et fratrum dicti Hospitalis, et plurium aliorum fratrum dicti Hospitalis, coram me Duranto

1. V. l'acte n° 143.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. *Livre des transactions*, n° 7, fol. XVI v°-XVIII r°. *A la marge* : Non valet.

Digitized by Google

Riquerii et testibus infra scriptis vocatis et rogatis, se tenere, nomine dicti Hospitalis, et tenere debere et velle tenere et predecessores suos tenuisse a predecessoribus ipsius domini Marquesii in feudum francum et honoratum omnia illa universa et singula que in quodam i[n]strumento, confecto manu magistri Ramundi Gaufredi, notarii publici castri de Rupe Vallissergie, dicto domino de Ca[niliaco] reddito, prout incipit in tercia linea : *videlicet* et finit in penultima : *presentem car-* ; et in quodam alio instrumento, confecto manu magistri Arnaldi de Monteferrario, publico notario dicti Hospitalis de Altobraco, dicto etiam nobili reddito, quod incipit in tercia linea : *et notum* et finit in penultima : *fient ea* ; et in quodam alio instrumento, confecto manu magistri Ramundi Gaufredi, ejusdem tenoris cum predicto instrumento, dicto tamen Hospitali reddito, quod incipit in tercia linea : *licet* et finit in penultima : *et Fredolo de* ; et in quodam alio instrumento, confecto manu magistri Stephani, reddito tamen dicto Hospitali, quod incipit in tercia linea : *de Bosqueto* et finit in penultima : *scripsi* ; ita tamen quod ea, que, temporibus quibus fuerunt dicta instrumenta confecta, tenebat et possidebat dictum Hospitale in terra sive in pertinentiis castri de Aurela, de quibus fit mentio in dictis instrumentis, intendit solum recognoscere et recognoscit non ut partiarius dicti castri et ita ea et suprascripta recognoscit secundum modos, conditiones, pacta et formas et concessiones, in predictis instrumentis super recognitionibus condam factis per dompnos dicti Hospitalis dominis de Caniliaco in dictis instrumentis contentas. — *Item* dixit et recognovit et confessus fuit, nomine quo supra, dictus dominus dompnus se, nomine dicti Hospitalis, adquisivisse a feudatariis domini de Caniliaco ista que secuntur, videlicet : ea que habet in parrochia de Granval, que fuerunt Bertrandi Vale seu ejus matris ; *item* mans[os] d'Andriargues et del Cassanh, sitos in parrochia de Calidis Aquis ; *item* mansum de la Brugaireta, situm in parrochia de Brio ; *item* territorium de las Olas, situm in parrochia de Nabinals. — *Item* recognovit se tenere, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Canillaco me-

Digitized by Google

dietatem omnium jurium, reddituum et proprietatum, que habet in castro de Nogareto et ejus mandamento, in feudum francum et liberum, salva prestatione census mansi de Monfelgos, sub modis, formis sub quibus tenebat a domino nostro rege, ante associationem factam inter dominum regem et dictum dominum de Caniliaco de castro de Nogareto et ejus mandamento. — *Item* recognovit se tenere, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Canillaco in feudum francum et liberum et predecessores suos tenuisse a predecessoribus domini de Canillaco quicquid habet in castro de Sancto Laurentio et ejus mandamento, sub modis et conditionibus et usibus, sub quibus ea tenebat a domino rege. — *Item* recognovit se tenere, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Canillaco in feudum francum quidquid adquisiverunt predecessores sui, nomine dicti Hospitalis, in manso de Scudairetas, parrochie de Rocolis, a Rotberto Sancti Urcisii, sub pactionibus et conventionibus, modis et formis sub quibus tenebat a nobili viro domino Beraldo, domino de Mercorio, ante donationem factam de dicto feudo dicto domino de Canillaco per dictum dominum de Mercorio. — Que omnia et singula supradicta, ut predictum est, recognovit, nomine quo supra, se tenere a dicto nobili in feudum francum, ad homagium et fidelitatem prestandam, faciendam et jurandam, salva reverencia ordinis, ad quod et quam pro dictis rebus professus est se, nomine dicti Hospitalis, fore astrictum eidem nobili et ejus successores successoribus nobilis antedicti, ut in eisdem instrumentis continetur, pro rebus et juribus antedictis. Quod quidem homagium et fidelitatem ibidem et incontinenti eidem nobili, pro se suisque successoribus recipienti et stipulanti, tam pro contentis in dictis instrumentis, ut predictum est, quam pro aliis supradictis et recognitis prestitit, promisit et juravit cum illis que in sacramento fidelitatis continentur. — Actum apud Hospitale predictum, in ecclesia, anno Domini M° CC[C]° III°, domino Philippo regnante, sexto ydus julii, presentibus testibus vocatis et rogatis : domino Oliverio de Chiraco milite, magistris Rigaldo Maurelli, Stephano Hugonis, B. Rotberti, Guillermo Fabri, Stephano Boni,

Digitized by Google

jurisperitis, Ramundo Olivier, Fulcone Arzileti et Petro Operarii, Duranto de Campobono notario, et me Duranto Riquerii, clerico, notario et cetera.

236.

1303, 15 octobre. Aubrac. — *Compromis et transaction passés entre Marquès de Canillac et Bernard de Sénaret, domp d'Aubrac, au sujet de la justice d'Aurelle, pour ce qui n'avait pas été réglé par une sentence antérieure, rendue par Henri II, comte de Rodez* [1].

In nomine Domini nostri Jhesu Xristi. Amen. Anno Ejusdem incarnationis M°CCC°III°, die martis post festum beati Geraldi. Noverint universi... domino Philippo, illustri rege Francie, regnante, quod cum olim fuisset questio sive controversia inter bone memorie dominum Marquesium, dominum de Canilhaco, militem, patrem domini Marquesii qui nunc est, pro se et suis, ex una parte, et dominum Henricum de Benavento, militem, pro se et suis, ex altera, super juridictione, mero et mixto imperio castri Aurelle et pertinentiarum ejusdem et super predictis questionibus et aliis quibuscumque, que tunc temporis erant vel esse sperabatur inter dictas partes, dicte partes compromissent in illustrem virum dominum Henricum, Dei gratia comitem Ruthene, et dictus dominus comes, recepto in se dicto compromisso, de dictis questionibus in parte ad plenum et in parte non ad plenum pronunciaverit, prout in quodam publico instrumento de predictis compromisso et pronunciatione, confecto et signato in forma publica per Petrum de Scuria, publicum notarium comitatus Ruth., plenius continetur [2]; et jus et pars dicti castri et ejus pertinentiarum tunc pertinentium ad dictum dominum Henricum de Benavento pervenerint ad dompnum, conventum et fratres Hospitalis Beate Marie de Altobraco, predecessorem istius, et fratres et conventum ejusdem ex acquisitione facta justo titulo de dictis juridictione

1. Doat 135, fol. 32-38, copie d'après la grosse originale. — *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac. Registre n° 7 (Aurelle), fol. a et fol. IV-VI, copie informe. — Reg. n° 7 bis (Aurelle), fol. 1 et 10-14, copie signée : D. Textoris, not.

2. V l'acte n° 147.

Digitized by Google

et parte per dictum dompnum, predecessorem istius, et fratres et conventum ejusdem [1] ; — et super eo quod idem dominus comes obmiserat pronuntiare, determinare et declarare in dicta pronunciatione, facta per eundem vigore dicti compromissi, de questione que erat inter dictas partes de et super juridictione plenaria feudorum, specialiter et in solidum recognitorum de dicto castro et ejus mandamento dicto domino Marquesio quondam et dicto domino Henrico et antecessoribus eorumdem, et proprietatum per quemcumque ex eisdem et dictos antecessores ibidem acquisitarum titulo emptionis vel alio modo, de qua nichil ordinavit : propter que, dicta questione vertente inter dictum dominum Marquesium de Canilhaco, qui nunc est, et dictum dominum dompnum et Hospitale predictum et conventum ejusdem, predictus dominus Marquesius, qui nunc est, pro se et suis, ex una parte, et dominus Bernardus de Senareto, dompnus dicti Hospitalis, et frater Durantus de Monteamato et frater Jacobus Alodii, sindici et procuratores dicti Hospitalis, pro se et dicto Hospitali, nomine ejusdem et conventus ipsius, ex parte altera, intervenientibus et mediantibus nobili et venerabili viro domino Raymundo de Canilhaco, Aniciensi et Mimatensi canonico, magistro Rigaldo Maurelli, jurisperito, et fratre Petro de Solatgue, fratre dicti Hospitalis, de et super dicta questione et super aliis articulis seu capitulis infra scriptis, talis transactio et compositio intervenit, videlicet : — quod omnimoda jurisdictio, merum et mixtum imperium dicti castri et barii ejusdem, domorum, platearum, casaliorum et carreriarum dictorum castri et barii sint recognita in feudum dicto domino Marquesio seu ejus antecessoribus seu dicto domino Henrico seu ejus antecessoribus seu sint vel fuerint de feudo ipsorum et dicti Hospitalis et omnium et singulorum mansorum, terrarum et proprietatum sitorum et sitarum seu existentium in castellania et infra castellaniam et pertinentias dicti castri, pro quibuscumque partibus pertineant ad dictum dominum Marquesium seu dictum Hospi-

1. V. l'acte n° 195.

Digitized by Google

tale, sit communi[s] et pertineat communiter et pro individiso ad dictum dominum Marquesium et successores ejusdem et ad dictum Hospitale et dompnum et fratres ejusdem, qui nunc sunt et pro tempore fuerint dicti Hospitalis, salvis inferius exeptatis ; — et omne et quidquid proveniet et provenire poterit et debebit quocumque modo, casu, conditione seu forma et sub quocumque colore et quacumque causa vera vel ficta ex dicta jurisdictione, mero et mixto imperio et ab habitatoribus castri et barii et mansorum et proprietatum predictorum et predictarum, salvis et exceptis censibus et quartis, quintis et laudimiis dictorum mansorum et terrarum et proprietatum et etiam salvis inferius exceptatis, p[er]veniat et pertineat pro medietate ad dictum dominum Marquesium et suos et pro alia dimidia ad dictum Hospitale et fratres et conventum, qui nunc sunt et pro tempore fuerint dicti Hospitalis ; — et nullas exactiones possit habere, levare et percipere a dictis habitatoribus singulariter aliquis ex predictis seu ab aliis habitantibus in juridictione communi dicti castri (et) predictorum domini Marquesii et Hospitalis, nisi in casibus a jure concessis et consuetis et nisi in tailiis, bladejadis, hactenus a predictis habitatoribus per predictos dominum Marquesium et Hospitale et eorum antecessores percipere consuetis, et nisi dicti habitatores gratis, sponte et libere et absque omni compulsione, alicui ex predictis domin[is] Marquesio et ejus successoribus vel dicto domino dompno, fratribus et conventui ejusdem, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, vellent dare vel servire in peccuniariis vel rebus aliis quibuscumque ; — acto etiam quod dominus de Canilhaco, qui nunc est et pro tempore fuerit, possit talliare homines dicti castri de Aurella et ejus mandamenti pro filia vel sorore maritanda et pro nova militia, si et prout facere consuevit ; — hoc acto etiam specialiter et expresse quod in casu seu casibus predictis, si contingeret dictos habitantes titulo gratuito dare aliquid alicui ex predictis, scilicet domino Marquesio et dompno et conventui dicti Hospitalis vel dicto domino Marquesio, ratione nove militie seu maritagii filiarum vel sororum, quod aliqui ex pre-

Digitized by Google

dictis non possent talliam currentem illius anni, diminuta altera, minuere vel augmentare, set secundun quantitatem anni precedentis proximo illo tunc levaretur dicta tallia dicti anni, nisi super levando tandem dicti domini convenirent ; — jurisdictio vero omnimoda, merum et mixtum imperium feudorum, specialiter et in solidum recognitorum dicto domino Marquesio quondam, in mandamento dicti castri, et ejus antecessoribus ante tempus compromissi et pronunciationis predictorum, et eorum que habuit dominus Raymundus de Sancto Stephano quondam, miles, ex causa excambii a dicto domino de Canilhaco, qui nunc est, ad dictum dominum Marquesium et ejus sucessores in solidum pertineat et omnimoda utilitas proveniens ex predictis et ab habitantibns in eisdem ; — tallie vero et bladejade, quas percipit et percipere consuevit et consueverunt dictum Hospitale et dictus dominus Henricus et ejus predecessores a dictis habitantibus in dictis feudis, dictum Hospitale et fratres et conventus ejusdem, qui nunc sunt et pro tempore fuerint, seu alius seu alii de mandato eorumdem, habeat, levet et percipiat ab eisdem et eosdem ad solvendum compellat, ut hactenus est consuetum ac etiam usitatum per eosdem ; — executio vero delictorum et criminum quorumcumque commissorum in dictis feudis fiat et exequi tantum valeat in eisdem per dictum dominum Marquesium et suos ; executio vero delictorum et criminum commissorum in juridictione communi per dictum dominum Marquesium et ejus successores et dictum Hospitale et dompnum et conventum, qui nunc sunt et protempore fuerint, fiat et exequi tantum valeat in juridictione communi. — Fuit etiam actum et conventum inter dictas partes in transactione predicta quod neutra earumdem alium impediat in receptione recognitionis et homagii habitatorum dicte juridictionis communis pro parte ratione dominii dicti castri (et) ipsos contingente et pro his que tenent in proprietalibus singulariter ab eisdem nec in boadis cuilibet ex eisdem per dictos habitatores seu quemlibet ex eisdem faciendis ; — acto etiam inter partes quod in dicto castro et ejus manda-

Digitized by Google

mento sit semper judex, et ille qui judex est et pro tempore fuerit generali[s] in terra et baronia dicti domini Marquesii de Canilhaco et successorum suorum, et quod per ipsum ibidem jus reddatur et decernatur et exerceantur que ad judicis officium quoquo modo pertinerent seu pertinere dignoscuntur ; qui judex teneatur jurare dicto domino dompno prout in compromisso et dicto dicti domini comitis continetur ; — hoc acto etiam inter dictas partes et per ipsas in presenti transactione et compositione, quod per predicta nec alio modo tacite vel expresse nolunt nec intendunt determinata et declarata in dicto compromisso per dictum dominum comitem in dicto instrumento contenta et scripta revocare nec innovare in solidum vel in parte, set ea voluerunt in suo firmitatis robore permanere. — Fuit etiam actum, dictum et protestatum per predictos dominum dompnum et sindicos predictos dicti Hospitalis, nomine ejusdem Hospitalis et fratrum et conventus ipsius, quod per supradicta nec per aliqua ex eisdem nolunt nec intendunt tacite vel expresse renunciare juri et juribus sibi competenti et competentibus in acquirendo per ipsos dompnum, fratres et conventum, qui nunc sunt et pro tempore fuerint dicti Hospitalis, in feudis et terra domini de Canilhaco nec in aliis causis et rebus quibuscumque, ex privilegio seu privilegiis concesso et concessis hactenus dicto Hospitali et dompno, fratribus et conventui ejusdem per bone memorie nobilem virum dominum Deodatum de Canilhaco, avum domini Marquesii, qui nunc est, et dominam Meliorem, uxorem ejus quondam, seu predecessores et successores eorumdem [1]. — Fuit etiam actum... per dictum dominum de Canilhaco quod per aliqua, que superius dicta seu acta fuerunt, intendit approbare seu ratificare privilegium seu privilegia de quibus faciunt mentionem in sua protestatione dictus dominus dompnus et sindici, si de jure alias non valebant nec si volebant in aliquo a[mpli]are nec etiam sibi prejudicare seu successoribus suis pronuncia-

1. V. les actes nos 11, 29, 34, 35, 39, 116.

Digitized by Google

tioni dicti domini comitis super acquirendis feudis et proprietatibus et aliis in terra Aurelle. — Quam ordinationem, transactionem et compositionem dicte partes, videlicet dictus dominus de Canilhaco, pro se et suis successoribus, et dictus dominus dompnus et sindici predicti, de voluntate et consensu conventus dicti Hospitalis, in ecclesia, ad sonum campane, prout moris est, congregati, custodire, servare sub pena C librarum Turon., a parte parti stipulata et promissa, servare sibi ad invicem pro se et suis successoribus perpetuo promiserunt et ad sancta Dei evangelia a se tacta corporaliter juraverunt ; acto inter partes quod pena commissa et exacta semel vel pluries per partem obedientem a parte inobedienti, presens transactio et ordinatio in sua remaneant perpetuo firmitate. — Actum apud dictum Hospitale, in ecclesia, presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis : dominis Hugone dels Hermalhs, priore de Canonica, fratribus Bertrando Vale, Guigone de Senareto, Gaucelino de Bellovisu, militibus, Guillelmo de Montepetroso, Hugone de Remesia, B. Medici, P. de Seresiis, B. del Begonal, Johanne Doble, presbiteris, Guillelmo Bonaldi, Petro de Racalaura, ordinis dicti Hospitalis, et pluribus aliis fratribus dicti Hospitalis, domino Oliverio de Chiraco milite, discretis viri magistris Guillelmo Fabri, B. Rotberti, Stephano Bernardi, jurisperitis, Duranto Riquerii, notario dicti Hospitalis, et me Bernardo Girelli, notario publico dicti domini Canilhaci in tota ejus baronia, qui, *etc.....* — [*Seing manuel du notaire.*]

237.

13[03], mercredi après la fête de [.....]. Prades [1]. — Bail acapte par frère B., domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Raimond, Pierre et Gérald de *Veulagueto*, frères, de la troisième partie du mas de *Veulagueto*, comme la tenait feu Jean de *Veulagueto*, leur père, et comme lesdits emphytéotes la possèdent ; l'entier mas de *Veulagueto* confrontant avec

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital, d'Aubrac, orig. parch. non coté. — *Au dos* : Instrumentum... Mercadier mansi de Veulagueto.

Digitized by Google

l'affar du mas de *Condamina*, l'affar du mas de *Luc* et le mas de *Veulaco*, qui appartient à l'Hôpital, et dont ledit mas de *Veulagueto* est séparé par un ruisseau qui commence à la fontaine de *las Fontetas*, propriété de l'Hôpital, et descend aux lieux dits *Rocabessa*, *els Bessos* ; — du mas *dals Olms da la fon d'Artinnac*, confrontant avec terre *dels Veulacs* de Prades, et *ab hinc protenditur usque et versus fontem vocatum Frejafon*, et de ladite fontaine *usque et versus quendam terminum*, qui sépare ledit mas *dals Olms* de l'affar ou terroir *dels Rosieiras*, et de là va jusqu'au champ de *la Cleda*, qui est tenu de l'Hôpital par Guillaume *Aibelini* ; — du terroir de *las Lodieiras* comme l'Hôpital le possède par indivis avec les héritiers de Pierre *Seguini* ; — des terres ou affars que l'Hôpital a *en la Malaval et en Plan Cambo et... in podio de Fenostres* ; le tout est situé dans les paroisses du Cambon, de Lunet et de Prades. Censive annuelle : 15 s. Rod., 1 set. seigle et 1 set. avoine, mesure de Prades, une géline par maison à construire dans les immeubles acencés, le quint des blés, avec droit de ventes et *investitiones, cum locus esset*. Les emphytéotes cultiveront les biens inféodés, *bene et fideliter*, s'ils ne veulent pas être remplacés par d'autres *pagès*. Droit d'entrée : 100 s. petits Tournois. — Fait *in domo seu aula dal Cluzel de Pradis*, présents : Durand de Montamat, procureur et syndic de l'Hôpital d'Aubrac, Guillaume *Cancelli*, prêtres, Mathieu Batifol, religieux d'Aubrac, Etienne *Pelissonis*, Pierre *Manhani*, Jean de *Veulaco*. — Notaire recevant : Durand *Riquerii*, clerc, not. de la Cité et du diocèse de Rodez, de l'Hôpital d'Aubrac et de la baronnie de Calmont. — [*Seing manuel du notaire*].

238.

1303 [1]. — Reconnaissance féodale consentie à l'Hôpital d'Aubrac et à Bernard de Solatges, du mas de Solatges, par indivis et par égales parts, par Jean *da Laus*, du mas *da Laus*, paroisse de La Capelle de Bonance : d'un champ

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os^ 24 et 333. (La Roque-Valzergue), fol. 23 v°.

Digitized by Google

dit de *la Costa Guisonenca*, confrontant avec terres du mas de Lavit, ruisseau de Crozat *sive* de *Lavacescas* et terres du mas de *Solatges*, sous le quint des blés et des légumes et avec lods ; — d'un pré ès appartenances du mas de *Solatges*, confr. *cum omnibus terris Guillelmi de Crosel et ab omnibus suis partibus cum pratis dicti Bernardi de Solatges*, sous le cens annuel et ancien dud. mas de *Solatges* et avec lods. — Acte reçu par Aymeric *Nielli*, notaire, et coté CCCC.

239.

1303 [1]. — Bail acapte du mas *del Roquos*, près Sévérac, consenti par l'Hôpital d'Aubrac à Pierre Gély, sous le cens annuel de 12 set. de froment, 13 set. d'avoine, 3 sols, 3 den. et 2 gélines. Droit d'entrée : 25 sols. Led. mas est confronté dans l'acte coté NNNN.

240.

1304 (n. s.), 14 janvier. — *Echange d'immeubles entre Hugues Sudre d'une part et Durand del Boysso et Guillerma, sa femme, d'autre part* [2].

« *Item* instrumentum confectum anno Domini M° CCC° tercio et die martis ante festum cathedre sancti Petri, quo cavetur quod Hugo Sudre, filius Petri, Sancti Elegii, fecit permutacionem cum Durando del Boysso et Guillerma, ejus uxore, de rebus infrascriptis : primo dictus Sudre tradidit dicto del Boysso titulo quo supra quasdam possessiones, quas habebat et que sibi fuerunt date per Hugonem Sudre, avunculum suum, scilicet medietatem cujusdam domus indivise cum Stephano Sudre ; et duas partes alterius domus indivise cum eodem Stephano ; item quendam ortum cum eodem Stephano indivisum ; item medietatem cujusdam prati et parranee contigu[orum], vocati del [F]alayzesc, indivisi cum eodem Stephano, et quitquid ibidem habebat, prout premissa contiguantur cum domo Guillermi Servento et cum cimiterio Sancti Elegii

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°s 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 26 r°.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 19 (St-Chély), fol. 5 v°.

Digitized by Google

et cum carreria dicte ville ; et ortus confrontatur cum orto Guillerme Ponsone et cum orto [Ar]naldi Bernonis et cum pendaria de Bonamic Bonal ; et pratum confrontatur cum prato Guillermi Martini et Deodati Raphini. Que premissa tenentur ab Hospitali de Altobraco sub quatuor solidis et sex denariis Ruthenensibus cum vendis etc. — Et viceversa dicti Durandus et Guillerma, conjuges, titulo permutationis tradiderunt dicto Sudre, presenti etc., pagesiam quam habebant in manso predicto del Boysso, quam tenebant a domino de Stagno, prout tenebat predicta in accapitum a dicto domino Bartholomeus Bernardi, pater dicte Guillerme, tempore quo vivebat, excepto quod non intendunt in dicto excambio tradere campum et pratum, vocata de la Pendaria, prout lacius continetur in dicto instrumento, signato per litteram O. »

241.

1304 (n. s.), 5 mars. Chirac.[1] — Bail acapte par Gui *de Cenareto* chevalier, *preceptor domus hospitalis de Chiraco de Altobraco*, à Bertrand *Barra*, d'un terroir sis au terroir de Massibert, paroisse de St-Romain de Chirac, confrontant avec pré de Pierre *Manca*, chemin de Chirac au mas de *Chaseta* et champ de Jean Merle. Cens annuel : une coupe de seigle à la Noël. Droit d'entrée : 11 sols Tourn. — Fait à Chirac, *in camera domus dicti hospitalis*, présents : Etienne Grèse, Durand *Borra*, Guillaume *Bonafide* clerc, *Trobato*. Not. recevant : Guillaume *Fabri*, not. royal *in senescallia Bellicadri et Nemausi*.

242.

1304, 20 juillet. Aubrac. — *Hommage fait par Motet de la Panouse à Bernard de Sénaret, domp d'Aubrac*[2].

Anno Domini M° CCC° IV°, die lune ante festum beate Marie Magdalene. Noverint universi... quod ego Moletus de Panosia, miles, ad instantiam et requisitionem domini B., Dei gratia domni Hospitalis de Altobraco, con-

1. *Arch. départ. de la Lozère*. H, (Hôpital de Chirac), 436, copie informe papier.
2. Doat 135, fol. 39-42, copie d'après la grosse originale.

Digitized by Google

fiteor et recognosco... me tenere et debere tenere et antecessores meos, a quibus causam habui, tenuisse a vobis dicto domino dompno, presenti et recipienti nomine vestro et conventus dicti Hospitalis, vel ab antecessoribus vestris, a quibus causam habetis, ab antiquo tenuisse in feudum francum, videlicet : medietatem pro indiviso domorum, ortorum, paranearum et aliarum rerum que habeo in castro de Aurela, videlicet : medietatem illius quod habeo in dicto castro de Aurella et in mandamento et districtu et jurisdictione ejusdem castri ; — *item* medietam illius quod habeo pro indiviso in manso del Gres et de Born Major et manso del Bosquet, exceptis his que acquisivi in dicto manso del Bosquet a Gaucelino de Verlaco ; que omnia sita sunt in parrochia de Luneto ; — *item* et medietatem pro indiviso de his que habeo in territorio seu affario de Las Martos, sita in parrochia Beate Marie de Crozetz ; — *item* medietatem pro indiviso mansi de Merdaillac ; — *item* et medietatem pro indiviso de his que habeo et possideo in manso vocato de Aissairens, in dicta parrochia de Crozet ; — *item* et medietatem de his que habeo et possideo in manso seu capmanso de Lafon, sito in dicta parrochia de Crozetz ; — *item* et medietatem pro indiviso de his que habeo et possideo in mansis Pechorenc et de Vilareto, G. de la Romegeyra et in manso Hugonis del Valat de Fabregas, sitis in dicta parrochia ; — *item* et medietatem de his que habeo et possideo in manso de Vilareto, in eadem parrochia ; — *item* et medietatem de his que habeo pro indiviso in capmanso del[s] Sanhis, in eadem parrochia ; — *item* et medietatem illorum XXX solidorum quos accipio anno quolibet in herbagiis terre de Aurela ; — *item* et medietatem de his que habeo et possideo in manso vocato Mazet, sito in eadem parrochia de Crozetz ; — *item* et quidquid juris habeo in prato et fasenda que tenent li Segui de Sancto Martino de Monbo, prout dominus Hugo, a quo dictam causam habui, tenebat a domino Haenrico ; — *item* et medietatem pro indiviso de his que habeo et possideo in manso de Crespiaco, sito in parrochia ecclesie de Verlaco, in quo qui-

Digitized by Google

dem manso dictum Hospitale habet et percipit anno quolibet unam libram cere nomine census et directi dominii a pagesiis dicti mansi ; — *item* et medietatem pro indiviso de his que habeo et possideo in manso dels Engelats, sito in parrochia de Croset ; et predictam recognitionem facio vobis, salvo jure domini de Canilhaco ; — *Item* retineo in predictis medietatem investitionum. — *Item* confiteor quod in predictis habetis et habere debetis merum et mixtum imperium et jurisdictionem. Pro quibus omnibus facio vobis predicto domino dompno, presenti et recipienti, homagium cum juramento fidelitatis et cum his que in juramento fidelitatis possunt intelligi vel comprehendi, volens quod mei successores et heredes mei vobis et successoribus vestris in dicto Hospitali hoc idem facere teneantur, quandocumque et quotienscumque a vobis et successoribus vestris in dicto Hospitalis simpliciter fuerint requisiti. — Quam recognitionem nos dictus dompnus accipimus, protestatione premissa quod non intendimus innovari tacite vel expresse ea que sunt contenta in quodam publico instrumento, confecto manu magistri Centellini, publici notarii domini comitis Ruthene, et specialiter in quadam clausula contenta in dicto instrumento, que talis est : *videlicet medietatem pro indiviso illius quod habemus in dicto castro de Aurella et in mandamento et districtu et jurisdictione ejusdem castri.* Quàm clausulam et alia contenta in dicto instrumento volumus firma remanere, si de jure firma remanere debent ; quod instrumentum dicti magistri Centellini incipit in secunda linea : *mea*, et finit in penultima linea : *dominus.* — Acta fuerunt hec apud dictum Hospitale, anno et die quibus supra, in presentia et testimonio magistri Bernardi Roberti jurisperiti, magistri Duranti Requier notarii, Hugonis del Valat domicelli, Duranti Olerii clerici, domini Duranti de Monteamato, fratris Guillelmi Boraldeta cellararii, fratris P. de Solachgue, fratris Guillelmi Berno presbiteri, domini Hugonis de Marcastello militis, domini Hugonis de Ramieira, domini Johannis de Ba[t]dor, domini Bernardi Aldeberti, domini G. Gros sacriste, fratris P. Carbonerii, fratris Berengarii

Digitized by Google

de La Garda et magistri Stephani Maurelli quondam, domini regis Francorum notarii, qui notam hujus instrumenti recepit ; dicto vero notario vita functo, ego Guillelmus Bruguerie, dicti domini regis Francorum notarius publicus, inveniens predictam notam in cedulis sive prothocollis, qui fuerunt predicti notarii vita functi, michi per curiam traditis, de predicta nota hanc cartam seu instrumentum publicum, substantia non mutata, fideliter abstraxi *etc...* — [*Seing manuel du notaire suppléant.*]

243.

1304, 24 septembre [1]. — « Bailh faict par l'Hospital d'Aubrac, en l'an 1304 et le judy avant la feste St Michel, à Bernard Raynal et Jean Boissou, par indivis, [de] la moitié du cart des bleds croissantz en trois pièces terre scizes en la parroisse de Peyrefige, soubz la censive annuelle de 3 cestiers froment et 4 avoine, mesure de St Martin, avec toutz droictz seigneuriaux : l'une scize au terroir del Croz, confronte du levant la terre de Bonnavail que tient led. Bernard Raynal, du couchant la terre de Bernard Soulinhac et Guillaume Plégaven et d'aultre le chemin de la Roque à Roudès, d'aultre la terre de Jacques Paraire ; — l'aultre pièce terre appellée lou champ de la Vaisse, confr. du levant la terre de Jean Vidal de Peyrefixe, du couchant la terre de Bernard Lacoste dud. lieu, le chemin tandant à Glassac au milieu, d'aultre la terre delz Solinhacs ; — l'aultre pièce est en Combe de Claudieyre, confr. du levant la terre de Pierre Marnhac et delz Boasrasins et d'aultre part la terre [dud.] Pierre et delz Boasrazins, d'aultre le chemin que va de St Martin à St-Aulaille. — Led. bailh receu par Guilhaume Brugieyre notaire, [coté] DDDDD. »

244.

1304,28 octobre [2]. — Bail acapte par frère Jean *Rocberti*, dom (*preceptor sive dompnus*) de l'hôpital des pauvres de Bozouls,

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n. 24 et 333 (La Roque-Valzergue) fol. 29 r°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), orig. parch. coté : FFFF., n° 43 et 4 F n° 10.

Digitized by Google

à Jean *Martini*, à Nicolas et Bernard *de Vereniacho*, à Jean *Talo* et à Pierre *de Vereniacho*, faisant pour lui et Jean de *Verenihaco*, son frère absent, du mas de *Olieiras*, de *la fazenda de Combalongua* et de *la Colentaria* et de la vigne vieille du mas de *Lacosta*, *que tenet usque al malhol*, le tout *prout est divisum et metatum per metas lapideas et signatum inter nos per partes sive per frayrescas*. Droit d'entrée : 4 livres Rod. dont quittance. Cens annuel : deux setiers de froment, deux set. de seigle et trois d'avoine, mesure de Bozouls, à la St-Michel, et *pro quolibet foco* une géline, *et, mutante preceptore in dicto hospitali tantum, in quolibet foco aliam, et predictum accapitum concedimus vobis predictis francum et liberum omnium hominum*. Le dit mas confronte de deux cotés avec les fazendes *dels Olieiras et dels Bruyssac, que respiciunt versus orientem*, d'autre part avec chemin du lieu (*castrum*) de Bozouls à Verrières, d'autre part avec champ, appelé Campredon, de Hugues *de Bruyssaco*, d'autre part avec chemin de Brussac à *Buissuejol*, d'autre part avec mas *del Batut* et champ *dels Bruyssasc*, d'autre part avec chemin du lieu (*castrum*) de Brussac à Verrières (*Veirieiras*) *a parte occidentis*, d'autre part avec champ de Gérald de *Peirolas* et des héritiers de feu Guion *Bulo* et champ de l'église de Brussac, appelé *del Burg Vairas*, et champ de Radulphe de *la Greza* damoiseau, d'autre part avec terre de Hugues de Brussac damoiseau, *uno alvo mediante* ; — la terre de *la Faja* confronte avec chemin de Brussac à Verrières, avec ruisseau de Coms, *qui respicit versus orientem*, et avec la *fazenda de la Costa* ; — ladite vigne confronte avec terre que Durand *Maurelli* tient de l'hôpital de Bozouls, avec terre des héritiers de feu Vivian *Sedalh* chevalier, avec terre appelée *del Batut* et avec chemin de Brussac au mas de *la Cros*. — Fait au mas des héritiers dudit Vivian *Sedalh*, témoins : Pierre *Mois*, recteur de l'église de Brussac, Clément *Aynard* damoiseau, Guillaume *dels Agachils*, Déodat de *Clavairolas*, Etienne *Nigrini*, Brenguier *Senglar*. Not. recevant : feu Jean *Arnaldi*, not. comtal de Bozouls. Not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, notaire comtal de Bozouls, par commission d'Amalric de Narbonne, chevalier, seigneur de Talley-

Digitized by Google

rand, lieutenant du comte de Rodez et régent du comté de Rodez — [*Seing manuel du not. expéditionnaire.*]

245.

1304 [1]. — « Donation faite par frère Pierre Carbonier, frère de l'Hospital d'Aubrac, à Durand de Montamat, frère et sindic de l'Hospital, de tous les biens meubles et immubles, droits et noms qu'il a au vilage de Gramont, parroisse de Recoules, et toute la jurisdiction qu'il a sur led. vilage, plus la moitié du vilage de Combèles indivis avec le marquis de Canilhac, pour la rédemption de ses péchés, de ses parens et de sa femme, l'an 1304; cotté M. »

246.

1305, 26 avril. Verlac. — *Acte par lequel R. de Caturco, bayle du seigneur de Canillac, et Jean de Bongran, bayle d'Aubrac, pour la baronnie d'Aurelle, baillent à acapte à Pierre Aliquoti des terrains pour y exploiter des mines d'argent* [2].

In Dei nomine. Amen. Anno Ejusdem incarnationis M° CCC° quinto, domino Philippo, rege Franchorum, regnante, silicet die lune post festum beati Marchi, evangeliste. Sit certum omnibus hoc istrumentum ispecturis quod Ramundus de Caturco, bajulus in terra Aurelle pro nobili et potenti domino Marquesio, domino Canilhaci, milite, pro ipso domino et suis, et Johannes de Bongran, locumtenens bajuli Aurelle pro Hospitali de Altobraco et suis, pro ipso Hospitali, ipsi ambo pro dictis condominis terre Aurelle et suis donaverunt, concesserunt et tradiderunt seu quasi, ad minerium et mineria facienda, Petro Aliquoti presenti, stipulanti et rescipienti, pro se et aliis voluntariis suis et successoribus universis et suis, territoria de Roqualta et de Olquis, in parrochia de Verlaco sita, prout silicet confrontantur ab una parte cum affario de la Crueya et ab alia cum via da l'Alboret, qua itur de Verlaco versus minerium dal Cambo, et ab alia cum quodam rial vocato dal Conhet et ab alia cum qua-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Inventaire du XVII[e] s., coté : Aubrac, n° 7, fol. 2 r°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté n° 191.

Digitized by Google

dam via dal Fromental, qua itur de Verlaco versus Sanctum Genesium et transit per Rocaltam ; et omnia territoria situata infra dictas confrontationes, quoquo nomine nominentur, eidem Petro stipulanti et rescipienti pro se et aliis voluntariis suis universis ipsi bajulus et Johannes, nominibus quibus supra, donaverunt in accapitum et concesserunt pro faciendis mineriis et tenendis cum crosis et ancrosis, balmis et retrobalmis, plateis, molendinis, crotis et bassotis et foraminibus et aliis omnibus ad mineria spectantibus ad usus et juxta usus et consuetudines mineriorum dictorum condominorum dicte terre Aurelle et prout alias dari et concedi per ipsos condominos et suos aliis minatoribus in dicta terra Aurelle consueverunt, et hoc fecerunt, salvo jure alieno ; retinuerunt tamen ipsis condominis et suis et aliis quibus interest et interesse potest in dictis minerio et mineriis factis et faciendis infra dictas confrontationes quatuor solidos Ruthenenses in et de qualibet marcha argenti facti et faciendi et eveniendi et exeundi in et a dictis minerio et mineriis dictorum territoriorum et alia omnia jura, consuetudines, dominationes, justiciam et juridictiones, merum et mixtum imperium et alia omnia alia dictorum condominorum jura in aliis mineriis dicte terre Aurelle percipere et habere [at]que levare consueta ; retinuerunt etiam ipsi bajulus et Johannes ipsis condominis et suis quod idem Petrus et voluntarii suique parciarii et sui penssent argentum dicti minerii dictorum territoriorum ab ipsis minerio et mineriis exientibus et facientibus et asportent ad penssum ipsorum condominorum dicte terre Aurelle et faciant asportare et penssare et quod reliqua faciant ad usus et juxta usus et consuetudines aliorum mineriorum ipsorum condominorum dicte terre Aurelle. — Qui dictus Petrus, pro se et voluntariis suis et parciariis universis, rescipiens dicta territoria ad minerium et mineria ibidem facienda et tenenda ab ipsis Ramundo et Johanne concentientibus pro dictis condominis et suis, modis et conditionibus superius scriptis, promisit eidem Johanni et Ramundo stipulantibus pro ipsis condominis et suis et rescipientibus minerium et mineria in dictis territoriis guarnire et operari ad

Digitized by Google

cognitionem guarde mineriorum dicte terre Aurelle bene et fideliter et tenere guarnitum, ad usum et juxta usus et consuetudines aliorum mineriorum dicte terre Aurelle, ad comodum et utilitatem dictorum condominorum et comodum et utilitatem ipsorum condominorum procurare in predictis et reddere et solvere dictis condominis jura sua et deveria in talibus debita et consueta et argentum a minerio seu mineriis dictorum territoriorum faciendum et exiendum ad penssum ipsorum condominorum dicte terre Aurelle penssare et asportare et reliqua facere ad usus et juxta usus et consuetudines aliorum mineriorum dicte terre Aurelle bene et legaliter. — Actum apud Verlacum, in hospicio Guillelmi Girelli, anno et die superius scriptis, presentibus testibus ad hoc vocatis et rogatis : dicto Guillelmo Girelli, serviente dicti nobilis domini de Canilhaco, Guillelmo de Vilari, Andrea delz Herms clerico, Ramundo Bahc, Albeito Alaman, Adhenrigo Alaman, Johanne Noayrolas, Brengario de Marcastello domicello, et me Bernardo Girelli, notario publico ipsius nobilis domini de Canilhaco, in tota ejus baronia, qui, *etc.* — [*Seing manuel du notaire.*]

247.

1305, 7 juin. Aubrac [1]. — *Vente faite par Jourdain Fesaics à Guillaume Boraldeta, cellérier de l'Hôpital d'Aubrac.*

Noverint universi... quod ego Jordanus Fesaics de Sancto Genesio... vendo, cedo, confero et titulo mere et perfecte venditionis trado cum hoc presenti publico instrumento in perpetuum valituro precio IV librarum Tur. vobis fratri Guillelmo Boraldeta, cellerario Hospitalis Beate Marie de Altobraco, ementi, presenti et recipienti pro vobis et vestris et dicto Hospitali, videlicet : medietatem duarum peciarum terre pro indiviso, quas habeo et habere debeo in communi cum Hospitali predicto, cum omnibus juribus et pertinentiis dictarum peciarum terrarum : quod territorium situm est in parrochia ecclesie de Pradis, in loco vocato los Calmelhs da Caussanel Ladrech, prout

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : M et Num° IV, liasse XXVII, titre 7.

Digitized by Google

confrontatur cum rivo descendente de Pradis et labitur versus Castrum Novum et cum itinere quo itur de Pradis versus Mandalhlas et cum affario Bernardi Manhani, quod tenet a dicto Hospitali, sicut Petrus Terrissa tenebat a me dicto Jordano et si qui alii sunt confines ; et cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro vos fratrem Guillelmum de predictis cum omnibus juribus investio, me et meos disvestiendo... Dictas vero quatuor libras dicte monethe confiteor et recognosco me habuisse et in solidum recepisse nomine et ex causa dicte vendicionis... Et ibidem ego dictus Jordanus confiteor coram notario et testibus infrascriptis quod medietas dictarum duarum peciarum terre tenentur a domino nostro rege Franchorum et quod alia medietas eidem contingens dicte terre recognita fuit dicto domino nostro regi ; et dono licentiam et mandatum Petro Terrissa quod det, reddat et solvat vobis dicto cellerario XVIII denarios Ruth. censuales pro predictis et quintum bladorum ibidem excrescentium et omnia alia jura sicut consuevi percipere et habere ab eo pro predictis. — Actum apud Altum Bracum, die lune post festum Pentecostes, anno Domini M° CCC° quinto. — Testes fuerunt ad hec vocati et roguati : dominus B. Cati miles, Deodatus Issarniti clericus et notarius, frater Hugo de Garrilhlac ordinis monasterii Bonecumbe et magister Durantus Riquerii, notarius dicti Hospitalis, qui de predictis notam recepit... ; qui notarius... negociis arduis occupatus, ut dixit, ad predicta grossanda seu in mundum redigenda vaccare non potuit, unde ego Guillelmus de Valieh, notarius dicti Hospitalis, auctoritate super hoc michi comissa per... Durantum, divina gratia dompnum Hospitalis predicti, de predicta nota hoc instrumentum publicum sumpsi, *etc.* — [*Seing manuel du notaire suppléant.*]

Digitized by Google

248.

1305, 20 novembre. Aubrac. — *Acte d'hommage rendu par Bernard, domp d'Aubrac, à Bertrand de Sévérac, pour le mas de Védrines* [1].

Anno Domini M° CCC° V° et die sabbati ante festum beati Clementis. Noverint universi... quod nos frater Bernardus Dei gratia dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, ad requisitionem nobilis viri domini Bertrandi de Severiaco, militis, confitemur et recognoscimus nos tenere, nomine dicti Hospitalis, totum illud jus quod habemus vel habere visi sumus, nomine nostro et dicti Hospitalis, in manso videlicet de Vedrinas et in pertinentiis ipsius, posito in parrochia de Calidis Aquis, sub modo et forma quibus continetur in quodam publico instrumento confecto et signato per manum magistri Bertrandi Almerarii, publici notarii domini nostri regis et magnifici viri A., domini de Petra, et sigillati sigilli plumbei baronie de Petra ; quod instrumentum incipit in secunda linea : *videlicet*, et in penultima : *qui mandatus* [2]. — Actum apud Hospitale, anno et die quibus [supra]. — Testibus presentibus : viris nobilibus dominis G. Revelhlaca, B. Cati, Guigone Gisberti, militibus ordinis dicti Hospitalis, Robberto de Chalerio domicell[o], Guillermo Judei, domino de Valle, Guillermo Gisberti, P. Lavayssieyra, discretoque viro magistro B. Robberti jurisperito et magistro Duranto Riquerii, notario dicti Hospitalis, qui de predictis notam recepit... ; qui notarius dicti Hospitalis negociis arduis occupatus, ut dixit, ad predicta grossanda seu in mundum redigenda vaccare non potuit, unde ego Guillermus de Valieh, notarius... [*ut supra p.* 428]. — [*Seing manuel du not. suppléant.*]

249.

1305, 2 décembre. Millau [3]. — Bail acapte par Pons de Saint-Privat, *donzel*, agissant pour lui et comme procureur de Pons de Saint-Privat, son père, seigneur de *Miramun*, à *Raimun Terundelz*, *clergue da Meilhau*, de *tota la meitat*

1. *Arch. dép. Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, parch. orig , coté : E et n° 63.
2. V. l'acte n° 191. — 3. *Arch. départ. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : n° 5 liasse 2, (en roman).

Digitized by Google

d'aquel ribairil qu'ils possèdent indivis *desobre S. Cristophol da Peira... ; loqual ribaril si te es cofronta d'una part desus ab lo vostre prat e te e sesten d'aval tro el pas del Linhol, e d'altra part cofronta ssi de la paret del camp de la nau que es delz Jolias tro el flum de Tarn.* Droit d'entrée : 10 s. tournois. Censive annuelle : la moitié des noix, le quint *delz albres* et 12 d. Tournois à la Saint-André, avec lods et ventes, à raison *de quec sol un denier.* — Fait à Millau, maison de Pons de Saint-Privat, présents : *Miquel Regina, preeire, Raimun Manen, sabbatier.* — Notaire : Raimond *Garini*, not. royal de Millau. — [*Seing manuel du notaire.*]

250.

1306 (n. s.), 17 mars. Bozouls. — *Donation faite à l'hôpital de Bozouls par Bernarde Rausieira, donate du dit hôpital* [1].

Anno Domini M° CCC° quinto, die jovis post festum beati Gregorii. Noverint universi... quod inter religiosum virum fratrem Johannem Rocbecti (*sic*), dompnum sive preceptorem hospitalis Boadonis, ordinis Beate Marie de Alto Albraco, et Bernardam Rausieira, uxorem Petri Arnaldi, condam, donatamque dicti hospitalis, videlicet dicta Bernarda de voluntate cum de voluntate et concensu dicti fratris Johannis, quod dictus frater Johannes confessus fuit esse verum, ex una parte, et Bernardum Rausieira pro se et successoribus suis ex altera, pari concensu et de comuni concordia, venerunt ad divisionem bonorum paternorum et maternorum et per ipsos Bernardum et Bernardam, fratres, adquisitorum, in modum qui cequitur, videlicet : quod ad partem dicte Bernarde et dicti hospitalis, nomine dicte Bernarde, pervenerunt ex ac divisione res et possessiones infra scriptas, videlicet : quoddam affarium cum domibus, terris cultis et incultis et aliis pertinenciis suis, situm in parochia Boadonis, confrontatur ex una parte cum quadam via dels Caussanels et ex alia parte cum terra Guilhelmi Bancal et ex alia parte cum quadam terra quam tenet dictus Bernardus Rausieira a Petro de Solacgue, domicello ; in quo quidem affario

1. *Ibid.* H, Hôpital d'Aubrac (Bozouls),orig. parch., coté : Q, n° 89 ; n° 5 et 86.

Digitized by Google

habebat et percipiebat Bernardus Massoti, condam, et heredes dicti Bernardi habere et percipere debent annuatim III sestaria frumenti ad mensuram Boadonis in festo beati Micahelis et II solidos Ruthenenses in festo beati Andree appostoli et vendas, si venderetur ; — *item* medietas pro indiviso cum Stephano de Moreto cujusdam mansi vocati de Cavessieiras, cum omnibus juribus et pertinenciis suis, prout confrontatur ex una parte cum aqua Dordonis et ex alia parte cum manso sive cum fasenda de Cavessieiras Guilhelmi Genesii, domicelli, et ex alia parte cum terra domini Stephani Sabrerii, presbiteri, et si qui alii sunt confines. In qua quidem medietate dicti mansi habet et percipit annuatim Micahel de Viridario, ratione census et dominii, III eminas frumenti et I sestarium avene ad mensuram Boadonis, soluturum et soluturam in festo beati Micahelis, et XXV [denarios] in festo beati Andree appostoli et unam gallinam annuatim ; item ecclesia Boadonis, ratione elemosine, unam copadam frumenti ad mensuram Boadonis. Que omnia supradicta pervenerunt hospitali Boadonis ex dicta causa divisionis absque honere debitorum. Que omnia predicta et singula dictus Bernardus Rausieira promisit dictis fratri et Bernarde presentibus et recipientibus facere habere et tenere in jure et de jure et ab omni persona deffendere suis propriis sumptibus et expensis se et omnia bona sua obligando sub omni et qualibet renunciacione juris et cautela. — *Item* ad partem dicti Bernardi Rausieira pervenerunt e[x] ac divisione res et possessiones que cecuntur : domos quas dicti Bernardus et Bernarda habebant apud Soberocas, cum omnibus juribus suis, prout confrontantur ex una parte cum quadam via, qua itur de Soberocas versus fontem de Lados, et ex alia parte cum domibus Guilhelmi Montamat et ex altera parte cum orto Guilherme Cavalieira et si qui alii sunt confines ; — *item* quodam pratum situm en Garlanesca, confrontatum cum quodam prato Johannis Lavila et cum prato del Boieh et si qui alii sunt confines ; et generaliter et expresse omnia alia bona mobilia et immobilia que habebant, quecunque sint et etiam ubicumque. De quibus predictis seu

Digitized by Google

proventis eidem Bernarde et dicto Hospitali dictus Bernardus se et suos disvestivit et dictum fratrem Johannem recipientem et stipulantem nomine dicti hospitalis investivit cum hoc vero et publico instrumento nunc et semper valituro. Et versa vice dictus frater Johannes et Bernarda se et suos de omnibus aliis rebus eidem Bernardo proventis disvestierunt et dictum Bernardum investierunt cum hoc vero et publico instrumento ; et si una pars prevalet alteri parti, totam illam magis valenciam una pars alteri parti dedit donatione pura et irevocabili et simplici facta inter vivos, et renunciaverunt dicte partes exceptioni doli... — Et ibidem voluerunt dicte partes quod pronunciatio facta per Guilhelmum Genesii et Johannem Rausieira de questione, quam dicte partes inter se habuerant ratione dicte divisionis, casse(n)tur et irite(n)tur et etiam anulletur, prout in dicta pronunciatione continetur et videtur contineri in quadam nota per me notarium infrascriptum sumpta. — Actum apud Boadonem, in domibus dicti Hospitalis. — Testes fuerunt vocati et rogati : magister Geraldus Ponterii notarius, frater Deodatus Pagesii presbiter, Guilhelmus Mondanelli clericus, Jaufredus Folcrandi, Deodatus Fasati, Johannes Vigerii, Bernardus Hectoris et magister Johannes Arnaldi, publicus notarius, condam, castri de Boadone et tocius comitatus Ruthene, qui notam presentis instrumenti recepit et in suo libro eam reposuit et conscripsit, set morte perventus *etc*..... Ego vero Johannes Valdonis, publicus notarius castri de Boadone et tocius comitatus Ruthene et subrogatus dicto magistro Johanni Arnaldi in dicto officio notarie per nobilem et potentem virum dominum Amalricum de Narbona, militem, dominum de Talairano, locumtenentem et vices agentem spectabilis viri domini comitis Ruthene et ejus nomine regentem dictum comitatum Ruthene, de libro dicti condam magistri Johannis Arnaldi, de nota non cancellata presens instrumentum abstraxi, scripsi et in hunc modum redegi, substantia in aliquo non mutata, et signo meo signavi. — [*Seing manuel du notaire expéditionnaire.*]

Digitized by Google

251.

1306, 9 mai. Saint-Chély. — 1309, 16 juin. Saint-Chély. — *Compromis et sentence arbitrale entre Bernard, domp d'Aubrac, et Gaucelin de Belvézet* [1].

Notum sit universis... quod cum questio et questiones essent et controversie, peticiones et demande verterentur et verti sperarentur inter reverendum et religiosum patrem dominum B., divina miseratione dompnum Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, ex una parte, pro se et conventu suo, et inter nobilem virum Gaucelinum, dominum de Bellovisu, domicellum, pro se et suis ex altera, super territorium vocatum et nominatum del Feleyzesc et super territoriis de Camlongua et de Landa Johan ; *item* et super affario seu territorio dels cazals del Pojet sive de la Bernada [2] in parrochia Sancti Elegii ; *item* et super quibusdam peciis terrarum scitarum prope lo Beraldes, super predictis questionibus [et] aliis universis et singulis que erant et esse poterant inter dictas partes rationibus et ex causis predictis, frater Petrus de Rocalaura, de mandato dicti domini dompni et conventus dicti Hospitalis et vice et nomine dicti Hospitalis, dicens se habere mandatum ad componendum et ad faciendum compromissum de questionibus supradictis et aliis quibuscumque hinc et inde, predicte partes scilicet dictus frater P., pro se et nominibus quibus supra, et dictus Gaucelinus, pro se et suis, compromiserunt se in nobilem virum dominum Bertrandum de Sparrone, militem, et in religiosum virum fratrem P. de Solatgio, ordinis dicti Hospitalis, presentes et in se gratis dictum compromissum recipientes, tanquam in arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores comuniter electos a partibus supradictis, et voluerunt et consenserunt predicte partes et quelibet ipsarum quod dicti arbitri... possint cognoscere, determinare et declarare de questionibus et

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac : Reg. n° 5 (Belvezet), fol. 7 r°-11 r° (copie informe), fol. III et 13 (mentions). — Reg. n° 19 (Saint-Chély), fol. 6 r° (résumé en latin de l'original coté P.) — Doat, 135, fol. 53-57, copie d'après la grosse originale. — 2. *Doat* : Coyet, la Berriada.

Digitized by Google

peticionibus et demandis supradictis universis et singulis juxta eorum voluntates et secundum instrumenta ab utraque parte producta aut per probationem seu productionem testium per dictas partes producendorum, omni die, hora et loco... et sub pena L^a^ librarum Turonensium a parte parti stipulata..., et pro dicta pena danda et solvenda, si comicteretur, dictus frater P. de Roqualaura pro dicto Hospitali et dompno predicto et etiam pro conventu dedit in fidejussores et principales debitores et pagatores : Stephanum Pojolini et Johannem Vitalis de Rafi, qui pro predictis omnia eorum bona obligaverunt...; et dictus Gaucelinus pro se et suis fidejussit et etiam pro pena predicta per Petrum et Johannem de Cambrassato, qui se pro predictis obligaverunt et pariter bona sua... Et voluerunt quod compromissum possit durare hinc ad instans festum Omnium Sanctorum nisi interim per dictos arbitros extiterit ordinatum. — Actum apud Sanctum Elegium, anno Domini M° CCC° VI° et die lune post festum beati Johannis ante Portam Latinam. — Testes fuerunt ad hec vocati et rogati : dominus Hugo d'Auriaguet presbiter, frater P. Mores, Maurinus de Bellovisu canonicus, Petrus Rothavolps, Johannes Alanca, Andreas Cavilhla, Michael de Cambrassato et magister Durantus Riquerii, notarius dicti Hospitalis.

Et consequenter, anno Domini M° CCC° IX°, die lune post festum beati Barnabe apostoli, dicti dominus Bertrandus de Sparro et frater Petrus de Solatgio de predictis questionibus dictum suum et pronunciationem in hunc modum qui sequitur protulerunt, videlicet : — quod solus sive area de Pojeto sit et remaneat per imperpetuum dicto Hospitali cum suis pertinentiis ; — *item* quod lo cazals quod est prope l'estrada, de quo erat questio, remaneat dicto Gaucelino et suis ; — *item* voluerunt quod duo molendina del Beraldes, de quibus erat questio, que tenent Stephanus Rigaldi et B. Sabis, nomine Hospitalis, remaneant Hospitali in illo statu in quo nunc sunt et quod levata ex toto remaneat dicto Hospitali, et etiam locus qui est inter duas aquas, in quo loco dicebatur quod dominus Maurinus de Rocalaura condam habebat

Digitized by Google

unum molinar ; — *item* et quod faysse del Beraldes, quas viderunt dicti arbitri, perpetuo remaneant dictis dominis prout Bernardus Irissacs eas demostravit et prout eis tangit, sequendo dictas fayssas recto filo a parte superiori [et] ab inferiori usque ad quamdam viam qua itur versus Sanctum Elegium, prout bole debebant ibi plantari per B. Bardonis [1], servientem Hospitalis, et per Johannem Alancha, bajulum dicti domini de Bellovisu ; — *item* pronunciaverunt quod prata remaneant Hospitali el Hyssartil del Feleysesc cum eorum pertinentiis, prout fuerunt per P. Sudre dictis arbitratoribus demostrat[a] ; — *item* et quod Hospitali perpetuo remaneat jurisdictio bannorum, ictuum et sanguin[ia]rum et mixtum imperium, usu[s] et jurisdictio, et explectamenta hominibus Hospitalis cum eorum peccoribus in herbatgiis tocius affarii del Feleysesc et pertinentiis suis et cetera servicia consueta, prout a tenens[i]ariis vel ab hominibus dicti affarii del Feleyzesc ad depascendas herbas cum animalibus hominum dicti Hospitalis levari consueverunt ; — *item* pronunciaverunt quod dominus Gaucelinus et sui percipiant garbas, scilicet quintum bladorum excrescentium in dicto territorio del Feleysesc et vendas, laudimia et accapita et herbatgia consueta suo loco, excepto affario pratorum predictorum dels Ysartils, de quibus pratis e Yssartils remaneant vende et laudimia et tolte et proprietas omnimoda et cetera jura dicto Hospitali ; — *item* et quod pagesii Hospitalis nunc et per imperpetuum et sui remaneant de pagesiis suis de Feleyzesc in suo usu et statu consueto ; — et quod sit pax et finis amodo inter partes predictas. — Quod dictum et pronunciationem dictorum arbitrorum dicte partes... laudaverunt et approbaverunt et predicta universa et singula tenere juraverunt cum sacramento ab eisdem super sancta Dei evangelia prestito manu corporali. — Actum apud Sanctum Elegium, anno et die quibus supra. — Testes fuerunt ad hec vocati et rogati : domini Johannes de Claperiis, Hugo de Auriaguet, presbiter[i], fratres S. Raynaldi, Hugo Ambebis, ordinis dicti Hospitalis, Maurinus de Bellovisu canonicus, Guido,

1. *Reg. n° 19* : R. Benedicti.

Digitized by Google

ejus frater, B. de Catella [1], Guillermus Servientis clericus, S. Bacalars, Johannes Alancha, S. del Beraldes, et magister Durantus Riquerii, notarius dicti Hospitalis, qui de predictis notam recepit... ; qui notarius dicti Hospitalis negociis arduis occupatus, ut dixit, ad predicta grossanda seu in mundum redigenda vacare non potuit, unde ego Guillermus de Valiech, notarius... [*ut supra, p. 428*]. — [*Seing manuel du not. suppléant.*]

252.

1306, 15 [septembre]. Peyroles [2]. — Bail acapte par frère Jean *Rocherti, dompnus sive preceptor* de l'hôpital des pauvres de Bozouls, à P. *de Petrolis*, d'un champ, sis au mas de *Peyrolas*, paroisse de Bozouls, confrontant avec chemin de Bozouls audit mas de *Peyrolas*, terre du susdit Pierre et terre dudit hôpital, *prout est melatum et signatum cum metis lapideis.* Cens annuel : une emine de froment, mesure de Bozouls, à la saint Michel, et une géline à la saint André, avec ventes et lods. *Et retinemus quod in dicto campo vel in aliqua parte sui debes facere mansionem tu et tui successores.* Droit de premier acapte et d'entrée : 40 sols Tourn. — Fait au mas de Peyroles (*Petrolis*), témoins : Gérald de *Fraiche*, Aymeric *Butonie*, clerc, Pierre d'Albinhac, Guillaume *Bessieira*, Déodat Gach, Pierre Folhac. Not. recevant : Jean *Arnaldi*, not. comtal de Bozouls. Notaire expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. comtal dudit Bozouls, successeur du susd. J. *Arnaldi* par autorité de noble Amalric de Narbonne, chevalier, seigneur de Talleyrand, lieutenant du comte de Rodez et régent du comté de Rodez. — [*Seing manuel du not. expéditionnaire.*]

253.

1306, 19 octobre. Bozouls [3]. — Bail acapte par frère Jean *Rocherti*, domp de l'hôpital *sive preceptorie* de Bozouls, à Bernard *Solieiras* et à Bernard de *Vereniach*, *nomine uxo-*

1. *Reg. n° 5* : Capella. — 2. *Arch. dep. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), original parch. coté : III, n° 73 et 3 I n° 11. — 3. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), orig. parch., coté : n° 45 et n° 12. Le parchemin est en partie illisible.

Digitized by Google

ris vestre, par égales parts, d'un terroir appelé *d'Esteruges* et de trois pièces de terre au terroir de *Mortagola*; ledit terroir confrontant avec terre de Guion de *Buisuejol* damoiseau, terre du mas de Cabimon, chemin de Bozouls à Vérals *et usque ad quandam terram Bernardi Ricbal et de la broa d'Esteruges inferius*; l'une desdites terres confrontant avec terre de l'église de *Cugolet*, terre dudit Guion, terre du mas des héritiers de feu Vivian Sédalh, chevalier, terre jadis de Hugues *de Petrolis*; la deuxième avec ledit chemin de Vérallis et de deux côtés avec terre de Guillaume de Cabimon; la troisième avec terre de Bérenger *Raimundi* de Sébrazac (*Savarzaco*), terre *dels Bastars*, terre des héritiers dudit Hugues *de Petrolis* et terre de feu Pierre de *Brever*. Droit d'entrée : 20 sols royaux dont quittance. Cens annuel : *in dicto territorio d'Esteruges :* 2 set. froment, 2 set. avoine, mesure de Bozouls, et une geline ; *et si fiebant plures ignes in dicto territorio sive manso, de quolibet foco unam guallinam annuatim, et debetis ibi facere ignem et habitare et assiduam mansionem facere in dicto manso ;* et *de dictis tribus peciis terre :* le quint des blés, avec lods et ventes ; *et si dictas pecias terre non excolebatis, retinemus* [*quod nos*] *possemus percipere donec vobis et vestris esset paratum ad excolendum.* — Fait à Bozouls, *in domibus dicti hospitalis*, témoins : frère [...] *Dolmieiras*, prêtre et religieux de l'Hôpital d'Aubrac, Déodat *Clavairolas*, Déodat *Buoviven*, Pierre Carta[...] ; not. recevant : Jean *Arnaldi,* notaire comtal de Bozouls ; not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. comtal de Bozouls, successeur dudit Jean *Arnaldi*, par autorité d'Amalric de Narbonne, chevalier, seigneur de Talleyrand, lieutenant du comte de Rodez et régent du comté de Rodez. — [*Seing manuel du notaire expéditionnaire.*]

254.

1306 [1]. — « Sentencia et declaracio curie Ruppis Vallissergie quod Aud[o]ardus Garrigie est in possessione et saisina levandi banna et emendas a quibuscumque habitan-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n[os] 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 5 v°.

Digitized by Google

tibus de Ruppe et aliis pro animalibus repertis infra limites sue borie, que clauditur et confrontatur per quatuor vias publicas, similiter in revoybriis pratorum et lignis nemorum et pro aliis dampnis que inferrentur in dicta sua boria. — Instrumento sumpto per Hugonem de Bessa, notarium, sub anno M° CCC° VI°, signato littera P. »

255.

1306 [1]. — « Lictera licencie hedificandi cappellam in grangia Ruppis Vallissergie per episcopum Ruthenensem, anno M° CCC° VI°, et signatur quadruplici PPPP. »

256.

1306 [2]. — « Quictancia magistri Audoardi Garriga Ruppis Vallissergie sibi facta per Durandum Calveti de Amiliavo de summa CL librarum Turonensium, quas ab eo habuerat per publica instrumenta confecta per curiam Amiliavi cum quibusdam aliis obligatis secum ; *item* de CCC libris Tur. parvis per ipsum et alios secum per confessionem curie Amiliavi eidem debitis, quarum ultimus terminus solucionis erat de ultimis C libris in proximo futuro festo Omnium Sanctorum, et de certis quantitatitibus bladi in dicto instrumento expressis. — Instrumento sumpto per Bernardum Colr[a]ti, notarium publicum, sub anno M° CCC° VI°, signato littera O. »

257.

1306 [3]. — « Lettre de Jean, comte d'Armanhac, lieutenant de roy en Languedoc, pour informer de la finance que le domp d'Aubrac devoit payer au roy pour la moitié de la terre et seigneurie de Saint-Chély, qu'il avoit achetée de Raymond, baron d'Estain. De l'an 1306, cottée R. Avec quittance faite par led. d'Estain au dom d'Aubrac

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°° 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 26 v°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°° 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 5 v°.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg (inventaire XVIII° s.), coté : Aubrac, n° 7, fol. 4 v°.

Digitized by Google

de 400 livres Tournois pour restes de 1000 livres deües au dit sieur d'Estain pour le bien qu'il avoit aquis à Saint-Chély. »

258.

1307, 9 mai. Marvejols [1]. — Reconnaissance féodale en faveur de l'Hôpital de Notre-Dame d'Aubrac et de frère Mathieu d'Angles, commandeur de l'hôpital des pauvres de Marvejols, par Pierre *Roussouchas*, de *Vernhacroza*, du mas de *Vernhacroza*, paroisse de St-Laurent de Muret, confrontant de l'orient avec le terroir ou capmas de *las Combas*, du midi avec terres *de Manso et Saigna de Vy*, du couchant avec terres *de Salvagio*, bornes au milieu, et du nord avec chemin de Muret au mas de *Thoppineto*, sous le cens annuel de 5 set. une émine de seigle, mesure de Marvejols, 9 sols Tourn., *boada*, *talias*, *albergam*, *gallinam ad voluntatem domini dompni de Altobraco et suorum semel in anno ;* payables : le blé à la Saint-Michel, les deniers à la St-André, et *albergam*, *boadam*, *sechor et taliam quandocumque et quociescumque alii homines Hospitalis de Altobraco taliantur.* — Fait à Marvejols, dans la maison de Mathieu *Ucheri*, *in qua tenetur regalis curia*, présents : Pierre Frézal et Jean de Mayrons *del Rocoux*. Not. recevant : Jean *Macellari*, not. royal dans la sénéchaussée de Beaucaire et de Nîmes.

259.

1307, 10 mai. Prades [2]. — Bail acapte par B., domp de l'Hôpital des pauvres de Notre-Dame d'Aubrac, à Bernard Pagès, de Mandailles, agissant pour lui, pour Déodat, son père, et pour autre Déodat, son frère, de trois pièces de terre, *sitas prope las Capelas podii de Barre*, dont une confronte avec terre tenue de l'Hôpital par Hugues de *Lagalia*, terre du seigneur de Mandailles de deux côtés et terre de Durand d'Albiac ; l'autre, dite *lo cam de las Cazelas*, confronte avec terres *dels Carayrenxs* de Sainte-Eulalie, terre de Michel *de Viridario et Templi*, la pagésie inféo-

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital de Marvejols), 439, registre, fol. 17 v°, copie informe du XVII° s.
2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté N.

Digitized by Google

dée par l'Hôpital à B. *de Bosco* et chemin *de la Garah de Cambo versus Mandalhlas* ; la troisième sise à Camplonc, confronte avec terre de Jean *Dalio*, pré de Hugues Babot, terre de Michel *de Viridario* et de feu P. *Seguini*. Droit d'entrée : 100 s. Tournois. Censive annuelle : 18 s. Rod., le quint des blés et des fruits *et predictos fructus seu blada non abstrahas a dictis peciis terre donec dictus Hospitalis receperit partem suam*. — Fait à Prades, l'an 1307, le mercredi après l'Ascension, présents : Guillaume *Bernonis*, frère Jean *de Cathurco* bayle, Pierre de Fornols, Jean de Bongran, Durand *Olerii* clerc. — Notaire recevant : Durand *Riquerii* ; not. expéditionnaire suppléant : Guillaume de Valieh, tous deux notaires de l'Hôpital... [*ut supra p. 428*]. — [*Seing manuel de G. de Valiech.*]

260.

1307, 10 mai. Prades [1]. — Bail acapte par frère B., domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Gérald *del Timo* (?), de Mandailles, d'une terre, à la coste *d'Alboys*, paroisse du Cambon, confrontant avec le mas de *la Clausada*, *prout ferit in via antiqua* de *Sisternas* à Mandailles, terre tenue dudit Hôpital par Guillaume de *Lobriu*, et *termino* tenu dudit Aubrac par Durand *de Bosco*. Droit d'entrée : 4 livres Rod. Cens annuel. : 12 d. Rod., avec lods et ventes, et le quint des fruits *et quod fructus a dicta pecia terre non abstrahas donec dictus Hospitalis receperit de omnibus jus suum*. — Fait à *Prades*, présents : Guillaume *Bernonis* prêtre, frère Jean *de Cathurco*, bayle de Prades, P. Fornols, Jean de Bongran, Durand Olier (*Olerii*), clerc. Notaire recevant : Durand *Riquerii*, notaire de l'Hôpital d'Aubrac ; notaire expéditionnaire suppléant : Guillaume de Valieh, notaire dud. Hôpital... [*ut supra p. 428*]. — [*Seing manuel de G. de Valiech.*]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté OOO.

Digitized by Google

261.

1307, juin. « Apud Locham (?) ». — *Lettres de sauvegarde accordées à l'Hôpital d'Aubrac par le roi Philippe IV*[1].

Philippus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis... quod cum frater Durantus de Monte Amato, procurator fratris Bernardi de Cenareto, dompni Hospitalis Dei Beate Marie de Altobraco Ruthinii et tocius ejusdem Hospitalis conventus, nomine procuratorio ipsorum et pro ipsis a quibus habet potestatem plenariam et speciale mandatum, prout in litteris inde confectis plenius continetur, nobis obtulerit quod ipsi statuent et ordinabunt quod unus presbiter de ordine suo, qualibet die, in dicto Hospitali, in altari quod ibidem construi facient in honorem Dei et beati Ludovici, avi nostri, perpetuo celebrabit pro nobis, liberis, posteritate et pro genitoribus nostris nostreque et eorum animarum remedi[o] ac pro regni nostri statu prospero et tranquillo, nos oblationem hujusmodi acceptantes et cultum divinum augmentare plurinum affectantes, attendentesque elemosinas et alia beneficia, que cotidie fiunt in Hospitali predicto, quod in loco altissimo dicitur esse situm, ac volentes propterea ipsos prosequi speciali gratia et favore, ipsos dompnum et successores suos, conventum, fratres, sorores Hospitalis predicti ac ipsum Hospitale cum personis, familiaribus, membris, grangiis, rebus et bonis omnibus Hospitalis predicti et membrorum ejusdem, que in presenti habent et possident et in futurum habebunt et licite possidebunt, ut ipsi majori tranquillitate et pacis securitate de cetero vivere se letentur, in nostra protectione et gardia suscipimus speciali, salvo jure in omnibus alieno ; mandantes tenore presentium Ruthinii, Bellicadri senescallis et omnibus aliis justiciariis regni nostri presentibus et futuris ut ipsos dompnum, successores suos, conventum, Hospitale et membra in suis justis possessionibus et sayzinis manuteneant

1. Doat, 135, fol. 49-50, copie d'après le *vidimus* du 25 septembre 1328. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *vidimus* des 22 novembre 1308, 10 septembre 1323, 6 octobre 1327 et 25 septembre 1328 ; — et copie informe papier de l'acte du 25 septembre 1328, cotée : Num° II, liasse XVII, titre 9. — V. l'acte N° 331.

Digitized by Google

et conservent et eos cum personis familiaribus dicti Hospitalis et membrorum ejusdem, grangiis, bonis et rebus suis universis ab injuriis, violenciis, oppressionibus, manifestis et indebitis novitatibus quibuscumque protegant et deffendant. Quod ut ratum et stabile perseveret presentibus litteris nostrum facimus apponi sigillum. — Actum apud Locham [1], anno Domini M° CCC° VII°, mense junii [2].

262.

1307, 30 septembre et 21 octobre. La Roque-Valzergue. — *Compromis et sentence arbitrale entre Audouard Garrigue et les syndics et conseillers des habitants du mandement de La Roque-Valzergue* [3].

Anno Domini M° CCC° septimo, pridie kalendas hoctobris, illustrissimo domino Philippo, Francorum rege, regnante. Noverint universi... quod cum esset questio, dissentio seu contrastus inter Bernardum Roqueta et Ramun-

1. *Vidimus* de 1308, 1323 : Loch... ; *vidimus* de 1328 : Luth.

2. Les lettres de sauvegarde qui précèdent furent publiées : — 1° à Marvejols, le 22 novembre 1308, par Jean *de Sagio*, professeur en droit et juge de Marvejols, à la demande de frère Mathieu Dengles, religieux d'Aubrac, commandeur de l'Hôpital des pauvres de Marvejols et procureur de Bernard, domp d'Aubrac, en présence de Pierre *de Bazalgio*, Pierre *Pagesii*, experts en droit, Pierre *de Ulmis*, Jean *Saureti*, Guillaume *de Caturco*, notaires royaux, Jean *Fabri* clerc, Hugues *Bastide*, Guillaume *Bruni*, Raymond *Martinerii*, Guillaume *Romani*. Notaire recevant : Guillaume *Fulci*, not royal. Cf. *Arch. départ. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., lacs et sceau disparus, coté : OO, Num° II, liasse XVII, titre 9 ; — 2° à Laguiole, par Jean Bessière, notaire royal, en vertu des lettres de commission de Dalmas *de Marziaco*, chevalier et sénéchal du Rouergue, données à Laguiole, le 10 septembre 1323. Cf. *Ibidem*, orig. parch., attaché au précédent, sans cote, simple queue de parchemin d'un sceau disparu, fragment du sceau de la sénéchaussée du Rouergue en cire rouge, pendant sur double queue de parchemin : — 3° à Mende, le 6 octobre 1327, et à Saint-Urcise, le 25 septembre 1328, avec les lettres de sauvegarde du roi Charles IV le Bel (Paris, 16 avril 1327). Cf. l'acte n° 331.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté R et n° 323 ; au côté gauche, cordelettes de soie rouge avec gland de soie jaune ; les deux sceaux, attachés à droite et à gauche, disparus Au dos : ... *Sciendum quod huic Garrigie succedit Hospitale de Altobraco*... — Reg., coté n°° 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 6 r°, sommaire en latin du même acte (coté R.) — Reg., coté n° 72, fol. 53-67 (copie informe papier). Le reg. n° 72 porte encore les cotes : N° 1 ; A ; n° 442 ; « *repertorium instrumentorum conventus sive religionis venerabilis Hospitalis Beate Marie de Altobraco* ; répertoire des biens et des obits [célébrés] dans l'église d'Aubrac, fait en l'an 1518 ; répertoire des actes qui sont dans les Archives du chapitre d'Aubrac. » Il contient (fol. 1-50) 140 analyses d'actes (1226-1532), cotés A-GGGGGGG et QQQQQQQ, QQQQQQQ°°° ; fol. 51-52 une table de matières ; fol. 53-67 la transaction de 1307. Il est recouvert par un parchemin du 1er juillet 1437, contenant nomination de syndics et procureurs par le domp et les religieux d'Aubrac.

Digitized by Google

dum Bardeti, sindicos universitatis hominum castri Ruppis Vallissergie et ejus tenementi et consiliariorum suorum inferius nominatorum, suo ac dicte universitatis nomine, ex una parte, et magistrum Audoardum Guarige, dicti castri, pro se et suis successoribus, ex altera, super eo videlicet quod dicti sindici dicebant et asserebant se, nominibus quibus supra, habere et habere debere et ab antiquo habuisse explectam et usum et jus explectandi se cum animalibus suis, arcmentis et pecoribus in herbis renativis sive secundario excressentibus in pratis dicti magistri Audoardi, vocatis Albar, et aliis pratis borie et alterius terre sue, ex quo prata ipsa resequata sunt usque ad tempus quo, annis singulis, omnia prata in dicto castro comuniter defenduntur, et etiam in lignis et herbatgiis terrarum dicte borie et alterius terre sue site in tenemento dicti castri et tam vaxerie et pendarie et nemoris de Stagno et riparum et ripariarum stagni et tocius rivi de Vebra et piscandi in dicto rivo subtus pontem meja et etiam nemorum et herbatgiorum terrarum adquisitarum a dicto Audoardo in parrochiis de Capella et Sancti Saturnini et in aliis in dictis parrochiis existentibus, tam novalibus quam yssartilibus, que dictus Audoardus adquisivit et nititur adquirere in exessu de novo et defendere, in dicte universitatis prejudicium et gravamen, ut asserunt supra dicti ; — *item* et super eo quod dicti sindici, nominibus quibus supra, dicebant se posse et debere talliare dictum magistrum Aldoardum et suos pagezios et emphiteotas pro rebus et possetionibus et aliis bonis suis mobilibus et inmobilibus et se moventibus in et pro talliis singulis, pro negociis dicte universitatis, sicut quemlibet seu quemcumque dicte universitatis et eosdem debere contribuere in singulis talliis in dicto castro faciendis secundum facultates eorumdem ; — *item* et super eo quod dictus Audoardus plures fontes prope dictum castrum, qui erant et fuerant ab antiquo de comuni usu et explecta gencium dicti castri, ceperat, clauserat et per meatus seu conductus subterraneos sibi apropriaverat et nitebatur plures alios fontes, rivos et aquas sub comuni explecta dicte universitatis existentes sibi apropriare ; — *item* et super

Digitized by Google

eo quod petebant dicti sindici, nominibus quibus supra, a dicto magistro Audoardo XXV libras Turonenses, quas quedam persone dicti castri olim ex causa mutui per manum dicti Audoardi tradiderant domino nostro regi et eas ipse Audoardus, earum personarum procuratorio nomine, recuperaverat ab eodem domino nostro rege ; — *item* et super eo quod dicebant dicti sindici, nominibus quibus supra, quod dictus Audoardus ipsos sindicos et homines dicti castri in pignorationibus hominum et animalium in terra sua factis pro bannis et talis et in inquestis et litigiis motis contra ipsos et in impedimentis banneriorum et bannorum de Rupe contra morem solitum et in pluribus aliis dampnificaverat eosdem indebite et injuste, ut dicebant dicti sindici : de quibus sibi restitutionem fieri petebant ; — dicto Audoardo, pro se et suis denegante dictos sindicos et universitatem et quemlibet ex ipsis expleclam, consuetudinem, servitutem et jura aliqua habere, habuisse et habere debere in predictis terris, aquis, pratis, nemoribus et aliis rebus dicti Audoardi et suorum et etiam ejus emphiteotarum seu colonorum aut tenensiariorum terrarum dicti Audoardi ; dicente etiam predicta omnia superius expresata quam alia non expresata, que habet seu visus est habere in dicto castro et ejus tenemento et que tenentur ab eo esse franca et libera tum ex privilegio domini nostri regis tum ex inmunitate et defensione eorumdem ; negante etiam se dampna aliqua dictis sindicis et universitati intulisse et se teneri in aliquo eisdem preterquam in XXV libris Turonensibus debilis monete, sibi per discretum virum R. Bernardi, receptorem Ruthenensem, traditis seu [in computo] allocatis, ad reddendum hominibus dicti castri, de quibus paratus est eis satisfacere competenter juxta tenorem litterarum dicti receptoris super hoc exhibitarum vel recompensationem facere cum dictis sindicis et hominibus cum et de illis in quibus asseruit eos sibi teneri pro scripturis et inquestis plus quam in concurente summa peccunie, de quo paratum se obtulit facere promptam fidem. — Tandem dicte partes, scilicet prefati sindici et Marconus de Fonte, Stephanus Guari, Johannes Brunenc,

Digitized by Google

Guilhelmus de Montanhaco, Deodatus Roqueta, Hugo Bardeti, Bernardus Amansi, Hugo Alimon, R. Martini, consiliarii dictorum sindicorum per universitatem predictam seu duas ipsius partes constitutos per instrumentum publicum inferius contentum, nominibus quibus supra, ex una parte, et dictus Audoardus, pro se et suis, ex altera, super premissis omnibus et singulis questionibus et controversiis et omnibus aliis que altera parcium predictarum contra alteram quavis hoccasione sive causa petere poterant usque in odiernam diem, retractatis et revocatis primo de comuni consensu ipsarum parcium omnibus compromissis alias factis inter eas, compromiserunt concorditer et amicabiliter in nobilem et discretum virum magistrum Guilhelmum de Castaneto, jurisperitum, tanquam in arbitratorem,... [*Formules de droit*]... sub pena C marcarum argenti, pro medietate domino regi et dicto arbitro et michi notario domini regis infrascripto pro dicto domino nostro rege Francie stipulantibus ut pro abcente et recipientibus et aliis quibus interest vel interesse potest... et parti alteri pro alia medietate stipulata sollempniter et promissa... — Actum hoc apud Rupem Vallissergie, in aula domini nostri regis, — in presencia et testimonio Guidonis de Bonansa, R. Lasala, Duranti de Mardo, Johannis de Conde, castellani dicti loci, Deodati Lavit, R. de Rocaneyra, Johannis Lavit, Johannis Daldener, Johannis Geli, Johannis Lacaza, P. Costa et mei Hugonis de Boissa, de Petrucia, publici notarii auctoritate regia, qui, *etc.*

Post hec, anno Domini M° CCC° VII° et die sabati post festum beati Luce evangeliste, regnante domino Philippo, rege Francorum, assignata per dictum nobilem magistrum Guilhelmum de Castaneto, arbitratorem..., predictis partibus, nominibus quibus supra, apud Rupem Vallissergie, ad dictum suum seu arbitratgium vel compositionem proferendam... super premissis, in aula domini regis, comparuerunt, dictis die et loco, coram ipso prefati sindici, una cum consiliariis suis prenominatis, pro se et nomine universitatis dicti castri et singulorum ejusdem, ex una parte, et dictus Audoardus, pro se et suis,

Digitized by Google

ex altera... Et ibidem, dictus nobilis magister Guilhelmus, arbitrator..., de voluntate et ad requisitionem dictarum parcium, informatione facta super premissis per negationem parcium factis dubiis et incertis et tractatu diligenti habito cum partibus supradictis concorditer assentientibus ad ea que inferius continentur, visis insuper litteris regiis et francheziis et libertatibus dicto Audoardo et suis per dominum regem consessis, transhigendo dixit et voluit et componendo, de dictarum parcium voluntate, ordinavit et precepit fieri et teneri... — quod dictus Audoardus Garige et sui in posterum successores et voluntarii, ex nunc in perpetuum, defendant et eis sit licitum defendere per se et per eorum familiares, nuncios et quoscumque ad hoc deputandos, omni tempore continue, ab omnibus personis et animalibus quibuscumque, pro voluntate sua et suorum, prata omnia et terras suas omnes adquisitas et adquirendas in posterum quocumque modo et earum jura, aquas, fructus et exitus universos, sita et sitas inter vias, per quarum alteram itur de Rupe Vallissergie inter pratum Albar et campum de Fonte dicti magistri Audoardi versus Campanhacum, et per alteram itur de eodem castro versus lo Mercadilh et del Mercadilh per viam justa grangiam dicti Audoardi, a parte aquilonis sive Altibrachi, versus terram Marconis de Fonte et mansum de Vilari ; — *item* et deveziam et garanam cuniculorum de vaxeria et de pendaria et stagnum de Vebra et nemus et totum rivum et riparia de Vebra et ortos et viridaria suorum molendinorum facta, factorum et faciendorum et arbores quascumque et plantatas et quiquid in predictis pratis, campis adquisitis et adquirendis et deveziis, garanis et territoriis de vaxeria et de pendaria, stagno, nemore et toto rivo et ripariis sive aribalhs de Vebra, ortis et viridariis, ut predictum est, in herbis, lignis, cuniculis, picibus et aliis comoditatibus est et sit perpetuo libere et in solidum ; — *item* quod jam adquisita a dicto Audoardo in nemoribus, terris de quibuscumque personis in pertinenciis dicti castri, tam in explecta hominum ipsius castri et ejus tenementi quam alibi, pro nemoribus et aliis voluntatibus a dicto Audoardo

Digitized by Google

et suis perpetuo, libere et in solidum faciendis, ipse Audoardus et sui possint libere, pro sua voluntate et ultra jam qualitercumque adquisita usque ad L sestariatas nemorum adquirendas, simul vel divisim in explecta hominum dicti castri et ejus tenementi in parrochia de Capella de Bonansa, a loco del Mercadel inferius, si superius de parte dictarum L sestariatarum juxta alia adquisita primitus cum dictis sindicis vel hominibus dicti castri non concordaret, adquirere et defendere omni tempore et ab omnibus personis et animalibus quibuscumque ; quam adquisitionem et defensam dictarum L sestariatarum terre et nemorum faciant ultra predicta jam adquisita idem Audoardus et sui in dicta parrochia de Capella infra broas de Pojolio et iter quo itur de Sancto Genezio versus Canetum ; extra vero dictam broam de Pojolio et iter proxime dictum etiam extra dictam parrochiam de Capella possint dictus Audoardus et sui successores et eis liceat perpetuo quecunque voluerint quocumque tempore adquirere et defendere adquisita et adquirenda, pro voluntate sua, omni et quocumque tempore, ab omnibus hominibus et animalibus quibuscumque ; et quod dictus Audoardus et sui per sex annos continuos a tempore novitatis cujuslibet nemoris scizi vel combusti herbatgia ipsius nemoris et etiam tunc et perpetuo ipsa et omnia sua nemora seminata et alia defendantur et ea possint defendere sicut sua et etiam herbatgia donec dicta nemora erunt sine tale et dampni periculo ab omnibus hominibus et animalibus quibuscumque ; et quod talantes homines et animalia talancia ipsa nemora, herbatgia seu devezias quascumque dicti Audoardi et suorum et absque dicti Audoardi et suorum licentia et permissu talam ex integro eidem Audoardo et suis et VII solidos pro banno et pro singulis vicibus dicte tale sive dampni inferendi solvere teneantur ; pro tala vero sive dampno de nocte in predictis vel aliquo predictorum facienda vel inferenda per homines vel animalia et pro venatione cuniculorum dictarum devesiarum et picium stagni et tocius rivi de Vebra de die vel de nocte facienda, sicut pro furto in emenda curie et emenda dicto Audoardo et suis dandis et solvendis talantes seu dampnum inferentes

Digitized by Google

et illi quorum erunt illa animalia punientur, dictusque Audoardus et sui pro talis, censibus, redditibus et dampnis inferendis et omnibus predictis et aliis suis juribus pignorare in et pro predictis et pignora retinere et emendas capere et habere auctoritate propria poterunt per se et per alios quoscumque voluntarios quociens viderint faciendum ; — *item* quod vie et itinera ad veniendum ad molendina dicti Audoardi et suorum facta et facienda serventur et teneantur largua et reparata pro animalibus, curibus, fustibus, blado et aliis portandis ad dicta molendina et etiam reportandis, pro dicti Audoardi et suorum comodo et nesesitatibus suis et molentium ibi et res nessessarias afferentium faciendis, taliter quod sine dampno et periculo hominum et animalium fiat transitus eundo et redeundo, omni et quocumque tempore, et quod etiam iter anticum, quod est seu esse debet et fuit ab antiquo supra domos mansi de Vebra, reducatur ibi et servetur perpetuo juxta dictum modum superius ordinatum, pro molendino de Stagno dicti Audoardi. — *Item* dixit, transhigendo... quod pro adquisitis jam et aliis predictis adquirendis in futurum a dicto Audoardo [et suis in] dicto castro de Rupe Vallissergie et ejus tenemento et bailivia et eorum juribus, exitibus et fructibus de personis nobilibus vel innobilibus aut aliis quibuscumque tallias vel questas, exacciones, servitutes aut servitia, subventiones et subsidia in dicto castro et ejus tenemento, quavis hoccasione sive causa et quocumque tempore factas et in posterum faciendas et facienda inter et per quascumque personas et a quibuscumque personis debitas seu debendas et solvendas quibuscumque personis, idem Audoardus et sui successores et pagezii et emphiteote eorum seu tenensiarii rerum ipsorum aliquid solvere minime teneantur, immo exhonerati omnino et sub omni genere libertatis ipsi Audoardus et sui successores et eorum pagezii et eorum bona omnia perpetuo remanebunt super eis omnibus super universitatem dicti castri et ejus tenementi perpetuo libere et quiete sine omnibus et quibuslibet honeribus, petitionibus seu demandis assuetis vel non assuetis quolibet titulo sive causa ; et plus sub dicta libertate possint

Digitized by Google

dictus Audoardus et sui adquirere et tenere plus in prediis rusticis XII sestariatas terre in tenemento dicti castri, salva in illis solummodo XII sestariatis explecta ab antiquo legitime consueta hominum ipsius castri de Rupe.— *Item* de voluntate dictarum parcium dixit et transhigendo voluit... quod si dictus Audoardus vel sui darent sive traderent aliquid de predictis jam adquisitis vel que adquirere possunt, ut supra, qualitercumque et de quibuscumque personis, quocumque tempore, in acapitum vel pageziam vel emphiteosim vel assensamentum, agriculturam aut comandam vel per quemcumque contractum, quod illi pagezii vel recipientes aut tenentes et explectantes ea vel aliqua ex eis nec etiam dictus Audoardus vel sui aut alii, pro illis rebus vel earum fructibus et juribus universis seu aliis spectantibus vel pertinentibus ad ea aliquid dare vel solvere seu contribuere dicte comunitati seu cum dicta comunitate casu aliquo sive causa teneantur, immo libera omnino eisdem Audoardo et suis et dictarum rerum tenensiariis et ipsi tenensiarii, emphiteote et pagezii, excultores, liberi et inmunes super et de omnibus questis et talliis et aliis quibuscumque demandis et exactionibus super dictam universitatem remanebunt perpetuo et in passe ; verum pagezii dicti Audoardi et suorum pro aliis inmobilibus que habebunt in tenemento dicti castri et tenebunt ab aliis personis quam a dicto Audoardo et suis, et pro aliis bonis suis mobilibus de terris et rebus dicti Audoardi et suorum non provenientibus, comunia herbatgia et nemora dicti castri et ejus tenementi, sicut alii ibi habitantes, explectantes, in talliis comunibus dicti castri condecenter et rationabiliter contribuere teneantur ; solo tamen terre et ejus omnibus fructibus et adherentibus ei et aliis que tenebunt a dicto Audoardo et suis ac universis bonis dicti Audoardi et suis mobilibus et inmobilibus et se moventibus remanentibus perpetuo sub omni genere libertatis et amoto omni ligamine servitutis, possintque dictus Audoardus et sui et eis liceat et eorum pageziis et terrarum et rerum suarum tenensiariis herbatgia, nemora et alia comunia universitatis dicti castri per se et [cum eorum] familiis et omnibus animalibus suis et

Digitized by Google

aliis que tenebunt in suis domibus et terris, pro voluntate dicti Audoardi et suorum perpetuo successorum et etiam ubique in terra sua adquisita et adquirenda, fontes et eorum aquas capere, ducere, explectare et defendere qualitercumque voluerint ac rivorum et fluminum contiguorum terre sue aquas, omni et quocumque tempore, capere et explectare sine inpedimento cujuscumque pro pratis, ortis et aliis terris suis adaquandis et pro molendinis et nessesitatibus suis quibuscumque et suorum familie pageziorum et eorum animalium faciendis et fontes terre sue jam captos et capiendos a dicto Audoardo et suis ipse et sui tenere et per conductus subterraneos vel alias explectare et possidere, defendere etiam in solidum valeant perpetuo passifice et quiete. — *Item* de ipsarum parcium voluntate... precepit idem arbitrator... quod de XXV libris Turon. debilis monete, quas debebat dictus Audoardus hominibus dicti castri pro mutuo olim ab eis facto domino nostro regi per manum Copo Talenti, tunc receptoris Ruthenensis, et de pluribus debitis que dictus Audoardus pro salario et scripturis petebat a dictis sindicis et exhibebat de eis plura scripta, fiat et facta fuit incontinenti a dictis partibus recompensatio, remissio et quitansia hinc inde, sub pacto hinc inde sollempniter promisso ab unaquaque dictarum parcium alteri earumdem, quod nichil de dictis XXV libris et aliis debitis pro salario et scripturis et dampnis illatis liberaliter et in solidum hinc inde remissis petent ulterius. — *Item* dixit et transhigendo voluit... quod dictus Audoardus det et assignet, quandocumque requiretur per partem alteram, duas vias congruas : unam videlicet inter terram de la Condamina et pratum Vilares, et aliam inter pratum Guilhelmi de Caturco juxta vadum de Serra et campum dicti Audoardi ; et si tala animalium fieret transeundo per illam viam dandam inter terram de la Condamina et pratum Vilares, antequam a parte de la Condamina fiat paries juxta pratum Vilares, fossatum, cepis vel clausura, alia via media remanente, quod tala omni tempore et bannum tempore defensionis pratorum et bladorum pa[riter] (?) exsolvantur ; et post factam aliquam dictarum clausurarum homines talantes et animalia talantia

Digitized by Google

bannum et talam omni tempore solvere teneantur ; et quod dicti sindici et eorum consiliarii, pro se et nominibus quibus supra, remitant dicto Audoardo et suis perpetuo omne jus et accionem, quod et quam ratione sive causa explecte, usus vel consuetudinis alicujus vel alterius cujuscumque cause, rationis sive occasionis habebant vel habere poterant in predictis vel aliquo predictorum et quod dictus Audoardus omnia debita, que sibi debebant ratione scripturarum et salarii usque ad diem presentem, et jus transeundi per dictas duas vias ab eodem assignandas, ut premititur, quitent perpetuo et remitant, quod incontinenti altera dictarum parcium alteri gratis fecit, passatgio et servitute transeundi, omni et quocumque tempore, dicto Audoardo et suis et eorum pageziis et familie et animalibus eorum in dictis duabus et aliis omnibus viis et careyriis dicti castri et ejus tenementi semper salvis. Que omnia et singula dictus arbritator... teneri et servari per dictas partes et quemlibet earum... voluit et precepit... Que omnia et singula dicte partes, pro se et nominibus quibus supra,... emologaverunt, laudaverunt et aprobaverunt... Volueruntque tam dictus arbitrator... quam etiam ipse partes unanimiter quod predicta omnia tanquam rite et ligitime facta sigillentur et confirmentur per dominum senescallum Ruthenensem et per sigillum regium ville Sancti Antonini et per dominum nostrum regem et per eos vel eorum curias, cujus et dictorum sigillorum viribus, foro et coersioni se et predicta omnia dicte partes submiserunt, michi notario infrascripto stipulanti auctoritate michi comissa per dominum senescallum Ruthenensem inferius contenta, quociens requirentur a quacumque dictarum parcium, exequantur et inviolabiliter observentur *etc.*

Tenor vero sindicatus dictorum sindicorum talis est : Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° quinto, videlicet die martis post hoctavas Purificationis Beate Marie virginis [1], illustrissimo domino Philippo, rege Francorum, regnante, nos Hugo Maurlhier, P. Lacosta, Stephanus Ca-

1. 15 février 1306 (n. s.).

Digitized by Google

plat, Bartollomeus Brunenc, Stephanus Lauret, Matheus de Fonte, P. de Mongros, B. Viletas, Guilhelmus lo Rei, Hugo Elias, Guilhelmus del Moli, Deodatus Agret, P. Reyalh, R. Boyer, Stephanus de Sera, P. Cambes, B. Amans, Durantus de Crusse, G. Blanc, Guilhelmus Majorel, B. de Vebra, P. Bou, Guilhelmus del Pot, Deodatus Brunenc, Guilhelmus Brunenc, B. Costa, B. Geli, P. de Crozet, P. Bonhome, P. Lavernha, Johannes Martel, P. Saysset, Deodatus Roqueta, Guilhelmus de Montanhac, Guilhelmus Aldemari, P. del Vilaret, Petrus Toreta, B. Teisseire, R. Aldemari, R. Aygoi, Laurencius Anhelh, Sancho del Moli, Bartolomeus del Crozet, Stephanus Manen, B. del Poget, R. de Manso, B. Boyer, Baldoy dals Escostz, P. Penchenier, S. Manescalc, B. de Careiracava, R. Manen, P. de Sals, Andreas Guirbert, R. Alimon, Andreas de Vebra, Petrus Vedru, Durantus de Mardone, R. Morgue, B. de Laval, G. Bardet, Petrus de Vebra, P. Mardo, P. Lauret, Johannes Penchenier, Guilhelmus de Crusse, P. Salelas, Johannes Majorel, Laurencius de Ribas, Guilhelmus de l'Estanc, Laurencius dels Crozes, R. Gayet, Guilhelmus Marti, Hugo Fabre, R. Menescalc, Guilhelmus Campanes, B. Vincens, Guilhelmus Agret, P. de Campanhaco, Phezaycus Benedicti Celotas, Blanquetus de Vebra, R. de Crozet, Johannes Laroca, Deodatus Brugueira, B. Lavernha, S. Caplat, Radulphus de Manso, B. Chatbert, R. Martini d'Arbis, B. Bardet, Johannes Ressayre, R. Boyer, Guilhelmus de Malaval, P. Vincens, Johannes Pellipari, B. Reyal, Johannes Gayet, Johannes Espic, Petrus Jori, Johannes del Maroye, B. de Manso, Deodatus Bou, Deodatus Lauret, Vitalis Pascal, Jacobus Guiraldi, Urbanus de Faja, Berengarius Boyer, Bartolomeus Boyer, Stephanus de Stagno, R. Lavernha, Johannes Calcadis, Aymerhicus Martini, B. de Canaco, B. Morgue, R. Vitalis, Stephanus Agreti, Johannes de Montanhaco, Stephanus Gari, B. Boyeri, Guilhelmus Artanha, Deodatus Benezeh de Vilari, B. Teissier, Phezaic Penchenier, Guillelmus Viletas, nos omnes predicti insimul et quilibet nostrum pro se et in solidum, habitatores castri Rupis Vallissergie et pertinenciarum ejusdem castri sub dominio et juridixione

Digitized by Google

domini nostri regis Francorum, in eclezia dicti castri congregat[i], ut moris est, asserentes et manifeste cognocentes facere nos duas majores partes hominum habitantium in dicto castro et pertinenciarum ejusdem castri, pro nobis et universitate hominum dicti castri et pertinenciarum ejusdem, fidelitate reservata dicti domini nostri regis in omnibus et per omnia, facimus et constituimus... nostros veros... et speciales procuratores... sindicos vel actores... videlicet : P. Brugueira, B. Roqueta, Johannem Brunenc, R. Bardeti et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis seu occupantium, set quod negocium per unum inceptum fuerit alter possit legitime explicare, finire seu etiam terminare, exhibitorem seu exhibitores hujus presentis et publici instrumenti ad agendum et defendendum pro nobis et dicta universitate et pro quolibet de eadem necnon ad defendendum, custodiendum, protegendum libertates nostras, usus, consuetudines et privilegia et jura nostra... [*formules de droit*]... — Post hec ibidem predicti procuratores et sindici juraverunt ad sancta quatuor Dei evangelia... se bene et legaliter habituros in dicto officio sindicatus... — Et post predicta, incontinenti, nos supra dicta comunitas et quilibet de eadem aprobamus,... quiquid per nobilem virum dominum Arnaldum de Rupe, militem, Petrum Brugueira, B. Roqueta, sindicos nostros, rite factum, gestum, procuratum extitit quovis modo ad utilitatem nostram et dicte universitatis et specialiter in negocio quod in presenti ducitur coram discreto viro domino Duranto Calveti, judice Montanhorum Ruthenensium pro nobili et potenti viro domino Petro de Heliaco (*sic*), milite, senescallo Ruthenensi, et comissionem per eumdem factam dicto domino judici super contentis in quadam significatione eidem domino judici missa et comissa per dictum dominum senescallum domino judici memorato. — Actum apud castrum de Rupe Vallissergie, in eclezia Sancti Johannis dicti castri, testes vocati et rogati fuerunt : dominus Arnaldus de Rupe, miles, discretus vir magister R. Gariga, jurisperitus, dominus Geraldus [...] presbiter, Micaelis Valda, B. Bompar, P. Andrieu, B. Ro-

Digitized by Google

quier, et ego Matheus Cati, notarius publicus auctoritate illustrissimi domini nostri regis Francorum, qui, *etc.*

Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° V°, videlicet die martis post hoctavas Purificationis Beate Marie virginis..., nos Durantus Calveti, judex Montanhorum pro domino nostro rege Francorum, ad instanciam et requisitionem supradictorum Petri de la Brugueira, B. Roqueta, sindicorum predictorum videlicet hominum castri Rupis Vallissergie et comunitatis ejusdem castri et pertinenciarum ipsius, pro [se] et Johann[e] Brunenc et R. Bardeti, consindicis suis, et universitate predicta, supradicte procurationi, sindicatui et auctorie, adhibita(m) sollempnitate(m) juris que in talibus consuevit adhiberi, auctoritatem nostram, causa cognita, interponimus pariter et decretum a presenti die usque ad duos annos proxime venientes, tamen salvo jure prefati domini nostri regis. — Actum in supradicto castro Rupis Vallissergie, in ospicio discreti viri magistri Audoardi Garige, defensoris domini nostri regis Francorum, ubi assizia tenebatur per dominum judicem supradictum. — Testes... : discretus vir magister R. Gariga, jurisperitus, Guilhelmus de Mongros, R. Estol, et ego Matheus Cati, publicus notarius auctoritate illustrissimi domini nostri regis Francorum, qui, *etc.*...

Tenor vero potestatis consesse dictis consiliariis per universitatem dicti castri et confirmationis domini senescalli sequitur in hunc modum : Anno Domini M° CCC° VII°, silicet XIII° kalendas septembris [1], regnante domino Philippo, Francorum rege. Noverint universi presentes pariter et futuri quod ad requisitionem R. Bardeti et B. Roqueta, sindicorum universitatis castri Rupis Vallissergie et ejus tenementi, persone quarum nomina secuntur et vocate specialiter et expresse ad infrascripta facienda ut omnis tractus pasis, transhactionis, compositionis et aliorum ad universitatem dicti castri et alias spectantium qualitercumque salubrius et consulsius fieret tumultusque et confusio propter multitudinem po-

1. 20 août 1307.

Digitized by Google

puli tollerentur, scilicet dominus Arnaldus de Rupe, miles, Marconus de Fonte, R. Marti, Deodatus Roqueta, Stephanus Guari, Hugo Bardeti, Johannes Brunenc, B. Amans, Guilhelmus de Montanhac, Hugo Alimon, Deodatus Brugueira, Huc Due, R. Boyer, Deodatus de Crusse, W. Agret, Guillelmus de l'Estanc, S. Manescalc, P. Vaisso, B. Lasala, Marco Brugueira, P. Brugueira, W. Ressaire, Deodatu[s] Roqueta, filiu[s] B. Roqueta, Johan Bardet, Bartolomeus Panat, P. Vedru, P. Chatbert, R. Lavernha, W. Brunenc, G. Bardet, Berengarius Boyer, G. lo Teisseire, B. Reyal, Durantus de Mardo, B. Morgue, Bernat Bardet, P. de Vebra, P. de la Crotz, B. del Potz, W. del Potz, Huc Guarigua, P. Lavernha, Phezayc Benezeh, R. Boyer, S. Manen, Berenger del Potz, B. Lasala, Johan Laroca, W. Azemar, B. lo Teisseire, P. Caube, Baldoy dels Escotz, P. Costas, B. de Canac, R. Vidal, Laurens del Potz, Huc Gliers, Olivier Garigua, P. Reyal, G. del Potz, R. de Vebra, Marti Glier, Phezayc Penchenier, P. Lauret, B. de Vebra, R. de Vebra lo jove, P. Lasala, R. Lasala, R. de Monnet, P. Bardet, Guilhelm Forques, R. Curvala, Huc Benezeh, Johan Pelhicier, S. Caplat, B. de Lafon, B. Geli, R. Aygoy, S. Lauret, P. de Crozetz, G. Lavernha, Aymerhic Marti, P. Penchenier, Johan Penchenier, P. de Mongros, R. Viletas, Johan Martel, S. Agret, Guilhelm [lo Rei], P. Combas, R. Azemar, Johan Boyer, dicentes se esse plus quam due partes universitatis dicti castri, pro se et aliis omnibus ejusdem universitatis, de voluntate et expresso mandato curialium dicti castri, ut dixerunt, elegerunt... consiliarios et pro consiliariis dictis sindicis atributis ut dicti sindici..., pro se seu de consilio vel assensu ipsorum consiliariorum seu majoris partis numero eorumdem consiliariorum, possint singulos actus et negocia dicte universitatis et super singulis questionibus, controversiis, litigiis et aliis quibuscumque dictam universitatem tangentibus litigare, compromitere, jurare, penam sive penas promitere... et assensum dare quibuslibet contractibus et bona omnia ipsorum eligentium obligare licet abscentium et computum et rationem ab eisdem sindicis recipere et

Digitized by Google

eosdem quitare et alia facere que omnes et quilibet de dicta universitate simul vel separatim facere posset vigore potestatis sibi in presenti ac etiam in sindicatu suo consesse, scilicet : dominum Arnaldum de Rupe, militem, et Marconum de Fonte, Deodatum Roqueta, R. Marti, S. Guari, Huc Bardet, Johan Brunenc, B. Amans, Guilhelmum de Montanhac, Huc Alimon, Deodatum Brugieiram, promiseruntque omnes prenominati et eorum singuli pro se et dicta universitate dicti castri de Rupe... predictis consiliariis et sindicis presentibus et michi notario infrascripto stipulanti pro omnibus, quorum interest vel interesse poterit et debebit quoquomodo, tam presentibus quam aliis, licet absentibus, sub omnium bonorum suorum et dicte universitatis et eorum successorum... obligatione et ypoteca se ratum, firmum et stabile perpetuo habituros... quiquid per dictos sindicos vel eorum alterum pro se vel de consilio prenominatorum consiliariorum seu majoris partis numero vel alterius ipsorum dictum, petitum, obtentum, compromissum,... fuerit... et ea omnia confirmare et ratificare cum instrumentis et juramentis quotiens per illum vel illos quos tanget actus quilibet requirentur..., rogantes et humiliter requirentes quod per virum nobilem dominum Petrum de Ferrariis, militem domini regis, senescallum Ruthenensem, in dicto castro presentem, predicta electio et hujusmodi potestatis consessio et predictorum omnium executio confirmetur et in perpetui valoris signum et efectum decretum interponatur. — Qui dictus dominus senescallus presens, ad preces, requisitionem et instanciam predictorum, cupiens obstare pravo et simplici regimini gentium dicti castri, ut omnis tollatur confusio ne dictum populum seu universitatem dicti castri singulis eorum actibus oporteat evocari, electionem, constitutionem et creationem dictorum sindicorum ac prenominatorum consiliariorum et quibuslibet eorum in solidum, vice et nomine domini nostri Francie regis et ejus curie, laudavit, aprobavit et perpetuo confirmavit et auctoritatem suam interposuit et decretum. — Qui predicti consiliarii et quilibet eorumdem, assentientes premissis, gratis et

Digitized by Google

libere promiserunt et juraverunt ad sancta Dei evangelia... se predictis sindicis et eorum cuilibet bonum consilium dare et eis parere circa dicte comunitatis negotia et esse in consiliis et in aliis fideles consiliarii et etiam adjutores, honore et juribus domini nostri regis semper salvis. — Actum apud Rupem, in eclezia dicti loci, in presencia et testimonio magistri Guilhelmi de Castaneto jurisperiti, magistri P. de Pesolas jurisperiti, fratris Johannis de Caturco, magistri B. Olerii jurisperiti, magistri R. Rigaldi [...] et mei Hugonis de Boissa, publici notarii auctoritate regia, qui hec scripsi anno quo supra et V° ydus septembris [1] *etc...*

Tenor vero vero littere potestatis consesse michi notario infra scripto a domino senescallo Ruthenensi de recipiendo obligationem predictorum ad forum et vires sigilli regii Sancti Antonini talis est : Petrus de Ferariis, miles domini nostri Francie regis ejusque senescallus Ruthenensis, dilectis suis magistris Stephano Maurelli, Hugoni Boisa, B. Colrati, Rotberto de Aurlhagueto et Guilhelmo Vasconie, notariis domini regis, salutem et dilectionem. Vestrum cuilibet in solidum, vice et nomine dicti domini nostri regis, tenore presencium consedimus... auctoritatem recipiendi notulas et conficiendi publica instrumenta, sigillo regio in villa Sancti Antonini tenere consueto sigillata, super questionibus, compromisis, tractatibus existentibus et transhactionibus, compositionibus et finansiis ac finibus faciendis qualitercumque inter Berengarium de Capella, R. de Caturco, Audoardum Garige et alios nobiles et feudatores et quemlibet eorum et sindicos universitatis hominum castri Rupis Vallissergie et singulos eorumdem sub foro, vi, potestate et coersione ac executione dicti sigilli exequenda et etiam observanda, omni reclamatione ad arbitrium boni viri et appellatione ad quemcumque et litisfugio quolibet cessantibus, non obstantibus et obmissis, dum tamen partes, inter quas contractus hujusmodi inhientur, ad dicti sigilli vires et executionem se obligent. — In quorum fidem et tes-

1. 9 septembre 1307.

Digitized by Google

timonium sigillum hiis litteris duximus apponendum. — Datum Villefranche, die lune ante festum beati Geraldi, anno Domini M° CCC° VII° [1].

Actum est hoc apud Rupem Vallissergie, in aula domini nostri regis, in presentia et testimonio magistri Johannis Pagezii jurisperiti, domini Hugonis domini de Monteferando, magistri B. Colrat, domini P. Paret presbiteri, magistri Johannis Serre notarii, Guillelmi Mazet, G. Sacrista, P. Fabre, Deodati Lavit, Guilhelmi de Pintelis, castellani de Villanova, Guilhelmi Gaufre, R. Viletas, Johannis Lacaza, P. de Rocaneira de Capella, et mei Hugonis de Boissa, publici notarii auctoritate regia, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

Nos vero Petrus de Ferariis, miles domini nostri regis Francie, senescallus Ruthenensis, predicta omnia de voluntate dictarum parcium ad requisitionem et consilium dicti Audoardi pro se et magistri R. de Masselio et B. de Novis, procuratorum dictorum sindicorum ipsorum et dicte universitatis, nomine exprece domini regis rata et grata habemus et ea laudamus, aprobamus et etiam confirmamus, et ad majorem firmitatem eorum sigillo nostro et sigillo regio Sancti Antonini sub eorum viribus fecimus communiri.

263.

1307 [2]. — « Concessio et licencia date per priorem Sancti Saturnini cum auctoritate abbatis de Conchis Aud[o]ardo de Garrigia hedifficandi cappellam in sua boria et aliam cappellam juxta ecclesiam Sancti Saturnini et tumulum in eadem, cum campanula in utraque, in quibus presbiteri possint celebrare, salvo jure parrochiali et una libra cere annui census per cappellanum exsolvenda dicto priori. Instrumento sumpto per Stephanum Maurelli, not. publicum, anno M° III° VII°, signato littera Q. »

1. 9 octobre 1307.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n° 24, 333 (La Roque-Valzergue), fol. 6 r°.

Digitized by Google

264.

1307 [1]. — « Donation faite per religieuse personne Bertrand Malet, chevalier de l'ordre de l'Hospital d'Aubrac, à religieuse personne Géraud Ravalhac (*sic*), chevalier dud. ordre, au nom dud. Hospital, de tous les droits et actions qu'il avoit au vilage de Prunières, de l'an 1307, en parchemin cotté P. »

265.

1308, 30 avril. Mandailles [2]. — A Mandailles, par devant Guillaume *Rotberti*, juge dudit lieu pour noble Guillaume de Calmont, seigneur de Mandailles, émancipation par Durand *de Albiaco Sancti Martini*, diocèse de Rodez, de son fils Rigald, — et donation par led. Durand d'Albiac à son dit fils de l'affar de *Malavernha*, ès appartenances de Mandailles, qui lui était venu de la succession de feu Pierre *Guillermi*, damoiseau de Mandailles ; ledit affar confrontant avec le Lot, le ruisseau de Condamine, le ruisseau de *Pon Arnal* et le mas de *Fenostres*. — Fait *apud Mandalhas*, présents : Hugues *Ayguilen*, prêtre, G. *del Timo* (?), P. *Ricardi*, D. *Lagalia*, B. *de Deo*, B. *Canta*, Jean *del Jo.* — Notaire recevant : Arnald Régis, notaire de la baronnie de Calmont. Not. expéditionnaire : G. *La Roca*, notaire de ladite baronnie de Calmont, qui a fait écrire le présent pacte *per manum Bartholomei Decani, clerici.* — [*Seing manuel du not. expédit.*]

266.

1308, 13 septembre. Rodez. — *Lettres d'amortissement données par Pierre de Ferrières, sénéchal, pour diverses acquisitions de fiefs et arrière-fiefs* [3].

Noverint universi... quod constitutus in presencia nostri Petri de Ferrariis, militis domini nostri Francie regis

1. *Arch. départ de. l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, registre inventaire (XVII[e] s.), cote : Aubrac, n° 17, fol. 2 v°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : Q et Num° V, liasse XXVIII, titre 5°.

3. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *vidimus* parchemin, fait par l'official de Rodez le 23 octobre 1308 à la prière de B., domp de l'Hôpital d'Aubrac, écrivant M[e] Durand *Riquerii*, clerc, notaire de la Cité et du

Digitized by Google

et ejus senescalli Ruthenensis, ad infra scripta auctoritate regia deputati, religiosus vir frater Bernardus, dompnus humilis Hospitalis seu domus Dei pauperum Beate Marie de Altobraco, volens finare nobiscum de redditibus, proprietatibus, possessionibus, exitibus et proventibus et rebus aliis infra scriptis per ipsum dompnum et conventum et predecessores suos, tam in capite dicti Hospitalis quam in membris, in senescallia nostra acquisitis a nobilibus et aliis personis in et sub feudo et retrofeudo domini nostri regis, obtulit idem dompnus nobis, nomine ejusdem domini regis, pro financia rerum infra scriptarum CCC libras Turon. bonorum parvorum. — Nos vero senescallus predictus, atenta forma dicte aquisitionis et qualitate pensata seu valore rerum infra scriptarum ac etiam inspecta conditione personarum ipsius dompni et conventus sui predicti necnon et privilegiorum et libertatum concessorum eisdem et Hospitali predicto per dominum nostrum regem predictum, et inspecto decimali subcidio per ipsum dompnum eidem domino nostro regi prestito, inspecto etiam honere dicti Hospitalis et sumptuum que fiunt in dicto Hospitali, nobiles et ignobiles, pauperes et egenos et alios recipiendo et pie hospitando, dictam pecunie summam pro dicta financia nomine et vice dicti domini nostri regis duximus acceptandam et eam a dicto dompno habuimus et recepimus plene et integre numerando ; de qua ipsum dompnum et dictum Hospitale absolvimus perpetuo et quitamus, volentes et auctoritate presentium eidem concedentes quod infra scripta, videlicet redditus, proprietates et possessiones, exitus et proventus sic aquisit[o]s libere tenere possit et ejus perpetuo successores in dicto Hospitali ac pacifice possidere, absque choercione vendendi vel alias extra manum suam et dicti Hospitalis ponendi, retenta in omnibus ejusdem domini nostri regis voluntate. — Res pro quibus idem dominus dompnus finavit sunt hec que secuntur, videlicet : acquisivit idem

diocèse de Rodez, de la baronnie de Calmont, et *scriptor juratus* de l'officialité de Rodez ; coté : Num° III, liasse XXIV, titre 4° ; simple queue de parchemin sceau de lad. officialité disparu.

Digitized by Google

Hospitale terram Aurelle a domino Henrico de Benavento, milite ; — *item* terram Sancti Elegii a domino Begone de Calomonte ; — *item* mansum de Manhaco ab Hectore de la Garda, domicello ; — *item* ea que habet dictum Hospitale in manso de Molenas a Guillelmo de Viniscles, plebeio ; — *item* unum sextarium frumenti ad mensuram Amiliavi et sex solidos Ruth. sensuales in feudo communi domini regis et domini de Severiaco, causa donationis facte ipsi Hospitali per Guillelmum Ramundi, plebeium ; — *item* et mansum d'Olho a domina Esquinta Grossa, nobili, et liberis suis ; — *item* quasdam terre pecias in parrochia ecclesie d'Anglars, in et sub feudo communi domini regis et domini de Severiaco, a Ramundo Guidonis de Severiaco et plus quoddam pratum vocatum del Caire, in eadem parrochia et sub eodem feodo ; — *item* quasdam terre pecias et quosdam census denariorum in feudo domini de Severiaco a Guillelmo de Mayrinhaco, domicello ; — *item* tertiam partem cujusdam prati a Petro de Vezinh, domicello, in parrochia ecclesie de Erinhaco, sub feudo communi domini regis et domini de Severiaco ; — *item* unam vineam a fratre Hugone Maurini et Bernardo, ejus nepote, apud Amiliavum ; — *item* unam domum apud Amiliavum a Guirberto.

Tenor vero littere regie sequitur in hunc modum : Philippus, Dei gracia Francorum rex, universis presentes [litteras] inspectu[ris] salutem. Notum facimus quod nos de discreti nostri senescalli Ruthenensis fidelitate et industria confidentes, damus et concedimus eidem tenore presencium potestatem recipiendi, nostro nomine et pro nobis, in tota sua senescallia Ruthenensi financias de omnibus redditibus et rebus aliis quibuscumque acquisitis et acquirendis [in] feudis et retrofeudis nostris dicte senescallie, a personis ecclesiasticis et ignobilibus et finandi super hoc cum eisdem ipsisque super hoc concedendi litteras confirmandas a nobis, cum super hoc ex parte ipsorum fuerimus requisiti, quod ipsi hujusmodi acquisita per eos extra manum suam ponere vel vendere in posterum non cogantur et omnia alia super hiis faciendi que circa hec fuerint oportuna. — In cujus rei testi-

Digitized by Google

monium presentibus litteris nostrum apponi fecimus sigillum. — Actum Parisius, XVI[a] die febroarii, anno Domini M° CCC° septimo [*16 février 1308 (n. s.)*.]

Datum et actum Ruthene, die veneris post festum Nativitatis Beate Marie virginis, anno Domini M° CCC° octavo. — In cujus rei fidem et testimonium nos senescallus predictus sigillum nostrum presentibus litteris apponi fecimus in pendenti.

267.

1308 [1]. — « Est instrumentum emptionis magistri Geraldi Leyderi ville Spaley, in quo continetur quod anno Domini M° CCC° VIII° dictus Geraldus Leyderi emit a Bernardo de Tolet unum pratum scitum in ripeyria de Gabriaco, vocatum lo prat del Pon; postea emptum a dicto Leyderii per dominum Guilhermum Coderci, priorem de Livinhaco, ordinis honorabilis Hospitalis de Altobraco; et confrontatur ab una parte cum prato Astorgii de Gabriaco et cum via, qua itur de Gabriaco versus Amelhavum, et cum suis aliis confrontationibus, prout in instrumento continetur, sumpto per magistrum Johannem Medici, publicum notarium tunc baronie de Calomonte, et signato hiis licteris DDDDD. »

268.

1309 [2]. — « Est aliud instrumentum cujusdam supplicationis facte per reverendum patrem in Xristo dominum Bernardum, dompnum de Altobraco, nobili domino Anthonio (*sic*), condam, domino de Petra, in quo continetur quod cum dominus de Petra reciperet et levaret in supradicto manso de Brugeyra [3] redditus et proventus datos et assignatos per quemdam Philippum de Besseyria pro dicta cappellania per dictum Philipum legata et data Hospitali de Altobraco, igitur supradictus dominus dompnus supplicavit nobili ac potenti viro domino A., domino de

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 72 (inventaire de 1518), fol. XXXIII v°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 72 (inventaire de 1518), fol. XXXV v°.

3. V. au Supplément l'acte de 1271, coté LLLLL.

Digitized by Google

Petra, quathinus dictum mansum de Brugeyria sibi et dicto Hospitali restitueret. — Qui quidem nobilis, visis et auditis supplicatione ac peticione dicti domini dompni ac instrumento testamenti dicti Philippi de Besseyria, cognovit et voluit dictum legatum fore restituendum, et incontinenti dictum mansum ac redditus et proventus dicto domino dompno tradidit et restituit ac ipsum in pocessionem misit seu quasi, prout lacius videtur in dicto instrumento, sumpto per magistrum Hugonem de Remesia, notarium dicti nobilis et ejus curie, anno Domini [M°] CCC° IX° et signato in dorso hiis licteris MMMMM. »

269.

1310 (n. s.), 7 mars (*nono ydus marcii*). Bozouls [1]. — Vente par Déodat Pons et Cébélie, femme de feu Bernard Pons, du lieu (*castrum*) de Rodelle (*Ruthenula*), à Déodat et Jean *Campanh*, frères, du mas *des Cabrinh*, d'un terroir et d'un pré contigus, dans la paroisse de Saint-Julien, confrontant avec le ruisseau de *Teroet* ou de *Rocolas*, le Dourdou (*aqua Dordonis*) et terre de Raimond de *Melet* relevant du monastère de Bonneval. Prix de vente : 6 livres et 5 sols Rodanois dont quittance ; les immeubles vendus relèvent de l'hôpital des pauvres de Bozouls sous le cens d'un setier de froment, mesure de Bozouls, et de 18 den. Rod., et d'autres 18 den. Rod., *ratione investionis*.

Frère Guillaume *Sabrerii*, commandeur (*preceptor*) dudit hôpital, a approuvé et confirmé ladite vente. — Fait à Bozouls, *in carreria dicti hospitalis*, témoins : Jean *Rausieira*, Etienne *Agaponh*, Déodat Badalhac, Pierre Olric *de parochia de Albiaco Sancta Maria*. Not. recevant : Jean *de Coquo*, not. comtal de Bozouls. Not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. comtal de Bozouls et successeur dudit J. *de Coquo*, par autorité de noble Amalric de Narbonne, chevalier, seigneur de Talleyrand, lieutenant du comte de Rodez et gouverneur du comté de Rodez. — [*Seing manuel du not. expéditionnaire.*]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté H, n° 74 ; H, n° 13.

Digitized by Google

270.

1310, 14 septembre. Le Cambon [1]. — Bail acapte par Hugues *del Jo*, agissant pour lui et pour Jean, son frère, et par Durand d'Albiac, agissant en son nom et comme procureur de Rigald, son fils émancipé, à Pierre Disse et à Bernard Babot, fils de feu D. *Baboti*, par égales parts, d'un pré et d'une terre (*territorium*) contigus, situés à l'affar de *Pon Arnal*, paroisse du Cambon ; ledit pré confrontant avec ruisseau de *Pon Arnal* et lad. terre, dont il est séparé par cinq bornes ; et lad. terre : avec led. ruisseau, terre de B. *Botet*, vignes ou vinhals d'Hugues *Estevenhalh*, de Benoit de *Veulac*, de Jean, Pierre et Déodat *Bresso*, le *bésal* qui descend de la fontaine du Saint-Sauveur (*Sancti Salvatoris*) et le Lot. Censive annuelle : le quint de tous fruits, droit de lods et ventes, 2 sols Rod., 2 gélines à la Saint-André, c'est-à-dire 1 sol Rod. et 1 géline à chacun des bailleurs ; si le pré est défriché, les emphitéotes payeront le quint des blés et retiendront les 2 sols Rod. Droit d'entrée : 20 sols Rod. — Fait *in escura* de Déodat *la Galia*, sise au-dessus du Cambon, dans le champ *dels Carrarissencs*, paroisse du Cambon ; présents : Etienne Devèse prêtre, D. *de Bosco*, W. *del Alauset*, P. *Botet*. — Notaire recevant : Arnald Régis, not. de la baronnie de Calmont. — [*Seing manuel du notaire.*]

271.

1310, 9 octobre. Saint-Chaffre. — *Acte par lequel R. Eracler, abbé de Saint-Chaffre, et Bernard de Sénaret, domp d'Aubrac, décident de faire des prières et des aumônes à la mort de chaque religieux de Saint-Chaffre ou d'Aubrac* [2].

Ad eternam rei memoriam. Nos frater R. Eracler, divina miseratione abbas humilis monasterii Sancti Theotfredi, Aniciensis diocesis, et nos frater Bernardus de Senareto, dompnus Hospitalis de Albraco, Ruth. diocesis, omnibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté Q, et copie informe papier.

2. Doat 135, fol. 58-59, copie d'après l'original. — Abbé Bousquet, *op. cit.*, p. 43. — Abbé Deltour, *op. cit.*, p. 74.

Digitized by Google

quod anno Domini M° CCC° X°, videlicet die jovis post octabas Pentecostes, nobis existentibus in capitulo monasterii supradicti, priore claustrali una cum conventu ejusdem monasterii ibidem, ad pulsationem campane, ut moris est, congregatis, talem ad invicem societatem inivimus et ordinavimus inter nos perpetuam conservandam, ut orationes et elemosine predicti monasterii et dicte domus de Albraco, qualitercumque et ubicumque fiant, inter nos sint communes, et quandocumque obitus abbatis monasterii supradicti denunciatus fuerit in domo de Altobraco, quam citius facultas se obtulerit, sollempne officium pro eo in conventu ipsius domus ab omnibus celebretur et, per septem dies continuos, misse pro eo private celebrentur et plenaria reffectio uni pauperi per dictos septem dies conferatur, sicut ministrari consuevit uni ex fratribus clericis dicte domus; et hoc idem servetur in monasterio supradicto quandocumque obitus dompni seu preceptoris dicte domus de Albraco ibidem fuerit nunciatus. — Vobis vero dilectis fratribus dominis Duranto de Monteamato et Guillermo Sabrerii predicta concessa fuerunt sicut dompno de Altobraco, cum obitus vester nobis fuerit nunciatus. — Pro fratribus vero singularibus monasterii et Hospitalis predictorum, quando obitus ibidem nunciatus fuerit eorundem, solempne officium et missa mortuorum semel celebretur, ut supra dictum est, in conventu et una reffectio, ut supra, octo pauperum pro quolibet tribuatur; et insuper quod prima die feriata post quindenam Pentecostes, secundum consuetudines utriusque ecclesie, sollempne officium pro defunctis fratribus et benefactoribus earumdem, annis singulis, celebretur et unica refectio pro animabus ipsorum, sicut die ipsa ministrabitur in conventu, uni pauperi tribuatur. — In quorum testimonium nos abbas et conventus predicti sigilla nostra presentibus apponi fecimus et appendi. — Datum in dicto nostro monasterio, die sabbati post octabas beati Michaelis, anno Domini M° CCC° X°.

Digitized by Google

272.

1310, novembre. — *Supplique adressée au pape Clément V par certains seigneurs ecclésiastiques et laïques du Rouergue contre Olivier de Penne, de l'Ordre des Templiers, qui voulait faire annexer l'Hôpital d'Aubrac à la maison du Temple de Jérusalem* [1].

Sanctissimo ac clementissimo patri domino suo domino Clementi, divina Providentia sacrosancte ac universalis ecclesie Summo Pontifici, ejus devoti fideles et humiles filii, quorum sigilla inferius sunt appensa cum expressione nominum eorumdem, pedum oscula beatorum. — Cum religiosam vitam eligentibus congrua Beatitudinem vestram oporteat, Pater sanctissime, consideratione prospicere ne cujusdam necessitatis occasio aut desides faciat aut robur, quod absit, eorum co[nvers]ationis infringat, deceatque clementiam vestram sacram religionem plantare et plantatam fovere, et nusquam hoc melius exequatur quam si ea, que recta sunt, nutriat et que profectum virtutis impediunt corrigat, prout canonica veritas Sanctitatis vestre impressa scrinio, quam inconvulsis radicibus apud Sedem Apostolicam servat antiquitas, attestatur, sumit inde parvitatis nostre imbecillitas, etsi nos altitudo sublimitatis vestre exterreat, fiduciam cum omni devotione et reverentia hec scribendi. Noscat itaque Beatitudo vestra, Pater sanctissime, ad nostrum et pene omnium cumpatriotarum nostrorum pervenisse auditum fratre[m Olivarium de Pena], militem Templariorum, vestre clementie cum instantia supplicasse ut de ordine Templi ad ordinem Hospitalis Beate Marie pauperum de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruth. diocesis, transferatis, eandem administrationem et regimen dicti Hospitalis committendo eidem, amoto exinde dompno per quem in presentiarum Hospitale regitur memoratum : verum, quamquam nos et ceteri, qui profunditatem sapientie cir-

1 Doat, 135, fol. 60-66, copie d'après l'original [coté KKKK, avec les sceaux des signataires] — Hist. de Languedoc (édit. Privat), t. IV, p. 89. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 1 (Mémoire du 30 novembre 1694), pp. 13, 32.

Digitized by Google

cumspectionis Beatitudinis vestre, Pater sanctissime, a primis auspiciis sublimitatis vestre experti fuimus, nullatenus arbitremur Sanctitatem vestram supplicationem dicti fratris Olivarii admissuram, nichilominus tamen ne suggeri possit talis falsitas vel supprimi veritas ex qua clementie vestre animus ex facti posset ignorantia circumduci, significare curamus : dictum Hospitale situm esse in montuosa, frigida ac solitaria regione, per quam frequens et continuus habetur transitus peregrinorum et pauperum, nobilium et etiam aliorum, quibus de bonis Hospitalis predicti secundum status eorum exigentiam et voluntatem absque delectu largiflue providetur, quam quidem provisionem refugere nequeunt cum in convicinio victualia et locum alium in quo caput reclinare valeant nequeant reperire ; in ipso etiam Hospitali degunt circa sex viginti fratres tam milites quam alii, qui, ut in pluribus, cum in eorum patria et inter eorum amicos, propter diversos fortune eventus, convenienter vivere nequeant et mendicare erubescant et probate vite existant, pietatis intuitu aluntur, recipiuntur et sustentantur ibidem ; et consimile in sororibus nobilibus et aliis non suspectis honesteque conversationis, que seorsim commorantur a fratribus, observatur ibidem ; omnesque fratres et sorores predicti victu et vestitu simplici, secundum conditionem patrie, sunt contenti, quidquid ex laboribus et industria eorumdemque nutrimentis animalium possunt acquirere, Hospitali acumulantes predicto, in usus hospitalitatis premisse, prout antiquitus servatum est, expe[n]ditur a superiore eorum, qui *dompnus* est vulgariter appellatus, et est presbiter, curam et administrationem gerens fratrum, sororum et Hospitalis predictorum et eorum que ad ipsum Hospitale spiritualiter et temporaliter pertinere noscuntur ; et quamquam hactenus multi fuerint boni gubernatores Hospitalis predicti, religiosus vir dominus Bernardus de Senareto, presbiter, in ipso Hospitali ab infant[ia] nutritus, vir simplex et rectus ac timens Deum, cui vite, honeste conversationis et competentis scientie ac alia probitatis merita suffragantur, qui ex nobili prosapia est exortus, in spiritualibus et temporalibus

Digitized by Google

plurimum circunspectus, a tota patria dilectus et congregatione dicti Hospitalis tanquam sufficientior canonice electus et per suum Ordinarium confirmatus, non minus est ejus antecessoribus commendatus nec minus reputatur utilis et sufficiens gubernationi et regimini Hospitalis prefati, cujus amotio et antiqui status et soliti Hospitalis predicti immutatio que totam patriam contingere noscitur, magnam, Pater sanctissime, procul dubio in ipsa patria commotionem non sedandam de facili et scandalum generaret, maxime propter conditionem fratris Oliverii supradicti, qui contra se et ordinem Templi tam nefanda et horribilia coram Sanctitatis vestre presentia sponte et voluntarie ac solempniter est confessus, prout fere ad omnium nationum noticiam est deductum ejus suspectum et diffamatum consortium taliter, mutante statu suo et dicti ordinis Templi, nundum Hospitale hujusmodi et montana, verum etiam totam patriam convicinam Templariorum labe inficere crederetur et maximum in cordibus omnium fidelium scandalum generaret, nec nutrita in pompa Templariorum ejus nobilitas cum simplicitate et duritate fratrum et sororum Hospitalis hujusmodi concordaret, neque successus parere prosperos crederetur; quinimo ex [hoc] tota fidelium devotio religionis et hospitalitatis observatio ac nervus discipline ecclesiastice protinus, prout firmiter credimus, sub ejus regimine et consortio deperirent et nominis vestri atque sacrosancte Romane ecclesie immaculata gratia ac paterna providentia ex provisione hujusmodi fedaretur, cum culpe sint in quibus culpa est relaxare vindictam, dignumque sit ut male meriti egestate laborent et ea que in Deum commissa sunt non sint ab ejus vicario facile remittenda et ad vindictam Creatori illate injurie universa armari debeat creatura, multisque grassantibus in tam enormibus flagitiis, in quibus ratione multitudinis vel consuetidinis non excusatur quisque a culpa, exemplo opus sit, nec bene gubernantibus, unde premium et meritum meruerunt, absque culpa penale ac ignominiosum dispendium afferri ; in antiquisque rebus mutandis et novis constituendis evidens utilitas apparere debeat, discordiamque novitates pariant, prout ves-

Digitized by Google

tra clementia non ignorat ; — quamobrem, Pater clementissime, solitam vestram clementiam, quanta devotione ac affectione possumus, flagitamus communi omnium voto de patria proloquentes quatenus, dicti fratris Olivarii supplicatione rejecta, prefatum Hospitale permittatis per dictum fratrem Bernardum in statu solito antiquo et debito salubriter gubernari, religiosam vitam in ipso Hospitali ducentibus in hoc paterna sollicitudine providentes plantatamque in ipsis religionem faventes, ne immutatio dextere Excelsi desides in divino obsequio eos faciat aut robur conversationis et fidei eorumdem infringat, ad instar Patris misericordiarum cujus vices in terris geritis, simplicitati nostre et imperitie ignocentes, qui os ponentes in celum propter communem patrie et dicti loci e[x] predecessorum nostrorum opibus fundati utilitatem, urgente devotione ac cujusque nostrum conscientia, talia vestre celsitudini, quam conservet Altissimus, presumpsimus intimare. — Datum mense novembris, anno Domini M° CCC° X°.

B. de Armanhaco, Fezensiacensis et Ruthene comes. — Cecilia, Ruthene, de Armanhaco et Fezenciasensis comitissa. — Comes Convenarum. — Vicarii Ruthenensis episcopi, in remotis agentis. — Abbas Bonecumbe. — Capitulum ecclesie Beate Marie Ruthene. — Guido, dominus de Severiaco, miles. — Arnaldus de Landorra, miles, dominus de Solmiech. — Ramundus, dominus de Stagno, miles. — Guillelmus de Cardailhaco, domicellus, condominus de Monbru. — Bertrandus de Balaguerio, domicellus, condominus de Capdenaco. — Deodatus, dominus de Caslucio, domicellus. — Marquesius, dominus de Canilhaco, miles. — Guillelmus de Barreria, domicellus, dominus de Castronovo. — Abbas Bonevallis. — Et nos senescallus Ruthenensis, fama publica referente et opinione baronum et nobilium Ruthenensium intellecta, sigillavimus in testimonium premissorum. — Et nos judex major Ruthenensis domini nostri regis, attentis his que publice dicuntur de premissis, sigillavimus in testimonium eorumdem. — Abbas Conchensis. — Guillelmus de Dumis, canonicus Bituricensis, clericus domini nostri regis, ad partes Alvernie et Ruth[inii] pro reformatione patrie per dictum domi-

Digitized by Google

num nostrum regem destinatus. — Astorgius de Aureliaco, miles. — Et nos frater Helias, dictus abbas Loci Dei, Cisterciensis ordinis, Ruth. diocesis, auditis et inspectis his que publice ac communiter dicuntur per totam diocesim Ruthene de premissis, sigillavimus in testimonium eorundem.

273.

1310, novembre. — *Supplique sur le même objet adressée à Bérenger, évêque de Tusculum, et à Pierre, évêque de Préneste, délégués du Saint-Siège* [1].

Reverendissimis in Xristo patribus, dominis suis carissimis dominis Berengario, Dei gratia Tusculanensi, et Petro, eadem gratia Prenestrino episcopis, humiles et subjecti sui, quorum sigilla inferius sunt appensa cum expressione nominum eorum, cum omni reverentia et honore. Seipsos ad hoc Omnipotens nobis pre ceteris eminentissime discretionis et scientie prebuit margaritam ac vobis honoratissimarum urbium diocesum primo tradidit presulatum et demum ad maximam partem sollicitudinis in supremo culmine assumpsit, ut sicut fuistis et estis sol hujus terre et totius Occitane Lingue luminaria et lucerne, sic et sitis omnium presidium, refugium et tutela. Noveritis igitur, reverendissimi Patres et domini, [quod] ad nos relatione multiplici [pervenit] supplicatum fuisse cum instantia sanctissimo patri et domino nostro Summo Pontifici quod fratrem Olivarium de Penna, militem Templariorum, transferat ad Hospitale pauperum Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, diocesis Ruthenensis, et regimen et administrationem ejusdem Hospitalis tradat eidem, et quod idem dominus noster Summus Pontifex negotium ipsum Paternitati vestre, in qua plus aliis discretionis, scientie, sapientie et legalitatis reperit, audiendum et ordinandum commisit : et licet petitionibus hujusmodi Paternitatem vestram non credimus nec speramus prebituram assensum, nec ipsum dominum nostrum

1. Doat, 135, fol. 67-72, copie d'après l'original. — *Arch. dép. de l'Aveyron*, G. 406, copie informe papier, cotée n° 16, faite sur l'original, coté III, et portant les sceaux des signataires. — Cf. abbé Bousquet, *op. cit.*, p. 45 ; abbé Deltour, *op. cit.*, p. 70.

Digitized by Google

Summum Pontificem hoc aliquatenus concessurum ; quia tamen tam ejus Sanctitas quam vestra Paternitas posset ex ignorantia facti decipi et ex petentis infestatione et importunitate moveri, — cum sepissime fallat peritissimos error facti, — vobis, Patres reverendissimi, in quibus totam spem posuit totius Occitanie Lingue clerus et populus universus, cum reverentia pro veritate notum facimus quod predicto Hospitali, juxta ipsius instituta et privilegia, preest quidam presbiter, nobilis genere, in ipso Hospitali ab adolescentia nutritus sub disciplina et habitu regulari, vir simplex et rectus ac timens Deum et recedens a malo, qui fratrum ipsius Hospitalis curam gerit, qui a collegio fratrum fuit electus canonice et a vicariis Ruthenensis ecclesie, ipsa vacante, solempniter confirmatus ; suntque in ipso Hospitali et ejus membris et grangiis centum et viginti fratres et ultra ; et in ejus membris hospitalibus pauperum sorores, matrone antique pro servicio infirmorum, seorsim tamen a fratribus commorantes ; per ipsum etiam Hospitale, situm in loco frigido, horroris et vaste solitudinis fit multus, frequens et continuus transitus viatorum, equitum et peditum, nobilium et plebeiorum, divitum et pauperum qui, ut plurimum, de ipsius Hospitalis bonis helemosinam aut aliam provisionem recipiunt et habent recipere, cum non inveniant victualia aliqua alibi in propinquo, et in ipso omni petenti larga elemosina erogatur, ac sine personarum delectu omnes illuc convenientes ad hospitalitatis et convenientis procurationis gratiam recipiuntur ; in eodem etiam Hospitali recipiuntur et consueverunt recipi in fratres, milites et nobiles, pauperes ac senes et debiles, quibus proprie non subpetunt facultates, qui laborare nequeunt et erubescunt mendicare, et hii quidem ex pietate recipiuntur ibidem, non propter nobilitatem generis, set propter paupertatem et inopiam, senectutem et dibilitatem ipsorum, et in hoc ipsum Hospitale et nostrum et commune toti huic patrie reputamus ; nec est inter fratres in ipso Hospitali morantes aliquis habens dignitatem vel personatum preter dompnum, qui raris et parcis expensis contentus, cum magna vite et gestus simplicitate locum ipsum re-

Digitized by Google

git laudabiliter et gubernat, habens ad distribuendum quendam fratrem simplicem cellararium, qui de mensa fratrum hospitalitati et helemosine in propria persona providet et curat ; et, si modus vivendi mutaretur ibidem, necessario fraudaretur helemosina et hospitalitas tolleretur, pro qua servanda predecessores nostri Hospitale ipsum suis munificentiis dotaverunt ; et quoniam si prenominati Templarii petitiones exaudirentur, videmus in patenti fratrum loci, prelatorum, nobilium ac popularium terre scandalum, et timemus subversionem status ipsius Hospitalis et evidens detrimentum, cum idem miles sit homo juvenis et nobilis, inter pomposos et olim alti status homines, in deliciis a juventute nutritus, loci conditionem, mores, statum et regulam inexpertus. Ad reverendissimam Paternitatem vestram cum timore ac confidentia recurrimus, humili instancia supplicantes ut rectam intentionem nostram, que ad scribendum Paternitati vestre nos inducit, admonet et compellit super premissis, que imperite scribimus, admittentes et dictis Hospitali, dompno, fratribus ac toti patrie compatientes, eos in bono statu in quo sunt teneatis et servetis et procuretis teneri. De ordine Templi loqui omittimus, presertim quia dictus miles multis ex nobis est consanguinitate conjunctus, ejusque sine alterius injuria vellemus comodum et honorem, multique etiam in ipso ordine, si ordo est, habemus consanguineos et affines, set tamen nolumus videre abominationem desolationis stantem in loco sancto, de qua loquitur Dominus in Matheo [1], recitans vaticinium Danielis. Paternitatem vestram, columnas sancte ecclesie et candelabra radiantia, bene custodiat, servet et dirigat Omnipotens ad sui gloriam et honorem. — Datum mense novembris, anno Domini M° CCC° X°. — [*Suivent les signatures données à la fin de l'acte n° 272, dans un ordre différent.*]

1. Saint Math., XXIV, 15. — Dan., IX, 27.

Digitized by Google

274.

1310, novembre. — *Supplique sur le même sujet adressée au roi Philippe IV* [1].

Serenissimo principi domino suo domino Philippo, Dei gratia Francorum regi superillustrissimo, fideles sui, quorum sigilla inferius sunt appensa cum expressione nominum eorumdem, cum sui recomendatione seipsos ex fidelitate et affectione qua corone regie sumus astricti, pro cujus honore et commodo non formidaremus terram et res exponere ac personas, assumimus in nobis audaciam cum confidentia ut in supervenientibus nobis negociis, in quibus nos sufficere dubitamus, ad vestre regalis clementie presidium recurramus. Noveritis igitur, princeps clementissime, ad nos relatione multiplici pervenisse quod, licet vestra sublimitas Templariorum perversitatem in parte extirpaverit et eorum nefanda deduxerit in lucem, veritate et justicia mediante, ad nos tamen multiplici relatione pervenit supplicatum fuisse cum instancia Summo Pontifici quod fratrem Olivarium de Pena, militem Templariorum, transferat ad Hospitale pauperum Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, diocesis Ruthenensis, et regimen et administrationem ipsius Hospitalis trad[at] eidem, et quod idem dominus papa negotium ipsum reverendis patribus dominis Tusculi et Prenestrini episcopis audiendum et ordinandum commisit ; nos igitur, timentes in his nobis et nostris ac toti terre parari prejudicium et gravamen, compellimur ad subsidium regalis clementie recurrere ac exponere ipsius Hospitalis statum, quod vestra celsitudo nuper ex pietate recepit sub protectione et garda speciali, ex quo dompnus non ingratus impensi beneficii deputavit per imperpetuum unum fratrem presbiterum, qui celebret omni die in altari, quod ibi construxit in honorem beati Ludovici, pro vobis et vestris liberis et predecessoribus vestris vivis et defunctis et pro incolumi et prospero statu regni [2] ; et ut ad hec que supplicamus in-

1. Doat, 135, fol. 73-77, copie d'après l'original, [coté LLLL, avec les sceaux des signataires.]

2. V. l'acte n° 261.

Digitized by Google

clinetur facilius regia celsitudo, pro vero sta[tu]tum vobis significare curamus : dictum Hospitale situm esse in loco montanoso, frigido et solitario, ab hominum separato convictu, per quem frequens et continuus fit transitus equitum et peditum, peregrinorum et pauperum, quibus sine delectu de bonis ejusdem Hospitalis non solum large elemosine largiuntur imo conveniens procuratio exhibetur ; et quod ipsius Hospitalis gubernatio geritur, juxta morem anticum, per quemdam presbiterum, virum utique religiosum, providum et discretum, vite simplicis et conversationis honeste, in spiritualibus et temporalibus quam plurimum circunspectum, per fratres ejusdem Hospitalis concorditer et canonice electum et per vicarios ecclesie Ruthenensis, ipsa vacante, rite et solemniter confirmatum, qui preest fratribus et sororibus ejusdem Hospitalis et ipsorum etiam curam regit ; et quod in ipso Hospitali sunt plus quam sex viginti fratres, milites et alii valetudinarii, senes et inopes, ibi non propter nobilitatem vel divitias recepti, set pocius propter eorum inopiam sublevandam ; sunt etiam multe sorores, senes et vetule, non suspecte, seorsim tamen a fratribus commorantes ; necnon et donati propter dictorum fratrum servitium ; quibus omnibus facultates Hospitalis predicti non possent sufficere nisi qui preest, qui *dompnus* vocatur, expensas delicatas, pomposas et superfluas resecaret. Ex quibus liquet, princeps serenissime, quod dicti Templarii et dicti Hospitalis tam in habitu quam in officio magna diversitas est : illi enim nobilitas generis, delicata vita, pompositas et eminencia conditionis, status ; istis autem simplicitas, oratio et labor manuum et parcitas victus, unde timemus et merito quod si dictum Templarium, quod absit, transferri contingeret ad Hospitale predictum, dissolvatur religio, tollatur hospitalitas et elemosina defraudetur, ut de scandalo taceamus, quod erit, si ille, qui damnate religionis communiter creditur, tam subito tali et ta[nto (?)] pro regimine preferatur. — Quamobrem ad regiam magestatem cum confidentia recurrimus, humili instantia supplicantes, ut rectam intentionem nostram, que ad scribendum vestre celsitudini nos inducit, admonet et compellit super premissis, que tam

Digitized by Google

pro honore Dei quam vestro et nostri et patrie commodo scribimus, dignetur domino Pape scribere et predictis cardinalibus non ad hec tam damnosa nobis et nostris et patrie et tam perniciosa exemplo proced[ere]. De abominationibus ordinis Templi non audemus inserere, que ad hoc impediendum debent movere regiam magestatem, quia dictus miles multis ex nobis est consanguinitate conjunctus et quasi omnes habemus inter Templarios consanguineos et affines ; set tamen nullo modo volumus videre abominationem desolationis stantem in loco sancto, de qua loquitur Dominus in Mateo [1], recitans vaticinium Danielis, quia tunc in proximo futurus creditur finis mundi. Bene et diu valeat regalis sublimitas et magestas, quam custodiat, firmet et augeat Altissimus in eternum. — Datum mense novembris, anno domini M° CCC° X°. — [*Suivent les signatures données à la fin de l'acte n° 272, dans un ordre différent.*]

275.

1310 [2]. — Bernard et Guillaume *de Pogeto*, frères, du mas d'Arbis, pour eux et au nom des enfants de Hugues et de Ramond *de Pogeto*, frères, du consentement du sieur Ramond *Gaufredi*, ont reconnu tenir de Pierre *del Tarnesca*, neveu dud. sieur Ramond *Gaufredi* : le champ *de Podio Serres*, *de podio de la Roda*, le champ *de Putanesca*, un champ ou faisse, sis au lieu de *las Fayssas*, le champ *de Ponte et alia plenius expressata et confrontata in instrumento olim facto super accapito et recognitione census unius modii frumenti* [3], sous le cens annuel, *pro predictis*, de la troisième partie d'un muid de froment, *in quo sunt sunt XVI^cim sestaria ad mensuram Amiliavi*. — Acte pris par Etienne *Maurelli*, expédié par Guillaume *Bruguerie* et coté QQQQ.

1. St Math., XXIV, 15. — Dan., IX, 27.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 27 r°.
3. V. l'acte n° 122.

Digitized by Google

276.

1311 (n. s.), 23 janvier. — *Lettres d'amortissement accordées à Bernard de Sénaret, domp de l'Hôpital d'Aubrac, par le commissaire du roi* [1].

Universis presentes litteras inspecturis Guillelmus de Dumis, clericus domini nostri regis Francie, pro ipso in senescallia Ruthenensi ad corrigendum exessus [subditorum et ad] alia deputatus, salutem in Domino. Noveritis quod cum frater P. de Solatgio, ordinis Beate Marie de Altobraco [...], nomine procuratorio et ad opus domus Altibraci emisset de P. de Bazalgeta, precio occies mille et sex solidorum bonorum Turon., ea que inferius exprimuntur, videlicet : mansum de Cazanholieyra[...], francum et liberum, et campum de Macafava ; — *item* quemdam ortum confrontatum cum area [... ; — *item*] alium ortum juxta rivum de Layssaco ; — *item* censum quem dictus venditor tunc habebat in quodam orto, [quem tenebat] in emphiteosim Hugo Barreria ; — *item* tres domos sitas in castro de Layssaco et quamdam petiam terre sitam in Tirabudel ; — *item* alium campum vocatum Canilhas et medietatem pro indiviso cujusdam prati, quam idem venditor habebat cum magistro B. de Monmeja, et campum vocatum [de la Prada, et quicquid] habebat idem venditor in affario de las Planhas, et pratum del [Bruelh (?)..] ; — *item* unam libram cere annualem in prato de las Filholas, in parrochia de Severiaco Ecclesie, et affarium de Fenivolp in parrochia d'Arcas, et quoddam pratum et quoddam nemus vocata de la Sumena, sita in parrochia de Erinhaco ; — *item* unam peciam terre sitam in parrochia de Palmas et jus quod habebat idem venditor in molendino de Manso ejusdem parrochie ; — *item* jus quod habebat contra B. Geraldi, ratione campi de Toelhas, et quicquid juris habebat dictus venditor in castro et mandamento predicto et pertinenciis ejusdem ; nosque peteremus financiam pro predictis, et religiosus et venerabilis vir frater Bernardus de Cenareto, dompnus Altibraci,

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *vidimus* parch., en mauvais état de conservation. V. l'acte n° 326.

Digitized by Google

se diceret non teneri finare pro quibusdam predictorum, videlicet : pro dicto molendino de Manso et campis et prato de la Comba de Jou[... et] campo del Rocadel, facto de las Planhas et affario de Fenivolp, [quia...] domini, de quibus dicebat ei teneri, solebant eum admittere ad predi[cta...] investire [...] ; de aliis pre[dictis debeba]t nobis, nomine et ad opus domini nostri regis, pro financia [...] libras Turon., quam financiam admisimus et quam summam peccunie magister Egidius de Verunis recepit pro nobis, ut nobis constitit per litteras sigillo ipsius sigillatas et ex habundanti per confessionem ipsius. Unde ipsum dompnum et suos successores et dictam domum in perpetuum de predicta financia quittamus, jure admortizandi salvo in predictis domino nostro regi. — Datum sub sigillo nostro in testimonium premissorum, die sabbati post festum beati Vincentii, anno Domini millesimo CCC° decimo.

277.

1311, 27 mai. Prades-d'Aubrac. — *Vente faite par D. de Golescas et Ramonde, sa femme, à l'Hôpital d'Aubrac, d'une vigne située à Mandailles* [1].

Notum sit universis... quod ego Deodatus de Golescas et ego Ramunda, uxor dicti Deodati, de consensu et licentia ipsius mariti mei, nos ambo conjuges insimul... vendimus, cedimus... precio C et V solidorum Ruth. bonorum et bene percurribilium vobis fratri B. Balmas, ordinis Hospitalis Beate Marie de Altobraco, presenti, ementi... nomine dicti Hospitalis, videlicet : quandam vineam nostram, quam habemus... in parrochia de Cambone, prout dicta vinea confrontatur cum vinea G. de Golescas et cum carreria, qua itur de castro de Mandalhlis versus Bondilo, et cum vinea Guillelmi Aybeli et cum vinea Hospitalis et si qui alii sunt confines... Dictum vero precium confitemur et recognoscimus nos dicti conjuges a vobis dicto fratre B., nomine quo supra, habuisse et numerando recepisse nomine et ex causa

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*, H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : R., Num. V, liasse XXVIII, titre 8°.

Digitized by Google

dicte venditionis.., certificantes vos quod dicta vinea dat et dare debet dicto Hospitali quartam partem racemorum annuatim ibidem excrescentium. — Actum apud Pradas, anno Domini M° CCC° undecimo, die jovis ante festum Pentecostes. — Testes fuerunt ad hec vocati et roguati : Bernardus Canta, serviens de Mandalhlis, Guillelmus de Veulaco, B. Manhas, Bartholomeus Massabuous et magister Durantus Riquerii, notarius dicti Hospitalis, qui... [*ut supra, p. 428*]. — [*Seing manuel du notaire suppléant*].

278.

1311, 24 juin. Rascoles [1]. — Bail acapte par B. Coste, chanoine de Montsalvy et recteur de *Tredor*, agissant au nom de son église, à Guillaume de *Marriehs* et à Béatrix de l'Olmet, d'un terroir, sis *el Causse*, *contra podium de Massaca*, confrontant avec terre de Guirbert *Targa* damoiseau, terre du seigneur de *Bussuejol*, chemin du mas de *Variis* au mas *dal Brufol* et terre de l'église de Trédou, tenue par les hommes de *Caldagosa*. Censive annuelle payable à la saint Michel : 2 setiers froment, 2 set. avoine avec ventes. Droit d'entrée : 50 sols Rod. — Fait *in via publica*, *qua itur castri de Veireriis apud ecclesiam de Tredor*, *prope mansum de Rascoles*, présents : Guirbert *Targua*, damoiseau, Radulphe de *la Gresa* damoiseau, Ramond de Baldrigues prêtre, P. *del Fau* prêtre, Jean Delmas, Jean *des Torns*. Notaire recevant : Mathieu *de Altis Ripis*, not. royal. — [*Seing manuel du notaire.*]

279.

1311, 2 octobre. La Gaillolière [2]. — Bail acapte par frère P. de *Solatge*, religieux et procureur de l'Hôpital d'Aubrac, à Durand, Gérald et Pierre Rainès, frères, du mas de *la Galholieira*, paroisse de Laissac, *preterquam terras meliores quas nobis retinemus* ; — de toutes les possessions dudit mas, situées sur les paroisses de Sévérac-l'Eglise et d'Ayrinhac, à l'exception cependant de la moitié d'un pré que

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. sans cote.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : MM, n° 317, VIc IIII^{XX} VIII, — V, l'acte n° 276.

Digitized by Google

led. Hôpital possède par indivis avec Mᵉ R. *de Monte Mejano, in ingressu rivi de Layssaco* [*in*] *flumen Avarionis*, et d'une terre *in cause Roszer*, dont cinq parties appartiennent audit R. *de Monte Mejano* ; — d'une maison à Laissac, confrontant *cum* [*furno*] de Laissac, voie publique et maison dudit Hôpital et de Jean de *Mossauro* ; — du bois et pré de *la Sumena*, confr. avec ruisseau de *la Sumena*, bois *del Caslar*, mas *dels Mainels*, bois de *Calve, delz Romorz* de Laissac ; le jardin et autre jardin clos contigus du mas de *la Galholieira*, confrontant avec chemin dudit mas *ad vadum de Macafava* et chemin du mas *del Loc Dieu ad dictum vadum de Macafava*, sont francs de tout droit de quart et de quint ; il en sera de même d'un autre jardin, *usque ad unam cartaladam terre, quem ortum concedimus vobis el Cambo, a parte rivi de Laysaco* ; — de la quatrième partie de la pagésie du territoire de *Las Planhas e de Las Costas, prout tenebamus ab uxore D. de Madocs condam. Dictum vero acapitum vobis damus de dicto manso de la Galholieira et de toto jure et de omnibus que tenebat S. de Mossauro condam et Yszabels, ejus uxor, exceptis superius exceptatis et inferius retentis.... precio C librarum Ruth..., et vos et vestros investimus per traditionem clavium dicti mansi.* Le bailleur fera confirmer le présent acte par l'Hôpital d'Aubrac. Restent réservés à l'Hôpital : deux maisons, *in castro de Laysaco*, un jardin, *ad rivum Batier*, et tous les cens qui étaient dus audit feu R. *de Mossauro, plus factum de Fenivolp*, le casal avec la cour et le jardin joignants, sis audit mas et confrontant, d'une part, avec chemin de Laissac à *la Galholiera* et de tous les autres aspects, *am los Cambos*. Les preneurs cultiveront les possessions acensées comme il convient, *vel nos faceremus eas excoli* ; les pailles et les foins se consommeront aud. mas. *Retinemus nobis el dicto Hospitali cassam cuniculorum in dicto manso, volumus tamen quod si canes vestri caperent cuniculos a cass*[*a*] *in dicto manso, volumus quod illos cuniculos posselis comedere sine pena aliqua.* Les lods sont à la charge des preneurs, qui les payeront à qui de droit. Sont aussi réservés le jardin et le clos que l'Hôpital a achetés de Barthélemy *del Solie*. Les cens, légats, tailles et toutes au-

Digitized by Google

tres charges grevant ledit mas seront payés par les preneurs. *Retinemus in dicto manso... expleclam, tociens quociens dictum Hospitale tallians generaliter alios homines dicti Hospitalis et aliter non.* Le cens du moulin *de Manso et petiam terre de Interaquis* reste réservé. Cens annuel : le quart des fruits sur les terres dudit mas et *in facto de la Sumena*, les prés, les jardins et le clos exceptés, *et in dicto manso et in omnibus que tibi damus in acapitum que non tenemus ab aliquo ad censum seu ad quartum* : 4 livres Rod., un setier d'avoine et deux gélines de cens annuel à la St-André ; avec lods et ventes, *de quolibet solido unum denarium.* — Fait au mas de *la Galholieira*, présents : R. de *Solatge*, Jean et Pierre de *Valelhas*, Hugues Riols *fabri*, Jean Lodet, Guillaume Vitalis. Not. recevant : R. *de Monte Mejano*, not. de la châtellenie et mandement de Laissac pour Gui, seigneur de Sévérac et du Laissazès, chevalier. — [*Seing manuel du notaire.*]

280.

1312, 3 avril. Mas de « Senheriis ». — *Acte par lequel A. de Peyre et les exécuteurs testamentaires de son père et de A., son grand-père, assignent une rente à payer à l'Hôpital d'Aubrac sur le mas de « Senheriis »* [1].

Incarnationis Dominice. Anno Ejusdem M° CCC° XII°, domino Philippo, rege Francie, regnante et domino Guillelmo, Mimatensi episcopo comiteque Gabalitani existente, videlicet III° nonas aprilis. Noverint universi... quod reverendus et religiosus vir [pater] et dominus [Bernardus], Dei gratia dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, pro se et conventu dicti Hospitalis requisivit nobilem et potentem virum dominum A., dominum de Petra, militem, et fratrem Poncium, gardianum conventus Fratrum Minorum Marologii, et fratrem Petrum de Luc[o], priorem conventus Fratrum Predicatorum Marologii, executores testamentorum nobilium et potentum virorum dominorum de Petra quondam, videlicet avi et patris dicti nobilis domini de Petra, qui nunc est, (ut) quod XXX[a] solidi

1. Doat 135, fol. 78-82, copie d'après la grosse originale. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 72, fol. XVIII v° (Sommaire en latin, coté UUU.)

Digitized by Google



RUINES DE L'ABBAYE D'AUBRAC. Intérieur de l'église : Débris du jubé.
D'après TAYLOR, 1833

Digitized by Google

Digitized by Google

Turon., quos legavit dicto Hospitali et conventui ejusdem annuatim perpetuo censuales dominus A., dominus de Petra quondam, avus dicti nobilis, pro ultimo testamento seu sua ultima voluntate seu dispositione ; — *item* et L[a] solidi dicte monete, quos legavit dicto Hospitali et conventui ejusdem annuatim censuales, suo ultimo testamento seu sua ultima voluntate, et dominus de Petra quondam, pater dicti nobilis, quod certo loco assignaret dicta legata dictus nobilis ; et dicti executores, gadiatores testamentarii, attendentes requestam sive requisitionem dicti domini dompni fore justam, repertis dictis legatis in dictis testamentis, ut dicebant, volentes providere animabus dictorum testatorum ac etiam saluti animarum suarum, bona fide, sponte, scienter ac provide, certi de facto et de jure certiorati, dictus nobilis, pro se et heredibus suis et rei successoribus, et dicti executores testamentaria potestate et eorum quilibet, prout melius valet et valere poterit in futurum, ad utilitatem et commodum dicti Hospitalis assignaverunt, assiderunt et tradiderunt seu quasi dicto domino dompno, presenti et recipienti pro se et dicto conventu, dictos XXX[a] solidos et L[a] solidos dicte monete annuatim censuales, habendos, tenendos et percipiendos a et cum pagesiis seu hominibus mansi de Senheriis, parrochie ecclesie beati Martini del Fau, videlicet cum Guillelmo Martini, Petro et Duranto, ejus fratribus, XIV solidos et VI denarios pro manso dels Salhens et X sol. dicte monete pel Rochat Laneyr ; — *item* cum Duranto Saruti, Esperta dal Vestit, B[a]rtho[lo]meo Saruti et Bernardo Saruti, XL[a] sol. Turon., pro dicto manso dels Salhens. Et predictam peccunie quantitatem debent solvere homines supra scripti anno quolibet, in mense maii ; — *item* cum Stephano Passas, XII den. Turon., pro grangia quadam posita in dicto manso, in festo beati Michaelis exsolvendos ; — *item* cum [dicto] Guillelmo Martini, V sol. Turon. pro boatgio, in dicto festo beati Michaelis persolvendos [1]. Qui quidem dictus nobilis dedit in mandatis dictis pagesiis

1. *Le reg. n° 72 ajoute : item* cum dicto Petro Martini V sol. Turon. pro boatgio etiam in dicto festo exsolvendos ; *item* cum dicto Duranto Sarruti IV sol. et VI den. Turon. pro boatgio etiam in dicto festo beati Michaelis exsolvendos.

Digitized by Google

seu hominibus ut perpetuo solvant et solvere teneantur et heredes et successores ipsorum pagesiorum et rei successores in dicto manso predictum censum, quilibet ipsorum pro rata, dicto domino dompno et conventui dicti Hospitalis ; et si etiam quandocumque dictum Hospitale ex quacumque causa a dictis pagesiis seu suis hominibus aut rei successoribus in dicto manso dictum censum seu dicte peccunie summam habere non poterit, voluit et concessit idem nobilis et dicti executores quod dictus mansus cum suis pertinentiis ac redditus, fructus, exitus et proventus ipsius mansi sint perpetuo pro dicto censu annuo dicto Hospitali efficaciter obligati et ypothecati ad habendum et percipiendum anno quolibet dictum annuum censum et perpetuo possidendum... [*Formules de droit*]... — Et incontinenti, dictus dominus dompnus, pro se et conventu dicti Hospitalis, promisit bona fide dicto nobili et executoribus predictis stipulantibus et recipientibus constituere et assignare duos fratres presbiteros dicti Hospitalis, qui perpetuo celebrent in dicto Hospitali pro animabus dictorum testatorum et dicti nobilis et predecessorum et successorum ejus ; quos presbiteros vult idem dominus dompnus perpetuo percipere dictum annuum censum. — Fuit etiam actum, conventum et in pactum deductum inter dictos nobilem et dominum dompnum quod idem nobilis et sui heredes et successores debeant, possint et eis licitum sit presentare dictos duos presbiteros fratres qui habebunt dictum annuum censum ; et illos, quos ipse nobilis et sui successores presentaverint eidem domino dompno, idem dominus dompnus teneatur accipere et receptare et eis conferre dictum annuum censum. — Quibus sic peractis, incontinenti, dicti homines sive pagesii et eorum quilibet, mandato ipsius nobilis, nomine suo et suorum heredum et rei successorum, videlicet : dicti Guillelmus Martini, Petrus et Durantus, ejus fratres, pro XXIV solidis et VI denariis censualibus ; et plus idem Guillelmus, pro V sol. dicte monete pro boatgio ; et dictus Petrus, pro aliis V sol. Turonensibus pro boatgio ; item Durantus Saruti, Esperta dal Vestit, Bartholomeus Saruti et Bernardus Saruti, pro XL^{a} sol. Turon. censualibus ; et

Digitized by Google

plus idem Durantus, pro IV sol. et VI den. dicte monete pro boatgio ; et Stephanus Passas, pro XII den. ipsius monete censualibus, obligaverunt et astrinxerunt [se] et bona sua omnia presentia et futura ad requisitionem dicti domini dompni, stipulantis et recipientis nomine quo supra, cohertioni et jurisdictioni sigilli auctentici dicti nobilis, preceptum curie ipsius nobilis pro predictis solvendis annuatim in perpetuum recipiendo sub cohertione et districtu dicti sigilli solutionibus et temporibus supradictis. Et ita tenere, complere et servare dicti pagesii sive homines et eorum quilibet promiserunt et juraverunt ad sancta Dei evangelia gratis et corporaliter a se tacta. — Actum fuit prope mansum predictum de Senheriis, in via qua itur a dicto manso versus ecclesiam de Faja. — Testibus presentibus : fratre Benedicto Cati, milite dicti Hospitalis, domino Jacobo Alodii, rectore dicte ecclesie da La Faja, fratre Gervasio Montanerii, ordinis Fratrum Minorum, Raymundo de Villanova domicello, magistro Duranto Riquerii notario, Jacobo Seguini, Stephano Boneti clericis et me Hugone de [*un blanc*], publico notario dicti nobilis et ejus curie cancellarioque ipsius nobilis tenentis dictum sigillum, qui, *etc.*

281.

1312, 11 ou 12 novembre. Espalion. — *Transaction entre le seigneur baron de Calmont et le syndic de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Anno Domini M° CCC° XII°, die sabbati, in festo beati Martini hiemis. Noverint universi... quod cum dominus Raymundus Peleti, miles, dominus de Alesto et de Calomonte, diceret se habere albergiam seu albergia, ratione baronie de Calomonte, in grangiis de Meleto, de Sisternis

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, copie en forme, papier, en mauvais état, cotée B, n° 21 et Num° [...], liasse XXXI, titre 4, faite à Nasbinals, le 27 avril 1672, par M° Borrelli, notaire, sur le parchemin exhibé et retiré par Antoine Calciat, prêtre, chanoine régulier, « controleur » d'Aubrac, pour servir au procès pendant entre Louis Antoine de Noailles, domp d'Aubrac, et le s' de Clermont, baron de Calmont ; présent Pons, juge, et Rodelle, procureur du s' de Clermont ; — autre copie informe papier, cotée n°s 2 et 29, faite pour servir au procès mû entre Antoine Teysandier, syndic du chapitre d'Aubrac, et la marquise de Malauze.

Digitized by Google

et de Pratis et de Bonofonte et prioratu de Levinhaco et aliis grangiis, et bajulus de Calomonte pro dicto domino diceret se habere dictam albergiam ratione ejusdem domini annuatim ; — discreto viro magistro Durando Riquerii, notario, sindico Hospitalis de Altobraco, nomine ejusdem Hospitalis in contrarium asserente et dicente quod dicta loca erant immunia et libera a prestatione albergiarum predictarum et quod sint in possessione libertatis et sasine : et inde, de predictis, inter dictum dominum et dominum sindicum, nomine domni et [conventus] dicti Hospitalis, talis transactio intervenit, videlicet : — quod dictus dominus de Calomonte omne jus et actiones, quod seu quas habebat in dictis albergiis vel earum altera seu habere poterat quoquo modo seu ejus bajulus pro eodem, in dicto sindico presente et recipiente pro dicto domino domno et conventu et Hospitali totaliter transtulit seu transportavit, et eum transferendo nomine quo supra, totaliter jure cesso, faciendo dictum dominum domnum et conventum veros dominos et possessores seu quasi et procuratores in rem suam. — *Item*, vice versa, dictus sindicus totum jus quod habebat dictum Hospitalle in manso dels Hortz, scito in parrochia Sancti Cosme, videlicet II sestaria bladi siliginis et unam gallinam sensualia, in dicto domino de Calomonte transportavit. — *Item* dedit et solvit dicto domino XL^{a} libras Turonenses, quas confessus fuit idem dominus a dicto sindico habuisse et recepisse ratione et causa transactionis predicte ; et ita tenere, servare et non contra facere seu venire per se vel per interpositam personam perpetuo presentes partes, ad invicem stipulantes, promiserunt... [*Formules de droit*]... — Et dictus dominus de Calomonte pro predictis attendendis, servandis et complendis pro se et heredibus et rei successoribus suis fidejussit et pro eo concessit P. Pelardi et Philippus Durandi de Castronovo, Durandus Rigaldi, B. Riols..., [renuncians] dictus miles omni privilegio militari simplicis militie vel armate... — Actum apud Spaleum, in domo Guillermi d'Esparro, testibus presentibus vocatis et rogatis ; dominis Guidone Gis-

Digitized by Google

berti milite, Stephano de Durbes presbitero, fratribus P. de Roqualaura, Guillermo Boraldi cellerario, domino Guillermo de Viridario milite, magistro Johanne Medici notario, domino Guillermo Vitali[s] presbitero, P. de Fornoli et me B. Roberti, publico de Gleyola notario regio et totius senescallie Ruthenensis pro domino nostro Francorum rege, qui, *etc...*

282.

1313, 26 avril [1]. — En représentation de la somme de 40 livres Tournois, promise *in aucmentum dotis*, lors de son contrat de mariage avec Hugonette, fille de Barrau (*Barravi*) de *Crozapeyra*, Bérenger de *Salhens*, damoiseau, assigne à lad. Hugonette et aud. Barrau, son père, le mas que tenait jadis *Punchartz* ou *Kayros* et dont dépendent : un jardin contigu au courtil des maisons du dit mas ; autre jardin, *in deves de la Concheta*, confrontant avec ledit *deves* et *via que movet da Lhauran* ; un pré devant les maisons, audit mas, confr. avec jardin desdites maisons, parra de Jean Pélégri, pré de Jean *Kayro*, fontaine dudit mas et *via que venit de Lhauran* ; autre pré dit *da la Costa*, confr. avec la montagne *dels Chabaniels*, pré de Jean *Majoris* et pré de Jean *Peligri* ; les prés dits de *Lhauran* et de *Lhaurandet*, confr. avec bois de *Cocorsyeyras* et *del Chaslar* ; le pré de *Sanha Redonda*, dans le bois de *Cocorsieyras* ; la quatrième partie de la devèse de *la Concheta*, confr. avec *via que venit de Lhauran*, bois *del Chaslar*, terre du seigneur Marquès de Canillac ; le pré de *la Rocheta*, confr. chemin de La Guiole (*Gleola*) à Nasbinals (*Nabinals*), pré jadis de Jean *Peligri* et montagne *dels Cabaniels* ; le champ *del Boscatel da Longet*, confr. avec pré dud. Jean *Majoris* et terre dudit Marquès ; le champ dit *del Poth dels Cabaniels* ; le champ de *Narreschas*, *qui est coram Corbyeira*, confr. avec pré de Jean *Kayro* relevant de l'Hôpital d'Aubrac, devèse de Saint-Urcize et

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté KKK, n° 163 ; sceau du bailliage des montagnes d'Auvergne, avec la double queue en parch., disparu. — *Au dos* : Constitution de dot faite [par Bérenger de Salhens à Hugonette et Barrau de Crosepeyre] auxquels Aubrac a succédé en partie sinon en tout. Ce titre raisonne un pred devant Corbieyres pour Aubrac.

Digitized by Google

chemin *da la Corbeyra ;* le champ dit *Monbel*, confr. avec chemin *da Peyrasbessas* à *Rocolas* et terre du Temple de deux côtés ; le camp de *Monbel*, confr. avec champ de Turlan, champ *da Marsilhac* et chemin *da Peyrasbessas* à l'église de *Rocolas* ; le tout situé dans la paroisse de Sainte-Urcize. La dite Hugonette aura la jouissance des dits biens, sa vie durant seulement, vivant *in religione vel extra, in viduitate vel etiam cum marito.* A son décès, ledit mas fera retour à la succession du donateur. — Fait le jeudi après l'octave de Pâques 1313, en présence de Guion *de* [*Croz*]*apeyra*, Etienne *de Turlanda*, Pierre et Bernard *Vernhis* frères, et par devant Guion Gozy, clerc, notaire *juratoque* du sceau du bailliage des montagnes d'Auvergne, qu'a député *Colradus Theuthonicus,* clerc du roi, son procureur dans ledit bailliage et gardien dudit sceau.

283.

1313, 8 octobre. Aubrac. — *Donation par Ramonde Fabressa de maisons, d'une vigne et d'un jardin, sis à Mandailles, en faveur de Guillaume Fabri, clerc* [1].

Noverint universi... quod ego Ramunda Fabressa, uxor Poncii Fabre de Orlhagueto filiaque P. Cavilhla, de consensu predictorum mariti et patris predicti ibidem presentis, nos omnes insimul certi de facto et de jure consulti donamus, donatione pura et simplici facta inter vivos, pro vobis et vestris, tibi Guillermo Fabri clerico, presenti et recipienti pro te et tuis, videlicet : domos nostras, quas habemus et visi sumus habere in castro et pertinenciis de Mandalhlis et quandam vineam et unum ortum et omnia bona mobilia et immobilia, que habemus in dicto castro et in pertinenciis dicti castri et in parrochia de Cambone. Et de omnibus predictis et singulis cum omnibus juribus, liberis introitibus et exitibus, confrontationibus universis rerum predictarum investimus te dictum Guillermum, nos et nostros disvestiendo de predictis..., juramus ad et super sancta Dei evangelia a nobis gratis et corporaliter tacta.

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, original parchemin, coté : S, Num° V, liasse XXVIII, titre 9°. — *Au dos :* Guillermi Fabri, clerici Hospitalis.

Digitized by Google

— Actum apud Altumbracum, anno Domini M°CCC°XIII°, die lune post octavam festi beati Micahelis. — Testes fuerunt ad hec vocati et roguati : Andreas Martini, dominus Philippus Becieyra presbiter, Guillermus Noels et magister Durantus Riquerii, notarius Hospitalis Beate Marie de Altobraco, qui de predictis notam recepit... [*ut supra p. 428.*] — [*Seing manuel de Guilhaume de Valiech, not. suppléant*].

284.

1313 [1]. — « Emptio Hospitalis facta a Ramundo et Geraldo Garrigie Ruppis Vallissergie de redditibus censuum, camporum, quintorum per eosdem Garrigie et patrem ipsorum acquisitorum a Drogolo de Turre in manso de la Brossa et ejus pertinenciis ; — *item* de omnibus redditibus bladorum, censuum, denariorum, quartorum et quintorum seu aliorum quorumcumque, quos dictus eorum pater acquisivit a Guillermo Roc, de Sancto Saturnino, quondam, in affario dels Eversses et in eorum pertinenciis universis ; — *item* de XXti denariis Ruth. censualibus, quos habebant in quodam prato sito el Evers, dicto territorio contiguo, quod pratum tenebant ab ipsis in emphiteosim Guillermus et Bernardus Chacberti de Montanhaco, fratres, cum omnium et singulorum predictorum directo dominio et jure laudandi, retinendi et cum vendis et aliis juribus ad directum dominium pertinentibus, precio C librarum bonorum Turonensium, de qua summa se tenuerunt pro content[is] et alias ut in forma ; instrumento de premissis sumpto per Guillermum Bruguerie. Que quidem vendicio fuit per judicem majorem Ruthenensem decretata, ut in fine dicti instrumenti continetur, et fuit capta anno M° III^c XIII° ; signata littera S. »

285.

1313 [2]. — « Emptio Guillermi de Caturco ad inquantum publicum, in curia Ruppis Vallissergie, ex consuetudine

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 7 r°. — V. l'acte n° 287.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 7 r°.

Digitized by Google

curie subastatarum ad instanciam Ramundi Garrigie, de censibus infrascriptis, precio XXX[a] librarum, postea supletarum a XXXVI : et primo III sestaria avene censualia, que erant dicti Ramundi et fuerunt Odoardi Garrigie, patris sui, percipienda super orto Hugonis de Torretas pro censu annuo, sito in territorio de Larsilas ; — *item* III quartas avene super orto Olivarii Garrigie in eodem territorio ; — *item* unam eminam avene, quam solvere tenetur Petrus Costa pro eo quod possidet in territorio de Vertelhac ; — *item* et quedam territoria dicti Ramundi Garrigie, que habebat ad manum suam in dicto territorio de Vertalhac, confrontata ex una parte cum carreria de Roquayrel et ex altera cum territorio liberorum dicti Audoardi Garrigas, rivo in medio, prout dividitur per metas quarum una movet de dicto rivo de Vertalhac et protenditur usque ad aliam metam positam juxta carreriam que movet a dicto castro et vadit ad rivum de Serra, ab occidente cum carreria qua itur a Ruppe versus Serram. Super quibus territoriis retinuit idem Ramundus et ejus fratres II denarios censuales. Et dicta emptio fuit per tutricem ratifficata et decretum interpositum per judicem Montanorum Ruthinii et cetera, in bona forma. Instrumento sumpto per Ramundum Garnerii, notarium publicum, sub anno M° III[c] XIII° et signato littera T. »

286.

1314, 29 septembre. Bozouls. — *Achat d'un jardin par le commandeur de l'hôpital de Bozouls* [1].

Anno Domini M° CCC° decimo quarto, tercio kalendas mensis octobris. Noverint universi... quod ego Raimundus de Lhimairaco, civitatis Ruthene,... vendo... et titulo perfecte venditionis derelinquo, ut procurator venerabilis capituli Ruthene et pro ipso, vobis domino Rigualdo Gros, preceptori hospitalis pauperum Boadonis, presenti, ementi, stipulanti et recipienti pro vobis et vestris heredibus et vice et nomine dicti hospitalis et pro ipso, videlicet :

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac (Bozouls), orig. parch. coté : M, n° 97, et M n° 4.

Digitized by Google

quendam ortum, quem habet dictum venerabile capitulu[m] et visu[m] est habere, situm juxta fontem del Vinhal et confrontatur cum aqua del Vinhal et Dordonis et ex alia parte cum prato dicti hospitalis et cum via, qua itur de Taneria versus dictum fontem, et si qui alii sunt confines. Quem ortum vendo vobis, nomine quo supra, cum suis introytibus et exitibus, cum heremo et vestitu, cum suis pertinenciis, precio IV librarum Ruthenensium et XV solidorum et percuribilium, quas et quos a vobis habui, nomine quo supra, in pecunia numerata ita quod de ipsis teneo me pro bene paccato et contento... ; et promitto vobis quod ego vobis faciam laudare et ratificare venerabili capitulo Ruthene, certificans vos quod in medietate dicti orti habet heres Viviani de Savarzaco II denarios Ruthenenses [ratione] census et dominii. — Actum apud Boadonem. — Testes fuerunt vocati et roguati : Deodatus Massos, Guilhelmus Textoris, clerici, Petrus Guaris, Johannes del Moli, Raimundus Borguada et magister Johannes Arnaldi, publicus notarius, condam castri de Boadone et totius comitatus Ruthene, qui notam presentis instrumenti recepit et in suo libro eam reposuit et conscripsit, set morte preventus, *etc*...

Postque, anno quo supra, die veneris ante festum sancti Gregorii [1], nos Raimundus Salvias, canonicus in ecclesia Ruthene et bajulus capituli Ruthene, laudo et confirmo vendam factam per Raimundum de Limairac, procuratorem nostrum, ut superius in dicto instrumento continetur, pro et nomine dicti capituli et pro ipso, dicto fratri Rigualdo, abcenti, et vobis magistro Johanni Arnaldi, notario, ut publice persone stipulanti pro ipso. — Actum in civitate Ruthene. — Testes fuerunt vocati et roguati : dominus Verolh, capellanus perpetuus ecclesie Boadonis, magister Guilhelmus Textoris, Johannes Valdonis, clerici, et magister Johannes Arnaldi, publicus notarius, condam, castri de Boadone et totius comitatus Ruthene, qui, *etc.* — *Notaire expéditionnaire : Jean Valdonis, notaire de Bozouls et du comté de Rodez, substitué par*

1. 13 novembre.

Digitized by Google

noble Amaury de Narbonne, chevalier, seigneur de Talleyrand, lieutenant du comte de Rodez et régent du comté de Rodez. — [Seing manuel du notaire expéditionnaire.]

287.

1315 (n. s.), 29 janvier. Rodez. — *Lettres d'amortissement accordées à l'Hôpital d'Aubrac par le sénéchal de Rouergue* [1].

Noverint universi... quod nos P. de Ferrariis, miles domini nostri Francie regis et ejus senescallus Ruthenensis, comissariusque datus ad infrascripta per ipsum dominum nostrum regem, prout in litteris regiis inferius insertis plenius continetur, recognoscimus et in veritate confitemur quod nobilis et religiosus vir dominus B. Chati, miles, ordinis Beate Marie de Altobracho, Ruthenensis dyocesis, ut procurator, ycononomus sive syndicus dicte domus de Altobracho, domini dompni et conventus ejusdem et pro dicta domo et conventu ipsius, finavit nobiscum, nomine dicti domini regis, ad XX libras Turonensium parvorum solvendas eidem domino regi vel ejus thesaurario in primo veniente festo Ascensionis Domini, videlicet : — pro omnibus redditibus bladorum et censibus, denariis, quartis, quintis et aliis rebus quibuscumque, que dictus syndicus sive yconomicus vel procurator seu alius quocumque nomine dicte domus, emit vel acquisivit a Raymundo et Geraldo Garrige, fratribus, filiis et heredibus magistri Audoardi Garrige, condam, et que ipse idem magister Audoardus acquisiverat a Drogolo [de Turre, in manso] de la Brossa et ejus pertinenciis ; — *item* et pro omnibus redditibus bladorum, censibus, dena[riis, quartis], quintis et aliis redditibus quibuscumque, que et quos dictus syndicus acquisivit a fratribus [predictis et] que dictus magister Audoardus acquisiverat condam a Guillermo Roc de Sancto Saturnino, condam, [in affario dels] Eversses et in pertinenciis eorumdem universis ; — *item* pro XX denariis censualibus quos [dictus

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *vidimus* parch., en mauvais état de conservation. V. l'acte 326.

Digitized by Google

syndicus, quo supra nomine, acquisivit a fratribus memoratis et quos dictus eorum pater condam [habebat] in quodam [prato] sito in loco vocato el Evers, dicto territorio contiguo, quod pratum tenere dicuntur [Guillermus et Bernardus Chacberti] de Montanhaco in emphiteosim a fratribus memoratis [1]. Quas quidem XX libras [Turon. dictus syndicus] sive yconomus, quo supra nomine, solvere promisit in dicto festo domino regi predicto vel [thesaurario] predicto pro financia et admortisatione et vendis feudorum et retrofeudorum predictorum [...] jurisdictionum et aliorum omnium supradictorum dicte domui acquisitorum per syndicum sepe dictum, [prout in quodam instrumento] per manum magistri Guillermi Bruguerie, publici notarii regii, confecto plenius continetur, *etc...*

Suit la teneur des lettres royaux de Philippe IV (Paris, 17 février 1307) contenant pouvoir donné au sénéchal du Rouergue d'accorder aux personnes ecclésiastiques des lettres d'amortissement pour l'acquisition de fiefs ou arrière-fiefs, dans la sénéchaussée de Rouergue.

In quorum fidem et testimonium, nos senescallus predictus sigillum nostrum presentibus apponi fecimus in pendenti. — Actum et datum Ruthene, die mercurii ante festum Purificationis Beate Marie, anno Domini M° CCC° XIIII°.

288.

1316 (n. s.), 8 janvier [2]. — Reconnaissance féodale consentie au domp d'Aubrac par Ramond de *Julhodes*, de Maymac, paroisse de Ceyrac, des terres et possessions, maisons, jardins, prés, *pradals*, jadis de feu Hector de *Lagarda*, damoiseau ; — de deux *parras*, dont l'une confronte avec pré dud. Ramond, chemin de Cruéjouls *versus Leborinas* et champ du même Ramond ; et l'autre avec chemin de la maison du reconnaissant au mas *dels Janiartz, et clauditur circum circa de terme*, et avec terre dud. Ramond, *termino in medio*. Cens annuel : pour les *parras*, une carte froment, mesure de Millau ; pour les autres terres,

1. V. l'acte n° 284.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 75 (Albiac, Ceyrac, Cruéjouls), fol. 3 v°.

Digitized by Google

le quart des fruits ; pour les maisons, casatures, jardins et prés, 19 sol. Rodan. et une géline, *et talliam et servitium ad voluntatem domini*, avec lods et ventes. Acte coté E.

289.

1316 (n. s.) 30 janvier. Prades. — *Hommage et reconnaissance des habitants de la châtellenie de Prades à Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Noverint universi quod anno Domini M° CCC° XV°, die sabbati ante festum Purifficationis Beate Marie. Noscant presentes pariter ac futuri quod nos Guillermus Chanerii, Huc Vidals, Andrieus Martis, Johannes Hectoris, Durantus del Boysho, B. Boneti, Johannes Chaperii, P. Vitalis, Vivianus Boneti, P. Boneti, R. Mathei, Guillerma Boneta, Johannes Matati, Benedicta de Pojeto, Segurana Maurina de Bars, Johannes Vitalis, Guillermus Gloria, Deodata Gloria, B. Poncii, Petronilla Astieyra, Ramunda Boteta, P. Rotavolps, Astruga d'Aymeric, P. Costa, Johannes Sanros, Deodatus Nabinals, Deodatus Nualhac, Bartholomeus Nualhac, Aysselina de Nualhac, Guillermus Condamina, Stephanus de Veulaguet, P. Nualhac, P. Pojeti, Serena, G. Fayas, Stephanus Pros, Durantus Fizas, Johanna Veguieira, Ramunda Girarda, Pauleta de Condamina, P. Bernars, P. Combas, Guillerma de Condamina, Johannes Pros, Biatrix Veguieira, P. Terrissa, Guillermus del Sol, Guillermus Ba [... , P.] Durantis, Gensana de Boysho, R. Aosta, ville de Pradis ; item et nos Guillermus Vitalis, Guillermus Andrieus, mansi de [Condamin]a ; item et nos Huc de Veulaguet, Guillerma de Veulaguet, G. de Veulaguet, B. de Veula-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, vidimus parchemin coté : Num° IV, liasse XXVII, titre 9°, fait le 9 juin 1403 par Guillaume *Boyssonada*, notaire épiscopal du diocèse de Rodez, en vertu des lettres de commission d'*Aymarii*, official de Rodez (6 juin 1403), qui lui furent présentées par frère Pierre *Boygas*, procureur et syndic de l'Hôpital d'Aubrac. Ledit syndic avait supplié l'official de faire rédiger en forme, moyennant un salaire suffisant, certains actes concernant l'Hôpital d'Aubrac, qui se trouvaient dans les notes et protocoles de Durand *Riquerii*, notaire épiscopal, et que ledit D. *Riquerii* n'avait pas « grossoyé » de son vivant — Copie en forme, papier, même cote, faite le pénultième jour de février 1660 par *Borelli* et *Dallo*, notaires, sur le « grossoyé » en parchemin du 9 juin 1403, exhibé et retire par Antoine Calciat « scindic général conterolleur et garde des archifves » de l'Hôpital d'Aubrac.

Digitized by Google

guet, Johannes de Veulaguet, mansi de Veulaguet ; Guillermus de Veulaguet et Guillerma, filia B. de Veulaguet ; item et nos P. de Veulac, Benedictus de Veulac, mansi de Veulac ; item et nos Martinus de Cadapauc, et B. Esclavini, mansi de Comba Villieyra ; item et nos P. Martri, P. Gay, mansi dels Montelhs ; item et nos Johannes de Veulaco, P. Manhani, Guillermus et P. de Veulaco, P. de Plasensa, Poncius Falc, Jacobus Falc, P. Charberti, mansi de Caussenel, parochiarum de Pradis et de Cambone ; nos omnes insimul et quilibet nostrum per nos et in solidum recognoscimus et in veritate confitemur tenere et tenere debere et predecessores nostros, a quibus causas nostras habemus, ab antiquo tenuisse, pagesias nostras et bona inmobilia, scitas et scita infra dictas parochias, a reverendo patre in Xristo venerabili domino Duranto, Dei gratia dompno Hospitalis Beate Marie de Altobraco, et a dicto Hospitali in pagesias et emphiteosim, et quod vos et Hospitale predictum habetis in dictis pagesiis nostris et tenenciis tallias, toltas, boadas, manobras, jornals ad voluntatem vestram et dicti Hospitalis ; et inde per in perpetuum nos et nostros vobis dicto domino dompno, presenti et recipienti pro vobis et Hospitali predicto, efficaciter obligamus ; et quod ibidem habetis census annuos nomine dominii et directi et mixti imperii et juridictionis et senhorie et vendas et laudimia et cetera usatica et servitia consueta ; et nos omnes et singuli inde fidelitatem vobis juramus et homatgium vicicim vobis facimus pro predictis ; et non fecimus nec faciemus aliquid propter quod premissa et singula minorem firmitatem habere possint in futurum..., concedentes favorabiliter omnia supradicta et quod inde fiat publicum instrumentum ad utilitatem Hospitalis per infra scriptum notarium ad dictamen sapientum. — Acta fuerunt hec et concessa apud Pradas, anno et die quibus supra, presentibus testibus... : religiosis viris fratribus Guillermo Boraldi, Johanne de Caturco, Aldeberto Girbert[i], domino Guillermo Berneriis, capellano dicti loci, Guillermo de Calomonte, domino de Mandalhis, Guillermo Petri de Caturco et pluribus aliis, et magistro Duranto Riquerii condam, auctoritate epis-

Digitized by Google

copali in civitate et in tota diocesi Ruthenensi publico notario, qui de premissis notam, dum vivebat, recepit *etc...* — [*Seing manuel de Guillaume Boyssonade*].

290.

1316, 26 avril ou 13 septembre [1]. — « *Item* instrumentum, confectum anno M° CCC° XVI° et die lune ante festum Sancte Crucis, quo cavetur quod Hugo Boleti, mansi de las Salessas, titulo permutationis tradidit Hugoni Privati mansum suum de la Salessa, [situm infra parrochiam Sancti Elegii], confrontatum cum manso de l'Estramalha et Boniamici Boleti et cum los Bonals et de Cayssaco et Hospitalis, et a predicto affario dels Bonals ascendit via carralieyra et ferit l'estrada ; — et dictus Privati titulo predicto permutationis tradidit dicto Boleti partem et portionem quam habebat in manso de l'Estremalha ; et ulterius pro majori valentia eidem B[o]leti dedit X libras Ruthenenses, prout in dicto instrumento continetur et signatur per litteram S [et duplici RR.] »

« ... Et ibidem dompnus Hospitalis de Altobraco laudavit et confirmavit eidem Hugoni Boleti jus et portionem, quam et quod habebat in manso de l'Estremalha, salvo jure alterius, et retinuit quartum bladorum excrecentium et pro parranea et orto unam quartam siliginis et aliam avene et V solidos et IV den. Ruth., pro predictis annuatim solvenda, et plus mediam libram cere, toltas, boatas, sechor, manoperas et alia servicia ad voluntatem et unam gallinam pro foco, prout premissa lacius in dicto instrumento continentur, confecto per Durandum Riquerii, notarium publicum, et signato duplici RR. »

291.

1316, 8 juillet. Aubrac. — *Hommage fait par Durand Olier, domp d'Aubrac, à G. de Castelnau, seigneur d'Apcher* [2].

Anno Domini M° CCC° XVI°, videlicet die jovis post octavam festi beatorum apostolorum Petri et Pauli, qua

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 19, fol. 6 v°, 10 r°.
2. *Arch. dép. de l'Aveyron* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté AA, n° 147. Lettre initiale ornée.

Digitized by Google

intitulatur VIII idus[1] julii. Noverint universi... quod ad requisitionem viri nobilis et potentis domini Marquesii, domini de Canilhaco, militis, tutoris nobilis viri Guarini de Castronovo, domicelli, domini de Apcherio, reverendus pater et religiosus dominus Durantus Olerii, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, nomine suo et dicti Hospitalis, conventu ipsius Hospitalis, ut moris est, ad sonum campane in ecclesia congregato, videlicet : dominis Bern[ar]do Cati, Guigone Gisberti, militibus, ac dominis Guillermo Sabrerii sacrista, Duranto de Monteamato, Guillermo Bernonis, B[ernar]do Poncii, Ramundo de Peyrasbessas, Johanne Doble, Hugone Boterii, Petro de Sereriis, presbiteris, ac etiam fratribus Petro de Solatgio, Johanne de Caturco, Guillermo Boraldi, Gervazio de Geles, Petro Moret, Johanne de Vianezio et pluribus aliis fratribus dicti conventus presentibus, confessus fuit et in veritate recognovit, de voluntate et consensu dicti conventus, se tenere a dicto nobili Guarino, domino de Apcherio, illos mansos et villas et territoria et universa et singula, exceptis exceptatis, sub modis, formis, pactionibus et conventionibus contentis in duobus publicis instrumentis ejusdem tenoris, confectis per manum magistri Poncii de Leborono, notario regis, ut in eis legebatur, sub anno Domini M° CC° LXX° VIII°, videlicet X° kalendas octobris[2], actis apud Hospitale de Altobraco : quorum instrumentorum unum incipit in tertia linea : *mixto* et in ultima : *quartam* et [fuit] redditum dicto Hospitali ; et aliud incipit in secunda linea : *sperarelur* et in ultima : *predictorum* et fuit redditum dicto domino de Canilhaco, tutori ; que continentur in quodam instrumento confecto et signato manu domini Petri Duranti, notarii domini regis ; de quibus instrumentis confectis per manum dicti magistri Poncii seu eorum altero fit mentio in instrumento confecto per manum dicti domini Petri Duranti, ut in eo plenius legebatur. — Cujus quidem instrumenti, per manum dicti domini Petri Duranti confecti, tenor de verbo ad verbum, nichil addito vel detracto, sequitur sub hiis verbis :

1. *Ms.* nonas. — 2. V. l'acte n° 139.

Digitized by Google

Noverint universi presentes pariter et futuri pnob anno incarnationis Domini M° CC° LXXX VII°, videlicet II° ydus julii [1], domino Philippo, rege Francorum, regnante, questione orta inter nobilem virum dominum Guarinum de Castronovo, dominum de Apcherio, ex una parte, ac venerabilem virum dominum Guillermum de Bosqueto, dompnum Hospitalis de Altobraco, pro se et conventu suo ex altera, super eo videlicet quod petebat dictus nobilis a dicto domino dompno ut prestaret sibi sive faceret homagium et fidelitatem juraret ipse et conventus suus, — dicto domino dompno dicente se non teneri ad dictum homagium faciendum nec etiam ad juramentum prestandum conventum suum, set se tantum. — Tandem, tractantibus et mediantibus nobili viro domino Marquesio, domino de Caniliaco, et magistro Ramundo de Garda, jurisperito, convenerunt in modum qui sequitur : pronunciaverunt... — quod instrumentum factum inter partes per manum magistri Poncii de Leborono, publici notarii domini nostri regis, ut dicitur, servetur. Quod instrumentum incipit, post annum et diem : *cum questio, querela* et finit ante *Actum : superius expressate* ; detracto ab ipso instrumento quod dictus conventus non teneatur jurare fidelitatem dicto domino Garino, set dictus dominus dompnus tantum et successores sui, pro se et dicto Hospitali, sine conventu suo jurare teneatur ; addito etiam quod dictus dominus dompnus, cum invenirent in continenti per testes fide dignos quod predecessores sui homagium fecerant dicto domino Guarino, homagium facere teneatur eidem nobili, fide osculata, ponendo manus inter manus dicti nobilis, et successores sui hoc idem facere teneantur, quando prestabit sibi juramentum fidelitatis, prout in instrumentis eorum de juramento fidelitatis continetur. — Convenerunt etiam quod clausula, in dicto instrumento posita, que incipit : *Dixerunt etiam et convenerunt quod non intendit aliquid derogare, etc.*, quod declaretur, teneatur et servetur prout in instrumento magistri Petri de Salgis, notarii, continetur, scilicet : quod dictus dominus dompnus et successores sui possint acqui-

1. 14 juillet 1287.

Digitized by Google

rere in feudis domini Garini, ut in eodem instrumento continetur, ac etiam omnia alia serventur et teneantur, detractis et declaratis hiis que detracta et declarata sunt per instrumentum dicti magistri Poncii, notarii. — Tenor vero dicti instrumenti talis est : *In Dei nomine. Amen, etc.* et incipit post annum et diem : *Noverint universi* et finit ante *Actum* : *perpetue firmitatis.* — Quod homagium et fidelitatem dictus dominus dompnus, pro se et conventu suo et nomine dicti Hospitalis, incontinenti fecit et, presente conventu suo et de voluntate et assensu ipsius, astrinxit se et omnes successores suos ad dictum homagium faciendum tociens quociens jurabit fidelitatem dicto domino Garino et successoribus suis dictus dompnus sepe memoratus. — Fuit etiam actum inter partes quod omnia instrumenta possint de verbo ad verbum in isto instrumento presenti inseri per notarium infrascriptum, et quod duo instrumenta ejusdem tenoris et consimilia fiant de predictis per me notarium infrascriptum, cuilibet parti suum. Quas conventiones et omnia universa et singula supra scripta, prout melius dici seu intelligi possunt, dictus dominus dompnus et conventus suus, pro se et successoribus suis, et dictus dominus Garinus, pro se et successoribus suis, sollempni stipulatione adhibita ac tactis a se sacrosanctis evangeliis Dei, servare promiserunt, renunciantes, *etc.*..... — Actum apud Hospitale, in prato, ultra rivum, versus infirmariam, presentibus testibus : domino Robberto de Fara, milite, Petro d'Aulas, Guillermo de Monpeyros, Petro Montanha, Bern[ar]do Medici, Johanne Amalric, Mathia Anglici, fratribus et presbiteris, fratribus Petro de Rocalaura, Hugone Carbonerii, Guillermo de Peyrolis, Petro Juvenis, Bern[ar]do de Verlac, G. de Amiliavo, magistris Petro de Rausac[i]o, Guillermo Fabri, jurisperitis, Deodato et Ramundo de Caniliaco, fratribus, Bertrando Vales, Astorgio de Geles, domicellis, Gervasio de Geles, clerico, Ramundo de Fraxino, Stephano Comborieu, Rigaldo Maleti, notario, et me Petro Duranti, notario publico pro illustrissimo rege nostro Francorum in senescallia Bellicadri et Nemausi, qui... duo feci instrumenta ejusdem tenoris et consimilia, cuilibet parti suum, de predictis et signo meo solito jam signavi.

Digitized by Google

— Et prout etiam dicitur contineri in quodam instrumento, confecto per manum magistri Petri de Salgis, notarii condam domini regis. Et pro predictis omnibus et singulis eidem nobili domino de Canilhaco, tutori et tutorio nomine dicti nobilis Garini, domini de Apcherio, stipulanti et recipienti, et per eum dicto domino de Apcherio, homagium et fidelitatem fecit et prestitit, manibus junctis, et juravit super sancta Dei evangelia corporaliter a se tacta, cum hiis que in sacramento fidelitatis continentur, osculo inter ipsum nobilem dominum de Caniliaco, quo supra nomine, et dictum dominum dompnum interveniente. — Ceterum voluerunt dictus dominus de Canilhaco, quo supra nomine, et dictus dominus dompnus quod de presentis contractus incartamento seu nota duo fiant unius et ejusdem tenoris instrumenta, unum videlicet pro unoquoque eorundem, per me notarium infra scriptum. — Acta fuerunt hec sollempniter apud Altumbracum, in ecclesia, anno et die quibus supra, in presentia et testimonio nobilis viri domini Odilonis Garini, domini de Turnello, venerabilisque viri Bern[ar]di Bastide, prioris ecclesie de Rossennaco, nobiliumque virorum Canilhlonis domicelli, domini Olivarii de Chiriaco militis, discretorumque virorum magistrorum Guillermi Fabri, Bern[ar]di Robberti, Johannis Pagezii, jurisperitorum, Ramundi de Sancto Stephano, Hugonis Revelhaca, Bern[ar]di de Turre, Olivarii Bonafosseti, Petri de Sancto Jorio, Berengarii dels Salhens, Poncii Sarraceni, Ramundi de Sancto Urcicio, domicellorum, magistrorum Petri Obrerii, Guillermi Galhlini, Bern[ar]di Girelli, Guillermi Fulci, notariorum, et quorumdam aliorum et mei Guillermi de Valieh, notarii publici Hospitalis Beate Marie de Altobraco et tocius terre sue necnon illustrissimi domini comitis Ruthene in toto comitatu Ruthene et extra, ubicumque fuero requisitus, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire*].

Digitized by Google

292.

1316, 8 juillet. Aubrac. — *Hommage rendu à Marquès de Canillac par Durand Olier, domp de l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Anno Domini M° CCC° XVI°, illustri principe domino Philippo regente regna Francie et Navarre, videlicet die jovis post octavas festi beatorum Petri et Pauli, qua intitulatur octavo idus julii. Noverint universi..... quod, ad requisitionem viri nobilis et potentis domini Marquesii, domini de Caniliaco, militis, reverendus pater et religiosus dominus Durantus Olerii, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, nomine suo et dicti Hospitalis, conventu..... [*ut supra, p. 495*], confessus fuit et in veritate recognovit de consensu dicti conventus dicti Hospitalis, coram me notario et testibus infra scriptis, vocatis et rogatis, se tenere nomine dicti Hospitalis et tenere debere et velle tenere a domino de Caniliaco et predecessores suos tenuisse a predecessoribus ipsius domini de Caniliaco in feudum francum et honoratum omnia illa universa et singula que continentur in quodam instrumento prima facie publico, dicto domino de Caniliaco reddito, [confecto] et signato, ut in eo legebatur, manu magistri Raymundi Gaufredi, notarii publici castri de Ruppe Vallissergie, et acto in ecclesia de Banassac, Mimatensis diocesis, sub anno Domini M° CC° LXX° [2]; item et in quodam alio instrumento reddito dicto Hospitali confecto manu dicti magistri Raymundi Gaufredi, notarii, ejusdem tenoris cum supradicto alio instrumento, sub anno et die et loco predictis : quorum instrumentorum unum incipit in tercia linea : *licet*, et finit in penultima : *Fredolo de* ; et in duobus aliis instrumentis publicis ejusdem tenoris, confectis manu magistri Stephani Maurelli, notarii quondam in dicto castro Ruppis Vallissergie et tocius tenementi pro domino rege Francie, actis apud Hospitale de Altobraco, sub anno Domini M° CC° LXXVI° [3], die mercurii ante festum Nativitatis Beate Marie ; quorum instrumen-

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. Hôpital d'Aubrac, 428, extrait (du 11 septembre 1391) de l'original en parchemin de l'hommage.
2. V. l'acte n° 116. — 3. V. l'acte n° 134.

Digitized by Google

torum unum redditum fuit dicto Hospitali et incipit in tercia linea : [...], et in penultima : *predictis interfui* ; et aliud instrumentum redditum fuit dicto domino de Caniliaco et incipit in tercia linea : *vel majoris*, et finit in penultima : *meo solito* ; et ita tamen quod ea que, temporibus quibus fuerant dicta instrumenta confecta, tenebat et possidebat dictum Hospitale, ut dicitur, in terra sive pertinenciis castri de Aurella, de quibus [fit] expresse mentio in dictis instrumentis, intendit solum recognoscere et recognovit, non ut pariarius dicti castri, et ita ea et alia suprascripta recogno[s]cit secundum modos, conditiones, pacta et formas et concessiones in predictis instrumentis super recognitionibus quondam factis per dompnos dicti Hospitalis dominis de Caniliaco in dictis instrumentis contentas et contenta. — *Item* dixit et recognovit et confessus fuit, nomine quo supra, dictus dominus dompnus se tenere a dicto domino de Canilhiaco [omnia] que dictus dominus dompnus nomine dicti Hospitalis seu dictum Hospitale adquisivit a feudatariis domini de Caniliaco, ista silicet que sequntur, videlicet : ea que habet dictum Hospitale in parrochia de Grant Val, que fuerunt domini Bertrandi Vale, militis, quondam, seu ejus matris ; item mansos d'Andriergues et del Cassanh, scitos in parrochia de Calidis Aquis ; item mansum de la Brugayreta, scitum in parrochia de Brio ; item territorium de lass Olas, scitum in parrochia de Nabinals. — *Item* recognovit se tenere, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Caniliaco medietatem omnium jurium, reddituum et proprietatum, que habet in castro de Noguareto et ejus mandamento, in feudum francum et liberum, salva prestatione census mansi de Monfalgos, sub modis et formis, sub quibus ea tenebat a domino nostro rege Francie ante associationem factam inter dictum dominum regem et dictum dominum de Caniliaco de castro de Noguareto et ejus mandamento. — *Item* recognovit se tenere in feudum francum et liberum, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Caniliaco et predecessores suos tenuisse a predecessoribus ipsius domini de Caniliaco quicquid habet in castro de Sancto Laurencio et ejus mandament[o], sub

Digitized by Google

modis et conditionibus et usibus, sub quibus ea tenebat a dicto domino rege. — *Item* recognovit se tenere, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Caniliaco in feudum francum quicquid adquisiverunt predecessores sui, nomine dicti Hospitalis, in manso de Scudayretas, parrochie de Rocolis, de Robberto de Sancto Urcisio, sub pactionibus et conventionibus, modis et formis, sub quibus ea tenebat a nobili viro domino Beraldo, domino de Mercorio, ante donacionem factam de dicto feudo dicto domino de Canilhiaco per dictum dominum de Mercorio. — *Item* recognovit et in veritate confessus fuit, de consensu dicti conventus dicti Hospitalis, dictus dominus dompnus se tenere, nomine dicti Hospitalis, a dicto domino de Caniliaco et predecessores suos tenuisse a predecessoribus dicti domini de Caniliaco, in feudum francum et honoratum, villam seu locum de Nabinals, sub modis et conditionibus, formis et [conventionibus, sub quibus ea tenebat] a dicto domino de Caniliaco, [domino] castri de Sancto Urcisio, pro [...] suis supra [...]. Que omnia et singula supradicta, ut predictum est, recognovit, nomine quo supra, se tenere a dicto nobili in feudum francum ad homagium et fidelitatem prestandam, faciendam et jurandam, salva reverentia ordinis ad quod et quam pro dictis rebus professus est se, nomine dicti Hospitalis, fore astrictum eidem nobili et ejus antecessoribus et successoribus nobilis antedicti, ut in eisdem instrumentis continetur, pro rebus et juribus antedictis. Quod quidem homagium et fidelitatem ibidem et incontinenti eidem nobili, pro se suisque successoribus recipienti et stipulanti, tam pro contentis in supradictis instrumentis, ut predictum est, quam pro aliis supradictis et recognitis, fecit, prestitit et promisit, manibus junctis inter manus dicti nobilis, et juravit super sancta Dei euvangelia a se corporaliter tacta, in manibus dicti nobilis, cum hiis que in sacramento fidelitatis continentur, osculo inter ipsum nobilem et dictum dominum dompnum interveniente. — Ceterum voluerunt dicti dominus de Caniliaco et dominus dompnus quod de presentis contractus incartamento seu nota duo fiant unius et ejusdem tenoris instrumenta, unum videlicet pro quolibet eorum-

Digitized by Google

dem, per me notarium infrascriptum. — Acta fuerunt hec sollempniter apud Altumbracum, in ecclesia... [*ut supra, p. 498*], Bernardi Girelli, Guillermi de Valhegio, notariorum, et quorumdam aliorum et mei Guillermi Fulci, auctoritate regia ubilibet in regno Francie publici notarii, qui, *etc...* — Post cujus notarii mortem, ego Andreas de Manso, auctoritate regia publicus notarius, auctoritate et licencia michi data et concessa a venerabili viro domino Bernardo de Sancto Quintino, legum doctore, gerente vices judicis majoris locumque tenente nobilis et potentis viri domini Stephani de Syris, militis domini regis, senescalli Bellicadri et Nemausi, transcribendi et in formam publicam reddigendi notas ad plenum dictatas vel abreviatas, que fuerunt domini magistri Guillermi Fulci, condam, notarii predicti, et de quadam nota per dictum magistrum G. Fulci, condam notarii, recepta, prout inveni, fideliter abstracxi et scripsi, subscripsi et in hanc formam publicam reddegi signoque meo proprio signavi.

293.

1316, « *die martis post festum beati Gregorii martiris* ». Bozouls [1]. — Bail acapte par frère *Riguardus Grossi*, prêtre, domp de l'hôpital des pauvres de Bozouls (*Boadonis*), à Jean [*Constans*] d'une terre, confrontant avec chemin de Bozouls (*de Boadone*) au mas de *Leugue*, chemin de Bozouls au mas de Merlet, terre de Bérenger *Buoviven* et terre dudit hôpital. Droit d'entrée (*pro intratis*) : 20 sols Rod. dont quittance. Cens annuel : une émine de froment et 3 cartes d'avoine, [mesure de Bozouls], à la St-Michel, avec ventes et lods, *suo loco et tempore*. — Fait à Bozouls, témoins : M[e] Durand *Polverelli* prêtre, religieux de Notre-Dame d'Aubrac, Pierre *Vitalis*, Bérenger Velhan, Pierre *Vilata*. Not. recevant : Jean *Arnaldi*, notaire de Bozouls et du comté de Rodez. Not. expéditionnaire : Jean *Valdonis*, not. comtal de Bozouls, et successeur dud. J. *Arnaldi* par autorité de noble Amaury de Narbonne, chevalier, seigneur de Talleyrand, lieutenant du comte de

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, côté : PPP, n° 75, 3 P n. 14.

Digitized by Google

Rodez et gouverneur du comté de Rodez. — [*Seing manuel du not. expéditionnaire*].

294.

1317, juillet. — *Supplique adressée au pape Jean XXII, contre la tentative faite par les chevaliers de Saint-Jean-de-Jérusalem pour annexer à leur ordre l'Hôpital d'Aubrac* [1].

Sanctissimo ac clementissimo patri domino suo domino Johanni, divina Providentia sacrosancte Romane ac universalis ecclesie Summo Pontifici, ejus devoti fideles et humiles filii, quorum sigilla inferius sunt apensa cum expressione nominum eorumdem, devota pedum oscula beatorum. Cum religiosam vitam eligentibus congrua Beatitudinem vestram oporteat, Pater sanctissime, consideratione prospicere ne cujusdam necessitatis occasio aut desides faciat, aut robur, quod absit, eorum conversationis infringat, deccatque clementiam vestram sacram religionem plantare plantatamque fovere et nusquam hoc melius exequatur quam si ea, que recta sunt, nutriat et que profectum virtutis impediunt corrigat, prout canonica veritas Sanctitatis vestre impressa scrinio, quam inconvulsis radicibus apud Sedem Apostolicam servat antiquitas, atestatur, sumit inde parvitatis nostre imbecillitas, etsi nos altitudo sublimitatis vestre exterreat, fiduciam, cum omni devotione et reverentia, hec scribendi. Noscat itaque Beatitudo vestra, Pater sanctissime, ad nostrum et pene omnium compatriotarum nostrorum pervenisse auditum fratres Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani vestre clementie cum instantia supplicasse ut ad ordinem suum et fratres dicti Hospitalis Sancti Johannis Hospitale Beate Marie pauperum de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, transferatis, ipsis fratribus Sancti Johannis administrationem et regimen dicti Hospitalis committendo, amoto exinde dompno per quem, in presenti, Hospitale regitur memoratum ; verum, quanquam nos et ceteri, qui profunditatem sapientie circums-

1. Doat 135, fol. 83-89, copie d'après l'original, [coté MMMM.] — *Arch. dép. de l'Aveyron*, G. 406, pièce n° 16 (mention). — H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 1, p. 12 et 32 (mentions). — Corrections, entre [ ], d'après le n° 272.

Digitized by Google

pectionis Beatitudinis vestre, Pater Sanctissime, a primis auspiciis sublimitatis vestre experti fuimus, nullatenus arbitremur Sanctitatem vestram supplicationem dictorum fratrum admissuram, nichilominus tamen ne suggeri possit talis falsitas vel supprimi veritas ex qua clementie vestre animus ex facti possit ignorantia circumduci, significare curamus : dictum Hospitale situm esse in montuosa, frigida et solitaria regione, per quam frequens et continuus habetur transitus peregrinorum et pauperum, nobilium et etiam aliorum, quibus de bonis Hospitalis predicti, secundum status eorum exigentiam et voluntatem, absque delectu et repulsa, largiflue providetur, quam quidem provisionem refugere nequeunt, cum in convicinio victualia et locum alium, in quo caput reclinare valeant, nequeant reperire ; in ipso etiam Hospitali degunt circa sex viginti fratres, tam presbiteri quam clerici et milites quam alii, qui, ut in pluribus, cum in eorum patria et inter eorum amicos et parentes propter diversos fortune eventus convenienter vivere neque[a]nt et mendicare erubesc[a]nt et probate vite exist[a]nt, pietatis intuitu aluntur, recipiuntur et sustentantur ibidem ; et consimile in sororibus et nobilibus et aliis non suspectis honesteque conversationis, que seorsum a fratribus in loco remoto conversantur et Deo serviunt, observatur ; omnesque fratres et sorores predicti victu et vestitu simplici, secundum conditionem patrie, sunt contenti, quidquid ex laboribus et industria eorum deinque nutrimentis in usus Hospitalis animalium possunt acquirere, Hospitali supradicto accumulantes, in usus hospitalitatis premisse, prout antiquitus servatum est, expenditur a superior[e] eorum, qui *dompnus* est vulgariter appellatus, et est presbiter, curam et administrationem gerens fratrum, sororum et Hospitalis predictorum et eorum que ad ipsum Hospitale spiritualiter et temporaliter pertinere noscuntur ; et quamquam hactenus multi fuerint boni gubernatores Hospitalis predicti, religiosus vir dominus Durantus Olerii, presbiter, in ipso Hospitali ab infantia nutritus, vir simplex et rectus et timens Deum, cui vite, honeste conversationis ac competentis scientie et alia probitatis merita suffra-

Digitized by Google

gantur, qui in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectus, [a] tota patria dilectus et [a] congregatione dicti Hospitalis tanquam sufficiens unanimiter et canonice electus et per suum Ordinarium confirmatus, non minus est ejus antecessoribus commendatus nec minus reputatur utilis et sufficiens gubernationi et regimini Hospitalis prefati, cujus amotio et antiqui status et soliti Hospitalis predicti immutatio que totam patriam contingere noscitur, magnam, Pater sanctissime, procul dubio in ipsa patria commotionem non sedandam de facili et scandalum generaret, et maxime propter statum et conditionem dictorum Hospitalariorum Sancti Johannis Jerosolimitani, qu[ia] licet eorum ordo ab ecclesia et per vos, Pater Sanctissime, ut dicitur, fuerit approbatus, status tamen illorum Hospitalariorum a statu, regula et observantia regulari dicti Hospitalis et dompni et fratrum ejusdem penitus est diversus, et est timendum quod, si congregarentur, ex hoc magnum scandalum oriretur ; quinimo quasi ex toto fidelium devotio, religionis et hospitalitatis conservatio deperiret, quod conjecturamus ex pluribus que videmus ; non enim tantam crevimus meliorationem in ipso ordine quanta, nostris temporibus, crevimus reddituum nutrimenta, et in antiquis rebus mutandis et novis constituendis evidens utilitas debeat apparere discordiamque novitates pariant, prout vestra clementia non ignorat, tum etiam quod dominus Nicolaus, papa quartus, predecessor vester, ipsum Hospitale sub protectione Sedis Apostolice posuit et dompnus ipsius Hospitalis, ad indicium dicte protectionis Apostolice, unum bisantium vobis, sanctissimo Patri, annis singulis tenetur persolvere et successoribus vestris, et solvere consuevit a tempore circa quo dictus dominus Nicolaus, papa quartus, dictum Hospitale posuit sub protectione Sedis Apostolice et [illi] plures libertates et immunitates concessit et, concessas per predecessores suos ratas habens, eas decrevit illibatas perpetuis temporibus permanere. Quamobrem, Pater clementissime, solitam vestram clementiam, qua[nta] devotione ac affectione possumus, flagitamus, communi voto omnium de patria proloquentes, quathenus, dictorum fratrum Hos-

Digitized by Google

pitalis Sancti Johannis Jerosolimitani supplicatione rejecta, prefatum Hospitale permitatis per dictum fratrem Durantum in statu solito antiquo et debito salubriter gubernari, religiosam vitam in ipso Hospitali servantibus in hoc paterna sollicitudine providentes plantatamque in ipsis religionem foventes, ne immutatio dextere Excelsi desides in [divino obsequio] eos faciat aut robur conversationis et fidei eorumdem infringat, ad instar Patris misericordiarum Cujus vices in terris geritis, simplicitati nostre et imperitiei ignoscentes, qui os ponentes in celum, propter [communem] patrie [et dicti loci], ex predecessorum [nos]trorum opibus fundati, utilitatem, urgente devotione ac cujusque nostrum conscientia, talia vestre [celsitudini], quam conservet Altissimus, presumpsimus intimare. — Datum mense julii, anno Domini M° CCC° XVII°.

Guido, dominus de Severiaco, miles, Ruthenensis diocesis. — Abbas A[ni]anensis (?). — Guillelmus de Barreria, domicellus, dominus de Castronovo de Perelezio, Ruthenensis diocesis. — Marquesius de Canilhaco, miles, dominus de Canilhaco, Mimatensis diocesis. — Et nos Petrus de Ferreriis, miles, senescallus Ruthenensis domini nostri regis Francorum, fama publica referente et opinione baronum et nobilium et etiam innobilium dicte senescallie Ruthenensis intellecta, sigillavimus in testimonium premissorum. — Capitulum Beate Marie Ruthene. — Et nos Bartholomeus de Clusello, legum doctor et judex major senescallie Ruthenensis pro domino nostro rege, attentis his que publice dicuntur de premissis, sigillavimus in testimonium eorundem. — Arnaldus de Landorra, miles, dominus de Solomedio, Ruthenensis diocesis. — Berengarius de Arpajone, miles, dominus de Levezone, Ruth. diocesis. — Guillelmus de Roquafuel, miles, dominus de Versols, Ruth. diocesis. — Ramundus Petri, domicellus, dominus de Gangue, diocesis Magalonensis. — Ramundus de Stagno, miles, dominus de Stagno, Ruth. diocesis. — Abbas Conchensis, Ruth. diocesis. — Ramundus de Rocafuel, miles, dominus d'Alga, Ruth. diocesis. — Et nos Hugo, dominus baroniarum de Castronovo et de Calomonte, fama referente, sigillavimus in

Digitized by Google

testimonium premissorum. — Aimericus de Castropercio, dominus de Castropercio, miles, Ruth. diocesis. — Austorgius de Aurilhaco, miles, dominus de Tinieiras, Ruth. diocesis. — Abbas Bonevallis, Ruth. diocesis. — Ramundus de Sancto Mauricio, domicellus, dominus de Sancto Mauricio de Monpao, Ruth. diocesis. — Abbas Bonecumbe, Ruth. diocesis. — Guillelmus de Brezoncio, domicellus, dominus de Brezoncio, diocesis Claromontensis. — Bernardus La Tor, domicellus, dominus de Turre, Ruth. diocesis.

« *Et sur le repli et sur chaque sceau est escrit* » : P. de Ferreriis, capitulum Ruthene, judex major, Severiac, Landorra, Arpajon, La Tor, Rocafuelh, Gangue, Stang, Conchas et Rocafuelh, Barriera, Calmont, Castelpers, Aurlhac, Boneval, Monpao, Bresonis.

295.

1317, 1er novembre [1]. — « *Item* instrumentum confectum anno Domini Mo CCCo XVIIo, kalendas novembris, quo cavetur quod Hugo Aera, domicellus, clericus, ratifficavit quandam vendicionem factam domino dompno Hospitalis de Altobraco per predecessores suos, factam de redditibus et proventibus, quos habebant in villa Sancti Eligii et in aliis locis in instrumento vendicionis contentis, prout plenius premissa continentur in dicto instrumento, signato per litteram Q. »

296.

1317 [2]. — Vente par Jean *Montanha* de *Vonc* en faveur de Jean Rodier d'Espalion d'un pré, *in ripeyria de Dordo*, paroisse de Gabriac, confrontant avec pré de Pierre *de Cruejolis*, le Dourdou et chemin de Gabriac à *Garupola*, avec le contrat de lauzime. Cotée HHHHH.

297.

1317 [3]. — « Donacio facta Ramundo Garrigie per Gaufridum Garrigie, ejus fratrem, de porcione sua heredita-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 6 v°.
2. *Ibid.*, reg. n° 72, fol. XXXV r°.
3. *Ibid.*, reg. coté n°s 24 et 333 (La Roque-Valzergue), fol. 7 v°.

Digitized by Google

ria et omni jure quod habebat in bonis et hereditate Odoardi de Garrigia, patris eorumdem, salvo sibi molendino de Vebra ad vitam et IIII^{or} XX^{ti} libras Turon., pro anima sua. Instrumento sumpto per Guillermum Bruguerie anno M^{o} III^{c} XVII^{o}, signato littera U. »

298.

1318, 19 mai. La Roque-Valzergue [1]. — Bail acapte par Raymond *de Caturco* à Pierre *Pojeti* et à Astruge *Pojeta*, frère et sœur, de la moitié par indivis du mas de *la Bessieyra sobeyrana*, paroisse de Saint-Geniez, qui était ci-devant tenue par Pierre *Camboni* et ses fils ; l'entier mas confronte avec chemin de *Clarafaja* à Saint-Geniez, le terroir du mas de *las Gandalgas* et de *la Bessieyra soleyrana*, terroir du mas d'*Artigas et dels Sarnhacs*, terroir du mas *del Clapier*. Droit d'entrée : 24 livres Rod. Censive annuelle : le quint des blés, 3 s. Rod., une géline à la vigile de Noël, droit de lods et ventes. — Fait à La Roque-Valzergue, présents : Raymond *Garini* notaire, Déodat *Bruguerie*, Déodat *Artaldi*, Gérald de *Romegueria*, damoiseau. — Notaire recevant : Guillaume *Bruguerie*, not. royal. — [*Seing manuel du notaire.*]

299.

1318 [2]. — Reconnaissance consentie à *Fredolo Aurella*, damoiseau de Saint-Geniez, par Etienne *Triayre* de maisons, jardins, terres, prés et courtils, champs cultivés et incultes, etc., possédés par le reconnaissant et sa femme au mas de *Croset Ajo*, — à l'exception du champ dit *dels Fieus* qui relève du luminaire (*luminaria*) de Saint-Pierre de Canet ; l'entier mas confrontant avec le mas de *la Sablieyra*, terres de *Solalges, rivo in medio, vocato de Castanet*, affar et terres de M^{e} Robert *de Verlagueto*, mas de *la Costeta*, mas de *Biavel*, tenure de Déodat et Hugues de Lavit, mas de *Malfadut*, affar de l'église de la Fage (*Clarafaga*). Cens annuel : 1 set. avoine, mesure de Saint-Geniez, le quart des blés, *exceptis arboribus et pratis et quadam*

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : n° 26, n° 59, n° 8.
2. *Ibid.*, reg. coté n^{os} 24 et 333, fol. 20 r°. — *A la marge :* Crouset Ago. — *Au dos :* Peut servir par succession, non autrement.

Digitized by Google

parranea eidem Stephano assesata per Hugonem d'Aurella, 2 sols Rod. et 4 den. avec la seigneurie directe. — Acte reçu par Hugues *de Cureriis* et coté PPP.

« Vendicio [1] et remissio facta Hospitali de Altobraco per Stephanum Ricardi et Ricardum Gelys de quarta parte fructuum excrecencium in loco del Rocos, mandamenti de Seveyriaco, et de omni jure quocumque eisdem pertinente in dicto loco del Rocos, precio IIII^{xx} librarum Turon. Instrumento sumpto per Petrum de Lala, cui subrogatus Guillermus de Valiech signavit instrumentum, anno M° III^{c} XVIII°, et signatum littera X. »

« Ratifficacio [2] et quictancia facta Hospitali per Stephanum de Richares [et Ricardum] Gilis mansi del Rocos, qui ratifficaverunt vendicionem factam per Michaelem Gili, eorum patrem, dicto Hospitali de omni jure quod habebant in quarto fructuum excrecendorum in dicto manso del Rocos, precio IIII^{xx} librarum ; et ex superhabundanti dicta jura eidem Hospitali quictaverunt. Instrumento sumpto per Petrum de Alodio, not. publicum, anno M° III° XVIII°, et signato triplici SSS. »

300.

1319 (n. s.), 17 janvier [3]. — « *Item* instrumentum, confectum anno Domini M° CCC° XVIII° et die mercuri[i] post festum beati Illarii, quo cavetur quod bajulus del Serre pro Hospitali de Altobraco appellavit coram bajulo Calmontis a certis explectis factis in villa Sancti Eligii per quendam servientem domini de Calmonte in prejudicium juridi[c]tionis de Altobraco, et signatum per litteram R. »

301.

1320, 23 juin. Aubrac [4]. — *Nomination de Bertrand Bernardi à la maison d'Anduse par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac.*

Noverint universi presentes pariter et futuri quod nos frater Durantus, dompnus humilis Hospitalis pauperum

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^{os} 24 et 333, fol. 7 v°.
2. *Ibid.*, fol. 22 r°.
3. *Ibid.*, reg. n° 19, fol. 6 v°.
4. *Ibid.*, Vidimus papier, n° 322. Cf. l'acte du 23 décembre 1335,

Digitized by Google

Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis dyocesis, damus et concedimus ad bene regendum et bene gubernandum et bene procurandum, in personale beneficium, domum nostram de Andusia, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, vobis domino Bertrando Bernardi presbitero, fratri nostro, tanquam bene merito et bonis moribus ornato. — Datum apud Hospitale nostrum predictum, die lune ante festum beati Johannis Babtiste, anno Domini M° CCC° XX°. — In cujus rei testimonium sigillum nostrum quo utimur duximus apponendum.

302.

1320, 24 août. Chirac. — *Reconnaissance de dette en faveur du collecteur de l'aumône destinée à l'habillement des pauvres de Chirac* [1].

Noverint universi et singuli quod anno Domini M° CCC° XX°, videlicet die XXIIII[a] augusti, in presencia Johannis Bachalar, notarii regii juratique sigilli curie regie Marologii, constitutus Pontius Petiti de Chiraco, spontaneus, ut dixit, et scienter recognovit confitendo se debere Johanni de Chabanis de Chiraco, collectori et bajulo helemosine vestimenti pauperum de Chiraco, Guillermo Martini et Johanni Charalha, procuratoribus et scindicis universitatis hominum dicti loci de Chiraco, stipulantibus et recipientibus vice et nomine dictorum pauperum, videlicet C solidos Turonenses ex causa translationis, remissionis perpetue et cessionis eidem Poncio facte, tanquam heredi universali Petri Grossi, condam, per predictos stipulantes, videlicet juris et actionis quod se habere dicebant in hospicio Petri Grossi, condam, ratione unius sestarii bladi annui et censualis per eundem P. Grossi, condam, dictis pauperibus legati, prout de eodem legato dicti sestarii in testamento per eundem P. condito et scripto manu dicti mei notarii lacius continetur. Quos C solidos dictus Pontius eisdem stipulantibus vel ipsorum alteri se soluturum promisit in pace et quiete, hinc ad Natale Domini proximum, cum restitutione dampnifica-

1. *Arch. départ. de la Lozère.* H. (Hôpital d'Aubrac), 437, orig. parch., partie du sceau en cire rouge pendant sur simple queue de parchemin.

Digitized by Google

tionis et expensarum omnium, si que fieri contingeret pretextu debiti memorati, sub obligatione omnium bonorum suorum cum omni juris et facti renuntiatione pariter et cautela. Pro quibus omnibus et singulis predictis complendis et atendendis idem Pontius supposuit et astrixit se et dicta ejus bona jurisdictioni et vigori dicti sigilli regii curie prelibate. — Actum et datum Chiraci ; testibus presentibus : dominis Stephano Revordelli, Bartholomeo Borie, presbiteris, Johanne Viridarii diacono, et me dicto notario, qui hoc scripsi et sigillavi. — [*Seing manuel du notaire*]. — Postea vero nos Rotbertus Martini, bajulus Marologii et aliarum proprietatum regiarum Gaballitani, ad relationem dicti notarii, ipsum sigillum presentibus literis jussimus apponendum. — XVIII denarii pro litera cum sigillo.

303.

1320 [1]. — « Vante de l'an 1320, faite par Bego de Caumon à Durand, domp d'Aubrac, pour l'Hôpital, couvent et frères dud. Hôpital, de toute la portion qu'il avoit par indivis dans le lieu et seigneurie de Saint-Chély, qu'il avoit aquise de Guibert de Cruéjouls. En parchemin, cotté T. »

304.

1321 (n. s.), 8 janvier [2]. — « *Item* instrumentum compromissi sive diffinicionis confectum anno M° III° XX° et die VIII^a^ januarii, quo cavetur quod cum esset questio inter dominum de Calmonte ex una et dompnum Hospitalis de Altobraco ex altera, racione recognicionis tercie partis ville Sancti Elegii, quam idem dominus dompnus dicto domino de Calmonte facere tenebatur, qui compromiserunt, ambe partes, in dominum electum Ruthenensem [3], tanquam in arbitrum etc., prout in dicto instrumento continetur ; et signatur per litteram duplicem CC. »

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, Reg. coté : Aubrac, n° 7, fol. 4 v°. (Inventaire du XVIII° s.)
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 7 v°.
3. Pierre de Castelnau.

Digitized by Google

305.

1321 (n. s.), 8 janvier [1]. — « *Item* instrumentum, confectum anno Domini M° CCC° XX° et die octava ab introitu mensis januarii, quo cavetur quod dominus dompnus Beate Marie de Altobraco recognovit se tenere a domino de Calmonte terciam partem ville Sancti Elegii, per ipsum Hospitale a dicto domino de Calmonte seu predecessor[ibus] su[i]s acquisitam, prout plenius continetur in dicto instrumento, signato per litteram T. »

306.

1321, 13 mai [2]. — « Est aliud instrumentum fundationis obitus perpetui fratris Guilhermi de Boraldeta, [celerarii], in quo continetur quod anno Domini M° CCC° XXI° et die mercurii post festum beati Johannis ante Portam Latinam, reverendus in Xristo pater et dominus Durantus, providentia divina dompnus Hospitalis Xristi pauperum Beate Marie de Altobraco, una cum venerabilibus religiosis fratribus dicti Hospitalis, assignaverunt, donaverunt et ordinaverunt dicto fratri Guilhermo de Boraldeta, presenti et recipienti, ob remunerationem reddituum seu proventuum per ipsum fratrem Guilhermum acquisitorum, videlicet IV libras Turon. bonorum nigrorum censuales, percipiendas quolibet anno super manso de Bagoyeris et de Costa Ronhoza, sito in parrochia de Nabinalibus, Mimatensis diocesis, pro uno anniversario sive pitancia faciendo seu facienda conventui predicti Hospitalis, et hoc in crastinum Ramispalmarum : de quibus IV libris dentur, dicta die, quolibet anno, XII den. cuilibet sacerdoti fratri et permanenti in dicto Hospitali, de residuo autem fiat refectio conventui predicti Hospitalis. — *Item* quod celerarius et sui successores habeant et percipiant fructus vinee acquisite per dictum fratrem Guilhermum de Boraldeta, site apud Sanctum Cosmam et coram grangia de Melet ; et quod ratione dicte vinee teneatur dare et tradere, quolibet anno, in dicta die, unum modium vini ni-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 7 r°.
2. *Ibid.*, reg. n° 72, fol. XXV v°.

Digitized by Google

gri pro dicta pictancia seu refectione facienda. Que quidem IV libre Turon., quolibet anno, erunt distribuende per celerarium predicti Hospitalis, qui tunc erit, et successores, prout continetur et expecifficatur in instrumento fundationis, sumpto per magistrum Petrum de Allodio, notarium totius terre supradicti dompni de Altobraco, et signato in dorso hiis licteris FFFF. »

307.

1321, 17 juin. La Roche[-Canillac]. — *Hommage rendu à Marquès de Canillac par Bérenger des Salhens* [1].

Anno Domini M° CCC° XXI°, domino Philippo, illustrissimo rege Francie et Navarre, regnante, videlicet XV° kalendas mensis julii. Noscant presentes pariterque futuri quod ad interogationem nobilis et potentis viri Marquesii, domini Canilhiaci, domicelli, Brengarius dels Salhens, domicellus, habitator castri Sancti Urcisii, dyocesis Sancti Flori, coram me notario et testibus infrascriptis..., dixit ac confessus fuit... se tenere... a dicto nobili Marquesio antecessoresque suos ab antecessoribus prefati Marquesii ab antiquo tenuisse res et bona infrascripta, videlicet : quicquid idem Brengarius habet... in manso seu territorio de Pena Vayra et de Boczols et de Roponh et villa de Rocolis et in territorio de la Chalm et in manso de Chalm en Chalm et in territorio et manso dels Fancz et in manso de Chalmelhs et in castro Sancti Urcisii, prout, inquam, in dictis mansis, territoriis, castro et villis et eorum pertinentiis habet, tenet et possidet, per se vel per alium, idem Brengarius..., conditionibus appositis et in pactum expressum deductis : quod idem Brengarius non possit, per se vel per alium, feudum seu feuda supra dicta in alium dominum transferre seu alienare quoquo modo in toto vel in parte, nisi de voluntate dicti domini de Canilhiaco et suorum successorum prius petita et obtenta. — *Item* fuit actum... quod idem Marquesius, dominus Canilhiaci, et sui successores habeant et utantur in predictis locis plenaria jurisdictione cognoscendo, puniendo et

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté n° 152.

Digitized by Google

justicias excercendo, ita videlicet quod de penis pecuniariis exigendis et levandis pro delictis in supradictis omnibus locis comissis, per eundem Brengarium supra recognitis, idem Brengarius successoresque sui habeant et habere debeant medietatem de hiis que supererunt, deductis expensis in cognoscendo vel alio modo factis, et quod etiam idem Marquesius, dominus Canilhiaci, et successores sui bona fide medietatem peccunie supradicte, que supererit, reddant et reddere teneantur ipsi Brengario et successoribus suis. — *Item* fuit actum inter partes predictas... quod prefatus dominus Canilhiaci successoresque sui teneantur et debeant deffendere in judicio et extra judicium omnia et singula supradicta per eundem Brengarium recognita, ad expensas comunes utriusque partis, si super predictis vel aliquo predictorum, ratione predicte compositionis sive recognitionis, aliqua questio oriretur. Que omnia supradicta et singula predicte partes ad se invicem per stipulacionem sollempnem servare promiserunt, astringens se idem Brengarius et successores suos ad homagium faciendum et fidelitatem prestandam, promitendam et jurandam, mutante domino vel vassallo, pro predictis, exceptis hiis que idem Brengarius inveniretur tenere a domino Stephano Revelha Cha, milite. Quod homagium idem Brengarius ibidem et incontinenti fecit eidem Marquesio et fidelitatem prestitit, promisit et juravit cum hiis que in sacramento fidelitatis continentur ; et in signum vere dilectionis et fidei inter eos oris osculum intervenit. Quam recognitionem et homagium idem Marquesius gratanter acceptavit. — Acta fuerunt hec apud Ruppem, in curte ipsius castri, presentibus testibus .. : venerabili viro domino Guilhelmo Fabri, judice dicti nobilis, discreto viro magistro Philippo Gislandi, jurisperito, Stephano Oliverii, domicello, magistro Duranto Foresterii, notario, Johanne Vallas, Ramundo dels Chazals et pluribus aliis, et me Guillelmo Galhi, auctoritate regia notario in terra que regitur jure scripto ac etiam in tota terra et marchia Canilhiaci, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

Digitized by Google

308.

1321, 10 octobre [1]. — Donation par Ramond *de Albiaco*, damoiseau, fils de Bérenger, chevalier, en faveur de sa sœur Béatrix de *Albiaco* : d'un terroir franc, sis au terroir de *Grallatier*, paroisse *de Albiaco*, confrontant avec terre *beati Gregorii* et terre de l'Hôpital d'Aubrac, *ex omnibus aliis suis partibus* ; d'autre terroir, dit *de Roqueta*, même paroisse, confr. avec terre dudit Hopital, terre jadis du Temple et pré de Déodat *Assazat* ; d'autre terroir franc, *in affario de Verrolheyras*, susdite paroisse, confr. avec terre dudit Hôpital de deux côtés et terre de Déodat *Assazat*. Not. recevant : Arnald Régis ; not. expéditionnaire : Guillaume *La Roqua*. Cotée lettre A.

309.

1321 [2]. — « Fondation de l'an 1321, en considération de la luminaire et sacrestie d'Aubrac de la somme de 20 solz, assignés sur le Puech delz Enfructz, par Monsieur d'Aubrac, pour l'agende qui se dict le jour et feste de sainct Chély, cotté KKK. »

310

1322 (n. s.) 11 janvier. Bozouls. — *Donation d'une vigne à l'hôpital de Bozouls par Guillaume et Bernard Moisset* [3].

Anno Domini M°CCC°XXI°, die lune ante festum Kathedre sancti Petri. Noverint universi... quod nos Guilhermus Moisseti, presbiter, junior, et Bernardus Moisseti, fratres, pro nobis et nostris successoribus quibuscumque, non decepti..., damus... et titulo pure et perfecte donationis derelinquimus, donatione pura et irevocabili facta inter vivos, tibi fratri Guilhermo Cancelli, preceptori domus hospitalis pauperum Boadonis, et vice et nomine dicti hospitalis et pro ipso et successoribus vestris et dicti hospitalis, videlicet : quamdam vineam sitam in territorio mansi de Coms, in parochia ecclesie de Bruyssaco et con-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 75 (Albiac, Ceyrac, Cruéjouls), fol 1 r°
2. *Ibid.*, reg. n° 19, fol. 13 r°.
3. *Ibid.*, orig. parch. coté : IIII, n° 85 et 4 I, n° 5.

Digitized by Google

frontatur cum vinea dicti Bernardi Moisset, et ex altera parte cum vinea Johannis Martini, quam vineam donamus vobis, nomine quo supra, vobis dicto preceptori, presenti et recipienti ut supra, cum suis introytibus et exitibus, cum heremo et vestitu, cum omnibus juribus et accionibus et pertinenciis suis, et in dicta vinea vos facimus verum et certum et specialem dominum tanquam in rem vestram, retentis nobis dicto presbitero infra scriptis, et promitimus vobis et dicto hospitali tenere de evictione totali et particulari in judicio et extra... Retinemus tamen nos dictus presbiter, ad vitam nostram tantum, in dicta vinea usumfructum, quod per dictum preceptorem fuit eidem presbitero tantum concessum. — Actum apud Boadonem. — Testes fuerunt vocati et roguati : domini Petrus Verolh, Petrus Sarassini, Petrus Conques, presbiteri, Hugo Calvet, clericus, Petrus Lemosi et magister Johannes Arnaldi, publicus notarius condam castri de Boadone et tocius comitatus Ruthene, qui, *etc...* ; set morte preventus instrumentum ab eo non abstraxit, *etc... Notaire expéditionnaire : Jean Valdonis, notaire de Bozouls et du comté de Rodez, substitué par Amaury de Narbonne, chevalier, seigneur de Talleyrand, lieutenant du comte de Rodez et régent du comté de Rodez... — [Seing manuel du notaire expéditionnaire.]*

311.

1322, 12 avril [1]. — « *Item* instrumentum confectum anno Domini M°III° XXII° et pridie idus aprilis, quo cavetur quod cum Petrus, filius Astorgii Rostagnh, mansi dels Effrutz, legasset luminarie Beate Marie de Altobraco IV denarios Ruthenenses censuales, percipiendos supra quoddam ejus pratum, situm in dicto manso prope domum suam, Ramunda, uxor dicti quondam Astorgii [2] et mater ejusdem legantis, predictam donationem laudavit etc., ut continetur in dicto instrumento, signato per duplicem EE. »

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol, 7 v°.
2. *Ms.* Petri.

Digitized by Google

312.

1322. — *Reconnaissances féodales consenties à l'Hôpital d'Aubrac* [1] :

1. Par Guillaume de Mongros, pour lui, sa femme et ses sœurs : certains casals, *ayrals* et *codercz* et soutoul (*sutulum*) d'une vieille maison, au mas de *las Vergas*, paroisse de Canet, confrontant avec affar de *Berriada*, et terre dud. Hôpital. Censive : la troisième partie de 16 den. Rod. et d'une quarte d'avoine ; — tous les terroirs qu'il possède aud. mas, au nom de sa femme, sous le cens du quart des fruits. Not. recevant : Bernard *Colrati*, de Saint-Martin ; not. expéditionnaire : Ramond *Alamandi*, not. subrogé. — Acte coté AA.

2. Par Pierre Chabbert, de *Busencz* : la moitié par indivis avec le roi d'un terroir *prope fontem Sancti Saturnini*, par. de La Capelle de Bonanse, *de quadam tegula supra versus stratam qua itur Ruthenam* ; l'entier terroir confrontant avec chemin de Saint-Saturnin à Saint-Martin, pré de Bernard Brunenc, terre de l'Hôpital d'Aubrac ; *in qua parte dictus rex habet quartum bladorum* et led. Hôpital les cens ci-dessous ; les lods sont communs ; — autre partie dudit terroir, *a dicta tegula versus aquam de Serra* ; — un pré *in rippa de Serra*, confrontant avec la Serre et pré dudit Hôpital ; — le champ de l'*Auseral*, *in medietate*, sis dans la susdite paroisse, confr. avec terre de *Grunh*, champ des héritiers de Pierre de *Crosetz* et affar du mas de *Melhau* ; — un champ avec maisons, jardin et casatures, dits *de Cumba del loc*, susd. paroisse, confr. avec affar de Ramond *de Ruppe*, damoiseau, chemin de Saint-Saturnin à Saint-Martin et champ d'Astorg *del Vilaret* ; — une terre, *al Cartayril*, confr. avec chemin *del Vergier* à Saint-Martin, champ de Pierre *de Croseto*. Cens d'Aubrac : 4 set. froment, 4 set. et 1 émine avoine, mesure de Millau ; la reconnaissance ci dessus est indivise avec le roi.

3. Par Guillaume *de Crosetz*, du mas *de Viridario*, par. de St-Saturnin, et Guillaume, son fils : de maisons, courtil

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. n° 24 et 333, fol. 7 v°-12 v°.

Digitized by Google

(*curtile*) et jardin, au mas *del Verdier*, confr. avec affar de Pierre *Salas*, jardin de Pierre Romeguier, affar d'Etienne Valenc, chemin de la Roque à *Grunh*. Cens : 8 den. Rod.; — un pré, *el Carrayril*, confr. chemin *del Grunh* vers *las passas Grunhesas*, chemin de St-Saturnin à St-Martin, terroir de Gérald *de Vebra*. Cens : 12 den.; — un pré, à *Leutalat*, indivis avec Bernard Brunenc et Guillaume *Martini*, confr. avec la Serre, chemin de St-Saturnin à St-Martin et pré *dels Bonansals*. Cens : 4 den. Rod. ; — un terroir, à *l'Auseral*, confr. avec maisons de Ramond *de Ruppe, de Grunh*, chemin de St-Saturnin à St-Martin et terroir *Stelle Chabberta*. Cens : 1 set. froment, 5 cartes avoine, mesure de Millau ; — une terre, *al Clapier lac*, confr. avec terroir de Ramond *la Roqua* et de Ramond de *Croselz*, chemin de St-Saturnin *versus lo Galdonecz*. Cens : le quart des blés.

Les susd. et Guillaume *del Moly*, pour eux et leurs frères, du mas *del Verdier*, par. de St-Saturnin, par moitié et par indivis : un champ, au terroir *del Grunh*, confr. du levant terre dud. Hôpital et du roi, du pied [chemin] de St-Saturnin à St-Geniez ; — la moitié, par indivis avec le roi, d'une terre près dud. champ, confr. avec led. champ, et chemin *versus Grunh* ; — une terre à l'affar de *las Clausadas*, confr. avec chemin de St-Saturnin à *Grunh* et champ de Guillaume Roc ; — autre terre aud. affar, confr. avec chemin de St-Martin *versus Viridarium* et affar de Gérald *de Vebra*. Cens d'Aubrac : 2 set. froment, 2 set. avoine, mesure de Millau, une géline avec seigneurie *in solidum*, à l'exception de la pièce indivise avec le roi.

4. Par Guillaume, Déodat, Bérenger et Bernard *del Moly*, frères : la moitié par indivis avec le roi de deux terres, par. de La Capelle, et un pré, *en las Ribas*, sous Saint-Saturnin ; led. pré confr. du levant avec terroir de Bonhomme et du couchant avec terroir *dels Bonansals* ; l'une desd. deux terres est entre deux chemins, dont l'un va à *Grunh* et l'autre *versus Ulmum*, et confr. avec champ de Guillaume *del Moly* et lesd. chemins ; l'autre terre dite *l'Ort de la trelha*, confr. avec champ de Gérald *Devesa* et du couchant avec led. chemin *versus Ulmum*. Cens :

Digitized by Google

pour le pré, une coupe d'avoine, mesure de Millau ; pour les terres, le quart des blés et la moitié des lods.

5. Par Ramond *de Crosetz* et Pierre, son fils, du mas *del Vergier* : un terroir, *el Clapier lac*, confr. avec terroir de Guillaume Roc et affar *del Pojol*. Cens : le quart des blés ; — la quatrième partie, par indivis avec le roi et Astorg *de Vilareto*, d'une terre au terroir *del Fogassol*, confr. avec terroir dud. Astorg, chemin de La Roque au mas d'Arbis et affar du mas *de Riba*. Cens : le quart des blés ; — un jardin, au terroir *del Verdier sive de Br[i]anso*, confr. avec ruisseau *de Brianso* et jardin de Guillaume Roc. Cens : 12 den. Rod., une géline ; — de maisons avec *ayral* et courtil, au mas *del Verdier*, confr. avec affar de Bernard *de Valle* et chemin *de Grunh*. Cens : 12 den. Rod. avec toute seigneurie ; Aubrac n'a que le quart des lods sur la pièce *del Fogassol*.

6. Par Pierre, Guillaume et Jean *Chabbertz*, frères, du mas *del Verdier* : une terre, à *Brianso*, confr. avec ruisseau de *Brianso* et chemin de Saint-Geniez à Millau, divisée entre lesd. frères. Cens : led. Pierre : une carte avoine, mesure de Millau, et une géline ; lesd. Guillaume et Jean : une émine froment et une carte avoine.

7. Par Pierre *Salelas* et Vital *Artanha*, son gendre, du mas *del Verdier* : maisons avec courtil et jardin, aud. mas, confr. avec chemin *de Ruppe versus Grunh*, jardin dud. Vital et parra de Jean *Boerii*. Cens : 21 den. Rod.

8. Par Jean *del mas Royric*, du mas *del Vergier* : une maison et jardin contigus, aud. mas, confr. avec chemin de La Roque à Grun et *cum intrata* de l'*ayral* de Bernard *del Valle*. Cens : 6 den. Rod.

9. Par Etienne Gari, de La Roque-Valzergue : maisons avec courtil, confr. *cum carreria Francesa*, l'*ayral* de Ramond *de Caturco* et maison de Ramond *La Sala*. Cens : 2 sols Rod.

10. Par Guillame *del Serre*, de Saint-Saturnin : maison et aire, au mas *del Vergier*, confr. avec chemin *del Vergier* à *Grunh* et jardin de Guillaume Roc. Cens : 6 den. [Rod.].

11. Par Pierre Bonhomme, de Saint-Saturnin : un terroir

Digitized by Google

au mas *del Vergier et quitquid est intra illius parietes, domus, orti*, etc., confr. avec jardin de Bernard Brunenc et chemin *del Vergier* à *Grunh*. Cens : 15 den. [Rod.].

12. Par Pierre Vincens, de La Roque : jardin, sis à *Brunho, ad pedem castri* [*de Rupe*], confr. avec chemin de La Roque *versus Brunho* et pré de Pierre *de Capella*, damoiseau. Cens : 2 sols [Rod.].

13. Par Bernard *Fornerii*, de La Roque : deux jardins, à *Brunho*, dont l'un confr. avec pré de Barthélemi *de Caturco* et jardin de Ramond Agret, et l'autre avec jardin d'Astruc Lasale et jardin de Hugues *de Crosetz*. Cens : 2 set. avoine, mesure de Millau, *pro quolibet orto unum sestarium*.

14. Par Bérenger *Boerii*, de La Roque : une maison avec courtil, à La Roque, confr. avec chemin de Millau et jardin de Pierre *Costa*, relevant d'Aubrac. Cens : une émine avoine, mesure de Millau.

15. Par Pierre *Costa*, de La Roque : un jardin à La Roque, confr. avec jardin de *las Manescalas*, pré *Roquos* et jardin de Bérenger *Boerii*. Cens : 4 den.

16. Astruge *Menesclaca*, de La Roque : la moitié par indivis avec Astorg de *Vilareto* d'une terre, au terroir de *Fogassol*, par. de Saint-Saturnin, confr. avec pré d'Aubrac, et chemin de La Roque à Arbis. Cens : demi géline ou poulet avec moitié de la seigneurie directe ; — le quart par indivis d'un champ, au terroir *del Fogassol*, confr. avec champ de Salustre et champ de Guillaume *del Serre*. Cens : le quart des blés et le quart de la seigneurie directe. — La même, pour elle et pour Bérengère et *Guillerma*, ses sœurs : un *ayral* comprenant maisons et jardin, *pro parte divisi inter ipsos*, à La Roque, confr. avec jardin de Pierre *Costa* et jardin de Ramond Morgue. Cens : un set. avoine.

17. Ramond *Montanites* et Ramond Marrit, du mas *d'Orias*, par. de Bonneterre, avec *Saura* et *Alpaya*, leurs femmes : un pré et un champ contigus, au terroir *de Fonnieyra*, confr. avec terroirs d'Aubrac et de Notre-Dame *de Stabulis* ; — une casature, au mas d'Ajas, confr. avec chemin de Saint-Laurent à Millau. Cens : un set. froment et un set. avoine, mesure de Millau, et 2 den. Tourn.

Digitized by Google

18. Bernard *Gayeti*, de Saint-Saturnin ; un terroir clos, au mas *del Verdier*, par. de La Capelle, comprenant maisons, casals, casature, jardin, aires, courtils, *femoralia*, jadis de Hugues *Fabri*, confr. de deux côtés avec chemins publics et des autres aspects avec l'affar de Guillaume *Roqua*, relevant d'Aubrac ; — un champ, au terroir *del Orador*, confr. avec chemin de Saint-Saturnin à Saint-Martin, chemin *de Viridario* à Millau, la Serre et champ de Pierre Chabbert ; — une terre, au lieu de *la Fornaca*, par. de Saint-Saturnin, *supra viam qua itur de Ruppe versus Arbis*, confr. avec led. chemin, champ d'Aiceline, *Manence* et affar relevant de seigneur *Baldoyno de Monteferrando* ; — une terre, *subtus dictam viam*, confr. avec led. chemin, la Serre et champ de Gérald de *Vebra* ; — la moitié d'une terre, à *las Clausadas*, confr. avec affar de Guillaume Roc, champ de Hugues *de Crozetz*, chemin de Saint-Saturnin à Grun, autre chemin *versus Sanctum Martinum* ; — un pré, près d'Arbis, confr. avec affar de Pierre *Majorelli*, affar des héritiers de Bernard Penchenier et affar de Ramond *Martini* et *dels Pogetz* ; — deux *sechoyratas* de pré, à *la Costa de Fogassol*, confr. du pied avec pré d'Aubrac et d'autre part avec affar de *las Menescalcas*. Cens : 7 set. blé, partie froment et partie avoine, sans quart ni quint, 5 sols Rod. et une géline ; *et debet servare in dictis domibus fenum dicti Hospitalis, quod ibidem congregabit dictum Hospitale, annis singulis.*

Led. Bernard Gayet : la moitié d'une terre par indivis avec Bérenger *Lacumba*, au lieu dit *Camserro*, confr. avec chemin de Saint-Saturnin *versus pontem*, terroirs de l'église dud. Saint-Saturnin, de l'Hôpital d'Aubrac et de Ramond *de Caturco*, jardin de Guillaume *del Serre* et chemin dud. pont *versus lo Verdier*. Cens indivis : 3 cartes froment.

19. Par Jean de Conde et Hugues *Maurelli*, de La Roque, chacun par moitié : un bois *sive boscalgium*, paroisse de La Capelle, au lieu dit *Caplescas*, confr. avec affar *dels Bonansals*, affars du mas de Lavit et *dels Gaubertz* et ruisseau *de la Vaseras*. Cens : 2 set. froment.

Les susd. reconnaissances (2-19) reçues par Bernard *Colrati*, not., et cotées BB.

Digitized by Google

20. Par Ramond *Manha*, du mas de la Bastide, par. de La Capelle, Ramond *Balaguerii*, du mas de *Guorcha Vigana*, par. de Canet, Ramond *de Bosco*, du mas *de Bosco*, par. de La Capelle, et Gérald *Talo*, du mas de la *Sablieyra*, par. de La Capelle, par indivis : la troisième partie, *pro indiviso* avec Ramond *de Caturco*, du mas *delz Lotz*, par. de La Capelle, confr. avec ruisseau de *la Salessa*, ruisseau de Mongros et affar de Gérald *de Romeguieyra*. Cens : 9 coupes et un tiers de coupe de seigle, mesure de Millau.

21. Par Bernard Brunenc, de Saint-Saturnin : un pré, susd. paroisse, confr. avec la Serre et terroir de l'église. Cens : 2 deniers Rod. ; — un champ, *en la Cumba Galdonesa*, confr. avec champ de Ramond *de Ruppe* et terre de Hugues Maset ; — un champ *en Fogassol*, confr. avec pré d'Aubrac et chemin de la Roque à Arbis. Cens : le quart des blés desd. champs ; — un jardin, à St-Saturnin, confr. avec maison et jardin du reconnaissant. Cens : 4 den. Rod.

22. Par Ramond *Balaguerii*, du mas de *Gorcha Vigana*, par. de Canet, pour lui et pour Etienne *de Bosco* et les fils de feu Gérald *de Bosco* avec Ramond *de Bosco*, par. de La Capelle : l'affar de *las Vergas*, par. de Canet, confr. avec affar d'Aymeric de Canac, damoiseau, et terre d'Aubrac. Cens : 6 den. et une carte avoine, mesure de Millau, avec seigneurie.

23. Par André et Gérald *Boerii*, frères, du mas de *la Bro[ss]a*, par. de Saint-Saturnin ; la huitième partie par indivis *dicti mansi de la Brossa* ; l'entier mas confr. avec chemin *de Ruppe versus los Sesals*, chemin de Saint-Saturnin à Lapanouse et terroir des héritiers de Gérald de *la Romeguieyra*. Cens : la huitième partie des blés et de la seigneurie ; — deux terres dans les confronts dud. mas, dont l'une confr. avec terroir *dels Caleliers* et la fontaine dud. mas, et l'autre avec le chemin de la Roque à Millau, Cens : le quart des blés ; — Autre terre, aud. mas, confr. avec chemin dud. mas à la fontaine et terroir de Ramond Morgue. Cens : une géline.

24. Par Ramond de *Bonaterra*, du mas de Monnet, par. de Saint-Saturnin, et Gérald, son neveu, agissant pour

Digitized by Google

lui et Bernard, son frère, *ambo et quilibet pro medietate* : un champ, *el Clot de la Malautia*, confr. avec champ de l'église de Saint-Saturnin, *in quo habet Hospitale directum dominium* ; — la moitié par indivis avec le roi d'un champ, *supra dictum Clot*, confr. avec le susd. champ et chemin du Monnet à Saint-Geniez, *in qua habet Hospitale medium directum*. Cens : 2 set. froment et un set. avoine.

25. Par led. Gérald de *Bonaterra*, pour lui et pour son frère Bernard : un champ, au lieu de *la Peyriera*, par. de Saint-Saturnin, confr. avec chemin de Campagnac à Saint-Saturnin, champ *qui tenetur pro indiviso cum domino nostro rege* et champ de *la Malautia*. Cens : 12 den. Rod.

26. Par Guillaume Roc, du mas *del Verdier*, par. de La Capelle : un terroir clos de murailles, comprenant maisons etc., au mas *del Vergier*, même paroisse, confr. du levant avec affar de l'église de Saint-Saturnin, chemin *del Vergier* à Grun et pré du reconnaissant, relevant d'Aubrac. Cens : un set. avoine, mesure de Millau, et une géline ; — led. pré, *in cumba del Vergier*, confr. avec led. terroir clos et avec led. affar de l'église. Cens : 4 sol. Rod. ; — un champ, *in cumba del Verdier*, confr. avec led. clos et ledit affar de l'église et l'affar de Ramonde *de Croseto* ; — un terroir dit *Cumba Mala*, susd. paroisse, confr. avec terre de lad. Ramonde *de Croseto*. Cens : le quart des blés ; — la moitié par indivis avec le roi d'un terroir *en las Vaycieyras* de lad. paroisse, confr. avec terroir *dels Bonansals*, terroir de Gérald *de Vebra* et de Ramond *la Roqua*, damoiseau, et chemin *del Verdier* à Grun ; — la moitié par indivis avec le roi d'un terroir *en las Clausadas* de lad. paroisse, confr. avec chemin *de Viridario versus Grunh* et terroir des héritiers de Bernard Lavernhe ; — la moitié d'un champ, *el Carteyril*, confr. avec champ dud. Ramond *la Roqua*, damoiseau, et terre dud. Guillaume Roc ; — la moitié d'un champ, *en la Soquieyra*, par. de Saint-Saturnin, confr. du levant avec terre des héritiers de Déodat de Puechberti et terre de Pierre *de Cappella*, damoiseau. Cens : la moitié du quart des blés et la moitié de la seigneurie par indivis avec le roi.

27. Par Ramond et Etienne *de Bosco*, pour eux et pour

Digitized by Google

Jean et Bernard, fils de Gérald *de Bosco, quilibet pro medietate* : un terroir à *Greu Pana*, par. de La Capelle, confr. avec affars du mas et des héritiers de Gérald *de Romeguieyra* et mas *dels Pencheniers*. Cens : 1 set. froment, mesure de Millau, et une géline.

28. Par *Guillerma Rossa*, de Saint-Saturnin : deux parties par indivis d'une maison avec courtil, à Saint-Saturnin, confr. avec jardin de l'église dud. lieu, maisons de Pierre *de Vebra* et jardin de sieur Astorg *Engles*. Cens : 2 den. Tourn.

Lesd. reconnaissances (20-28), reçues par Bernard *Colrati*, notaire, et cotées CC.

313.

1323, 18 mai. Saint-Côme. — *Révocation faite par le juge de la baronnie de Calmont de certaines proclamations faites à Saint-Chély par le sergent de là dite baronnie* [1].

Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° XXIII°, die mercurii post festum Pentecostem, constitutus magister Petrus de Allodio, clericus, procurator religiosorum virorum dominorum dompni et conventus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, in presentia venerabilis et discreti viri magistri Hectoris de Brossinhaco, jurisperiti, judici[s] baronie de Calomonte, requisivit instanter dictum dominum judicem ut inhibitionem seu preconisationem factas apud Sanctum Elegium per Geraldum Tueti, servientem dicte baronie, ut aliquis non bannejaret, banna seu dex non haberet seu perciperet in terra que fuit ecclesie Sancti Elegii, sub pena LX sol., [annularet]; quam quidem inhibitionem et preconisationem negavit dictus G. se fecisse, per dictum dominum judicem requisitus. Et ibidem, dictus dominus judex dictam inhibitionem et preconisationem, si facte fuerunt, anulavit, cassavit et irritavit penitus et ex toto et pro nullis, cassatis, irritatis haberi voluit de presenti, precipiendo dictus dominus judex expresse michi notario, infrascripto ut de predictis eidem procuratori publicum

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : AA, Num° VII, liasse XXXIII, titre 17° et n°° 109, 177. — Sommaire du même acte (coté AA.), cf. reg. n° 19 (St-Chély), fol. 7 r°.

Digitized by Google

conficerem instrumentum nomine et vice dicti Hospitalis et suorum condominorum. — Actum in platea Sancti Cosme, presentibus : Guillelmo Judei, domino de Monjusieu, R° Bertrand[i], domicello, magistro R° Romet, notario, domino Duranto Regis, monaco Bonevallis, Hugone de Rupe, Johanne Bonaldi, Stephano Boteti, clericis, testibus vocatis et rogatis, et me Bonaldo Regis, publico notario baronie de Calomonte, qui... *etc...* — [*Seing manuel du notaire*] [1].

314.

1323, 29 juin. — *Compromis et sentence arbitrale entre le seigneur de Canillac et Etienne Vessa d'une part et Bérenger des Salhens de l'autre, au sujet des limites des lieux d'Entrefages et des Faux* [2].

Noverint universi... quod anno Dominice incarnationis M° CCC° XXIII°, domino Karolo, illustri Francie et Navarre rege, regnante, videlicet XXIX^a^ die junii, cum super quadam questione seu controversia, que vertebatur verti seu agitari sperabatur inter nobilem et potentem virum dominum Canilhiaci et dominum Stephanum Vessa, militem, ex parte una, et Berengarium del Salyens ex parte altera, ex eo... quod Fulco Arzileti, procurator et procuratorio nomine predicti domini Canilhiaci, et dictus dominus Stephanus ex parte una dicebant et asserebant quod dictus Berengarius, in prejudicium dicti domini Canilhiaci et dicti domini Stephani et ipsos dominos agravando, unam magnam partem territorii comunis dictorum dominorum vocati d'Entrefajas, parrochie Sancti Urcizii, ocupabat et territorio suo dels Faux uniebat et sibi apropriabat licet, ut dicebant, minus juste : nam dicebant et asserebant dictus Fulco, nomine predicti domini Canilhiaci, et dominus Stephanus Vessa ex parte una quod mete, que dividebant territorium predictum d'Entrefajas, comune predicti domini Canilhiaci et dicti domini Stephani, et ter-

1. « Cédulle appellatoyre contre les officiers de M. de Calmont venant faire certaines cryes à St-Chély, en l'an 1323, [cotée] SSS. » *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19 (St-Chély) fol. 13 v°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté n° 165. Les lacs et les trois sceaux ont disparu.

Digitized by Google

ritorium dels Faux quod est dicti Berengarii et de proprietate sua, ut ipse Berengarius dicebat, protendebant a fonte de Trinitat, recta linea, versus lo forn veil dels Faux et ab illo furno versus la charral del Fau et ab illa charral versus lo ranc desuper Riucros et ab illo ranco recte assendebant versus capud de prat Liurant versus Chapestras, et quod ultra istas metas dictus Berengarius nichil habebat nec habere debebat a parte territorii comunis predicti dictorum dominorum d'Entrefajas ; — dicto vero Berengario in contrarium dicente et asserente quod mete, que dividunt territorium suum dels Faux et territorium comune dictorum dominorum d'Entrefajas, protenduntur, recta linea, a podio sive monte dicto Sarrazi versus saxam Jarrosam et ab illa saxa versus lo Badiu de Trinitat et ab illo Badiu versus las dozes sobeiranas pratorum de Trinitat et quorumdam aliorum hominum castri Sancti Urcizii et quod, sicut iste mete designant, tam ipse Berengarius quam predecessores sui dictum territorium a parte dels Faux tenuerunt et possederunt pascifice et quiete, tam depascendo, ligna sindendo et diversos homines in nemoribus dicti territorii afforestando, et hoc per V^e^ annos, X, XV, XX^i^ et XXV^e^, XXX^a^ et ultra, et tanto tempore, ut dixit, quod in contrarium memoria non existit, continue et nemine contradicente ; — dictis vero Fulcone Arzileti, nomine predicti domini Canilhiaci, et dicto domino Stephano ex parte una negantibus predicta per dictum Berengarium proposita fore vera. — Super qua quidem questione et controvercia dicte partes, videlicet dictus Fulco, procuratorio nomine predicti domini Canilhiaci, et dictus dominus Stephanus ex parte una, et dictus Berengarius del Salyens ex parte altera, concorditer et amicabiliter compromisissent in discretos viros Johannem Balati et magistrum Ramundum Boerii, ut in arbitros.., sub pena C librarum Tur., dandarum... parti hobedienti per partem inhobedientem, dicta pena hinc et inde sollempniter stipulata, prout de dicto compromisso constat michi infrascripto notario per quamdam literam, sigillo regio in Montanis Arvernie auctoritate domini nostri Francie regis

Digitized by Google

constituto sigillatam et manu mea propria sub sigillo predicto receptam ; existentes in presntia mei infrascripti notarii et testium infra scriptorum dicti Johannes Balati et magister Ramundus Boerii, arbitri..... super dicta questione per dictos Fulconem Arzileti et dominum Stephanum, ex parte una, et Berengarium del Salyens, ex parte altera, comuniter... electi.., rationibus hinc et inde.., presentibus testibus, per quamlibet parcium productis et per ipsos arbitros... diligenter examinatis et atestationibus testium per utramque partem productorum auditis et intellectis, voluntatibus partium precenscitis, nichil de hiis, ut dixerunt, que ad terminandam seu finiendam dictam questionem faciunt facere seu finiare possunt pretermitentes, dictum suum et ordinationem super dicta questione, dixerunt arbitri... in modum qui sequitur : — Voluerunt enim dicti arbitri... quod mete, que per nunc et in perpetuum divident territorium comune predictum dictorum dominorum d'Entrefajas et territorium dicti Berengarii des Faux, incipiant et protendantur a quadam arbore signat[a] juxta territorium de Chabestras versus quendam lapidem firmum de prope dictam arborem aliquantulum ultra longitudinem unius canne, et in illo lapide fiat una crux cum piqua seu martello ; et ab illo lapide protendantur meta per metam lapidum fixa et fixam, congerie lapidum coadunata, ad capud soteira saxe dels Blazers ; et ab illo capite soteira saxe dels Blazers decendant et protendantur meta per metam fixa et fixam, lapidum congeribus coadunatis super dictis metis, ad latus de la saxa Brujairosa et transeant, recta linea, pels Plas Brujairos et protendantur ad quandam metam lapidum fixam infra quandam saxam rotundam juxta medium ; et tranceant, decendant et protendantur ab illa meta saxe rotunde meta per metam lapidum fixarum pel cervel del Chaslar ; et ab illo cervel del Chaslar decendant dicte mete et protendantur meta per metam lapidum fixarum, congeriebus lapidum super dictis metis congregatis seu congregandis, ad viam de Coheta ; et de illa via de Coheta dicte mete intrent factum seu territorium del Teront et decendant et protendantur dicte mete meta per metam lapidum fixa-

Digitized by Google

rum, congeriebus lapidum ibidem congregatis juxta dictas metas, versus et ad fontem, qui est in capite seu ad caput prati Guillelmi Trinitat; et ibi est quidam lapis magnus et quazi firmus, in quo lapide voluerunt... quod fiat una crux cum martello sive piqua et quod in dicto lapide sic crozato dicte mete dictorum territoriorum finiantur seu etiam terminentur; et quod ibi sit unum chaplas dictarum metarum et aliud in arbore supra scripta signata, que est juxta Chabestracium, juxta quam arborem est quidam lapis crozatus, ut superius est expressum. — *Item* voluerunt... dicti arbitri... quod quiquid est a dictis metis fixis et plantatis versus partem seu territorium d'Entrefajas sit et remaneat predicto domino Canilhiaci et domino Stephano Vessa et successoribus eorum, per nunc et in perpetuum et eis pertineat pleno jure; et quod quiquid est a dictis metis fixis et plantatis versus territorium seu a parte territorii dels Faux sit per nunc et in perpetuum remaneat dicto Berengario et successoribus suis et eidem pertineat pleno jure, predicti nobilis et potentis baronis domini Canilhiaci et successorum suorum jure salvo, de quo jure dictus Berengarius constare dixit per instrumenta recognitionum hactenus per ipsum et predecessores suos factarum tum predicto domino Canilhiaci quam predecessoribus suis. — *Item* voluerunt dicti arbitri... quod si processu temporis apparebat, inveniebatur seu inveniri poterat quod dictus Berengarius vel aliquis alter suo nomine, retroactis temporibus, depascendo, ligna scindendo, afforestando seu alio quoquo modo aliquod emolumentum, profiguum seu utilitatem habuerint, perceperint seu levaverint pro seu de illa parte, que est dictorum dominorum territorii d'Entrefajas vel dicti domini seu aliqui alii, eorum nomine, pro seu de illa parte territorii dels Faux que dicti Berengarii est et ei pertinet pleno jure, levaverunt, perceperunt seu etiam receperunt, totum sit quitium perpetuo ac etiam absolutum et quod dicti domini a dicto Berengario seu dictus Berengarius a dictis dominis deinceps nichil possint petere seu exigere ocasionibus, una pars ab alia vel alia ab alia, vice versa et e converso, rationibus supra scriptis. Et hoc fuit dic-

Digitized by Google

tum et ordinatio... facta et factum... per dictos arbitros... — ... Et diffiniendo pronunciaverunt quod perpetuo sit pax et concordia inter partes predictas...

Postque quazi incontinenti, existentes in presencia mei infra scripti notarii et testium infra scriptorum dictus Fulco Arzileti, procurator..... dicti domini Canilhiaci, et dictus dominus Stephanus Vessa, ex parte una, et dictus Berengarius, ex altera, dictum... dictorum arbitrorum... laudaverunt, aprobaverunt, ratificaverunt...; promittens dictus Fulco sub virtute prestiti juramenti se pro posse tractaturum... quod nobilis et potens vir dominus Canilhiaci hanc presentem ordinationem laudabit... et quod huic instrumento publico apponet sigillum suum proprium, in signum ratificationis omnium premissorum..., una cum sigillis dicti domini Stephani et dicti Berengarii. — Et fuerunt acta hec juxta dictum fontem de Trinitat, — testibus presentibus vocatis et rogatis : fratre Ramundo Saumerii, Geraldo Auryac, Petro de Ropoy, Guillelmo Trinitat, Guillelmo d'Orador, Petro Riutort, Duranto del Valat, Guillelmo de Rairac, Stephano de Relac, Stephano de Telyet, et me Petro Telhini et magistro Duranto Forasterii, predicti domini Canilhiaci publicis notariis, qui, *etc.* — [*Seing manuel de P. Telhini...*]

In quorum robur et premissorum testimonium, nos Marquesius, marchie Canilhiaci dominus, et Stephanus Vessa miles, dominus de Cufurco, et ego Berengarius del Salyens, domicellus, supra scripta in instrumento presenti contenta confirmantes, sigilla nostra huic instrumento publico duximus apponenda.

315.

1323, 28 juillet. Bonnefon. — *Donation d'une vigne située à Mandailles par Déodat de Lagalie* [1].

Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° XXIII°, die jovis post festum beati Jacobi, ego Deodatus de Lagalia, habitator in manso de La Cros, parrochie de Cambone,

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : EE, Num° V, liasse XVIII, titre II°.

Digitized by Google

non inductus vi,... dono... pauperibus Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco et vobis reverendo patri in Xristo domino Duranto, Dei gratia dompno dicti Hospitalis, presenti et recipienti..., donatione pura, simplici et irrevocabili inter vivos, videlicet : quandam vineam vocatam del Claus, sitam in pertinenciis castri de Mandalhis, cum omnibus pertinenciis, introitibus, exitibus et juribus suis universis... Que quidem vinea confrontatur ab una parte cum quadam vinea dicti Hospitalis et ab alia parte cum quadam vinea B. Botet et ab alia parte cum territorio Deodati del Obrieu et si qui alii sunt confines. In qua vinea predicta habet et habere debet dominus de Mandalhis, pro censu et dominio, V^e^ solidos Ruthen., solvendos quolibet anno in festo beati Andree apostoli, et vendas et laudimia suo loco..., ponens vos in possetionem dicte vinee, in quan[tum] possum et debeo, per traditionem cujusdam libri notam presentis donationis continentis .. — Acta fuerunt hec apud grangiam Bonefontis, coram secunda porta dicti loci. — Testes fuerunt vocati et rogati : religiosi viri domini Johannes Caslaris, syndicus et presbiter dicti Hospitalis, Johannes et Leo de Caturco, fratres ejusdem ordinis, magister Durantus Riquerii, notarius, Bertrandus Baco, clericus, et ego Petrus de Allodio, notarius publicus dicti Hospitalis, qui, *etc.* — [*Seing manuel du notaire.*]

316.

1324 (n. s.), 13 mars. Millau [1]. — Bail acapte par Guillaume Pascal, boucher (*macellarius*), de Millau, et par *Philippa*, sa femme, à Bernard, Jean et Pierre *Saysseli*, frères, de Paulhe, d'un territoire *heremum et vestitum*, de vignes, bois et casatures, au lieu dit *Yssieura*, le tout confrontant avec la rivière du Tarn, du chef avec vigne et bois d'*en Boyssel*, d'autre part avec vigne et bois de Bernard *Richardi*, vigne d'*en Paysel* et vigne de Guillaume *A[r]naldi*, de l'autre côté avec vigne d'André Cavarot et vigne de Pierre Compte, et que les bailleurs ont acquise de *Guillerma*, fille de

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : n° 5, liasse 2°.

Digitized by Google

Guillaume *de Podio*, de son frère et de son fils. Droit d'entrée : 75 livres Tournois. Censive annuelle : le quint des blés, des légumes et des raisins, *a carreria qua itur de Carabassassio versus mansum de Yssieura, prout de dicta carreria se extendit dictum territorium ad dictum flumen Tarni* ; et la *seyena* des blés, légumes et raisins, *a dicta carreria superius versus territorium vocatum Campum Heremum ;* avec les lods et ventes à raison d'un denier par sol.

« Retinemus etiam... quod vos et vestri successores tenenciarii dicti territorii solvatis et solvere debeatis et teneamini, quolibet anno, VI sestaria vini hospitali de Severiaco, que VI sestaria vini dictum hospitale habet et percipit annuatim pro helemosina in quadam parte dicti territorii, scilicet in parte seu faxia que tenet et protenditur a dicto flumine Tarni usque ad cargador vinee de Payssel ; et in auxilium solvendi dicta VI sestaria vini, vos debetis et potestis annis singulis levare et percipere de vindemia, in dicta faxia excrescente, III cofinos plenos dicta vindemia saumate azini vel unam saumatam dicte vindimie seu racemorum animalis grossi, qui cofini seu que saumata non computabuntur nec computari debebunt per nos seu nostros in aliquo quantum ad perceptionem dicti quinti seu dicte seyene ; in qua quidem faxia seu parte dicti territorii, in qua dictum Hospitale percipit dicta VI sestaria vini, poteritis facere, si volueritis, unum ortum dimidie eminate, et ipso orto facto, de fructibus in eodem orto excrescentibus dabitis et dare tenebimini nobis et nostris successoribus lo kareme seu kadragesimam partem. — *Item* retinemus in hac concessione quod vos et dicti fratres vestri predictum territorium in illis partibus, in quibus non est cultum et in quibus excoli poterit et debebit ad utilitatem nostram et vestram, debetis et tenemini excolere et plantare in vinea fideliter et utiliter, et plantasse et excoluisse hinc ad X annos proxime et continue venientes ; quod nisi feceritis nos, nostra propria auctoritate, vestra seu vestrorum minime requisita seu etiam expectata, poterimus a dictis X annis in antea partem dicti territorii, que culta non esset et in vinea plantata, ut dictum est, dare et concedere alii seu aliis personis,

Digitized by Google

prout nobis placuerit et videbitur faciendum. — Retinemus etiam quod vos seu successores vestri non debeatis nec possitis plantare seu radicare in dicto territorio arborem aliquam, ymo medietatem illarum, que ibidem nunc sunt, debetis et tenemini inde amovere et eycere hinc ad III annos proxime venientes et hoc ad cognitionem Petri de Manso junioris, habitatoris de Paulhe, et Bernardi Vercueira de Amiliavo. »

Fait *apud Amiliavum*, maison de Guillaume Pascal et de son père, témoins : Jacques *Guilardi*, Mathieu *de Avinione*, Bernard *Vercueyra*, Durand Amat, de Millau, Pierre Delmas vieux et Pierre Delmas jeune, son neveu, de Paulhe, Etienne *Baldoyni*, de *Carabassassio*. Not. recev. : Guillaume *Jacobi*, not. royal de Millau. — [*Seing manuel du notaire.*]

317.

1324, 11 octobre [1]. — « *Item* instrumentum, confectum anno M° III° XXIIII° et die jovis ante festum beati Geraldi, quo cavetur quod Poncius de Fons vendidit Guiberto Bertrandi, domicello, videlicet affarium suum de Cols, quod habebat pro indiviso cum Hospitali de Altobraco, quam medietatem tenebat dictus venditor in feudum francum a domino de Calmonte, cum omnibus suis juribus etc., precio XLVII librarum et X solidorum Turon., prout in dicto instrumento continetur, signato per litteram U. »

318.

1324,17 novembre [2]. — « *Item* instrumentum confectum anno M° III° XXIV°, et die sabati post festum beati Martini, quo cavetur quod Johannes Bonaldi loci de Cayssaco, parrochi Sancti Elegii, recognovit se habuisse a Petro Bonaldi, fratre suo, XXti libras Turon. parvas bonas et unam bovam, quas et quam dictus Petrus debebat Dalphine, filie dicti Johannis, racione contenta in quodam instrumento confecto per magistrum Bernardum Boldoyras, notarium de Montepetroso. — Item dominus Jacobus presbiter et Ramundus Bonaldi, fratres, recognoverunt habuisse a dicto

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 7 r°.
2. *Ibid.*, reg. n° 19, fol. 7 r°.

Digitized by Google

Petro Bonaldi X libras Tur. parvas, racione contenta in dicto instrumento. — Item Durandus Bonaldi confessus fuit habuisse a dicto Petro C solidos Rut[h]enenses, racione contenta in dicto instrumento, prout premissa etc., et signato per litteram X. »

319.

1324, 20 décembre. Lassouts. — *Sentence par laquelle Guillaume Bosqueti, bayle de Lassouts, en vertu d'une commission du juge mage y insérée* (9 septembre, Rodez) *déclare que les habitants des villages de Saint-Savi, du Pouget, des Peltres, del Gua, del Cros et de la Fage ne contribuent pas à la taille royale de la communauté de Lassouts mais à celle de la communauté de Prades* [1].

Noverint universi..., anno Domini M° CCC° XXIIII°, die jovis ante festum Nativitatis Domini, illustrissimo domino Karolo, rege Francie et Navarre, regnante, quod assignata per Guillelmum Bosqueti, bajulum castri de Sudibus domini nostri Francie regis et venerabili[s] capitul[i] Ruthene commissariumque ad infrascripta specialiter deputatum per venerabilem et discretum virum dominum Dalmatium de Area, judicem majorem senescallie Ruthenensis, prout de dicta commissione constat per quasdam patentes litteras dicti domini judicis et ejus sigillo sigillatas, [quarum] tenor inferius est insertus, dies presens par[t]ibus infrascriptis, in dicto castro, coram dicto bajulo ad audiendum ejus diffinitionem et ordinationem dicti presentis negocii juxta precedentis dici [assignati]ionem, ad quam diem et locum venit et comparuit coram dicto bajulo et commissario predicto religiosus vir frater Johannes de Caturco, frater Hospitalis Beate Marie de Altobracho, procurator et sindicus, ut dixit, dicti Hospitalis et procura[torio nomi]ne dicti Hospitalis et pro ipso ac etiam, ut dixit, pro dictis ejusdem Hospitalis hominibus dictorum mansorum et habitantibus in eisdem ex parte una, et dictus frater Johannes, nominibus quibus supra, salvo et pro-

1 *Arch. Départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : T, Num° IV, liasse XXVII, titre 10.

Digitized by Google

testato de jure suo et par[t]is sue, petiit ipsum P. Manha, procuratorem et sindicum dicte universitatis dicti castri de Sudibus, et ipsam universitatem poni in contumasiam et defectum, cum non compar[e]at nec aliquis pro eodem et dicta universitate, juxta precedentis diei assignationem, et, salvis sibi premissis et par[t]i sue, idem frater Johannes, nominibus quibus supra, petiit omne inpedimentum eidem Hospitali et dictis hominibus dictorum mansorum in dicta presenti tallia regia excercitus predicti Vasconie et ejus contributionem ad requestam dictorum sindicorum de Sudibus per dictum bajulum et ejus dicti castri curiam appositum amoveri et vadia, si que sint a dictis hominibus ratione premissorum capta, sibi et dicto Hospitali ac dictis hominibus reddi et restitui et declarari ipsos homines dictorum mansorum et habitantes in eisdem non esse nec fuisse in dicta presenti tallia et aliis talliis regiis quibuscumque talliabiles nec contributores eisdem una cum dicta universitate dicti castri et ipsos homines non esse compellendos ad solvendum et contribuendum in eisdem seu eisdem per dictos sindicos seu universitatem predictam de Sudibus, set fore divisos et separatos ac inmunes ad eorumdem sindicorum et universitatis predicte [presen]tem talliam regiam Vasconie et alias quascumque regias; et dictus bajulus et commissarius posuit ipsum P. Manha procuratorem predictum, nomine quo supra, et dictam universitatem in cont[u]maciam [et defectum, cum] non compar[e]at nec aliquis pro eisdem, juxta precedentis diei assignationem, et sufficienter esset expectatus, salvis suis legitimis deffencionibus et excusationibus, si quas habet, petens etiam idem frater [Jo]hannes, nominibus quibus supra, copiam sibi fieri atestacionum testium hinc inde super premissis productorum et tocius processus dicti presentis negocii per ipsum commissarium et concedi in publicam formam; et deinde idem bajulus et commissarius predictus concessit publicando atestaciones testium hinc inde productorum in dicto presenti negocio et pro publicatis habere voluit et tocius processus dicti presentis negocii copiam inter acta seu in publicam formam eidem fratri Johanni, nominibus quibus supra, et ordinationi sue infra scripte eo modo quo

Digitized by Google

petierit, et etiam dicto P. Manha procuratori predicto, nomine quo supra, et omnibus aliis quorum interest, si petierint, et dictus bajulus et commissarius processit ad declarandum et ordinandum in dicto presenti negocio inter dictas partes, in modum qui sequitur, videlicet : — quod cum idem frater Johannes, nominibus quibus supra, diceret et assereret coram nobis Guillelmo Bosqueti, bajulo et commissario predicto, vigore dicte nostre commissionis, ipsos homines dicti Hospitalis et habitantes in mansis de Sanch Avi, del Poget, dels Peltres, del Gua, del Cros et de la Facha et quolibet eorumdem esse et fuisse in dicta presenti tallia regia presentis excercitus Vasconie et aliis talliis regiis omnibus et singulis talliabiles et contributores et consuevisse de presenti et ab antiquo contribuere absque aliquo medio in eisdem, una cum aliis ejusdem Hospitalis hominibus et loci de Pradis ; dicto P. Magna, sindico predicto, nomine quo supra, dice[nte] et assere[nte] supra in dicto presenti processu ipsos homines dictorum mansorum et habitantes in eisdem et queolibet ipsorum esse et fuisse talliabiles in dicta presenti tallia et aliis talliis regiis et contributores in eisdem una cum dicta universitate dicti castri : nos dictus bajulus et commissarius predictus, vigore dicte nostre commissionis, recepimus et diligenter exaudivimus super premissis et in dicta littera dicte nostre commissionis contentis, una cum magistro Raymundo Messerii, notario dicte nostre curie, testes quos utraque pars producere curavit coram nobis et eorum atestaciones publicavimus et copiam eorumdem et tocius processus dicti presentis negocii concessimus dictis partibus et aliis, ut supra, ponentes etiam ipsum P. Manha, procuratorem predictum, nomine quo supra, et dictam universitatem et nunc de presenti ponimus in contumaciam et deffectum cum non compar[uer]int, nec aliquis pro eisdem coram nobis, juxta diei precedentis assignassionem, cum essent et fuissent sufficienter expectati, diemque presentem assignavimus dictis partibus coram nobis in dicto castro ad audiendum diffinicionem et ordinacionem nostram de et super contentis in dicta littera dicte nostre commissionis, dicto

Digitized by Google

fratre Johanne, nominibus quibus supra, coram nobis in dicto castro comparente et petente presens negocium per nos dictum bajulum et commissarium diffiniri et ordinari et predicta in dicta nostra commissione exequtioni demandare. — Et nos dictus bajulus et commissarius predictus, vigore dicte nostre commissionis, visis et diligenter inspectis meritis dicti presentis negocii et etiam visa et diligenter inspecta dicta informatione et atestacionibus testium hinc inde super premissis productorum, quia nobis dicto bajulo et commissario predicto constat intencionem dicti Hospitalis et dictorum hominum suorum habitancium in dictis mansis et quolibet eorumdem, videlicet illius del Poget, quoad terras et possessiones tangentes et pertinentes eidem Hospitali, sufficienter esse probatam in et super premissis in dicta presenti littera dicti domini judicis contentis, et ipsos homines dicti Hospitalis et habitantes in dictis mansis et quolibet eorumdem esse et fuisse in possessione et sayzina non contribuendi nec talliandi in dicta presenti tallia regia dicti presentis excercitus Vasconie et aliis talliis regiis una cum dicta universitate dicti castri de Sudibus nec per eandem, set cum dictis aliis hominibus dicti Hospitalis et loci de Pradis et per eosdem, tempore dicte presentis tallie et contributionis ejusdem et ante per longa tempora, — idcirco, vigore dicte nostre commissionis, declaramus ipsos homines dicti Hospitalis habitantes in dictis mansis et quolibet eorumdem, videlicet : de dicto manso del Poget et ejus terris et possessionibus tangentibus et per[t]inentibus eidem Hospitali, in dicto manso del Poget et ejus pertinenciis, non esse nec fuisse talliabiles per dictam universitatem nec contribuere debere in dicta presenti tallia regia dicti presentis excercitus Vasconie una cum dicta universitate dicti castri de Sudibus et ejus hominibus, set cum dictis hominibus dicti Hospitalis et loci predicti de Pradis ; et omne inpedimentum per nos seu dictam nostram curiam dicti castri eidem Hospitali et ejus hominibus predictis in premissis, ad requestam seu instanciam dictorum sindicorum dicti castri de Sudibus et universitatis ejusdem appositum eisdem et cuilibet ip-

Digitized by Google

sorum amovimus et amotum esse volumus, declarantes ipsos homines dictorum mansorum et cujuslibet ipsorum, ut supra, non esse compellendos ad solvendum et contribuendum in dicta presenti tallia regia una cum dictis hominibus et universitate dicti castri ; et omnia et singulia vadia, si que sint a dictis hominibus dicti Hospitalis mansorum predictorum racione dicte presentis tallie, ad requestam seu instanciam dictorum sindicorum dicti castri, per nos seu nostram dictam curiam capta, fore reddenda et restituenda eisdem hominibus et Hospitali predicto, et nos de presenti, vigore dicte nostre commissionis, eidem fratri Johanni, presenti et recipienti nominibus quibus supra, relaxamus et restituimus et ipsum fratrem Johannem, nominibus quibus supra et pro dictis hominibus dictorum mansorum presentem et recipientem, de ipsis vadiis, si que sint, per traditionem nostri capussui resazimus. De quibus omnibus et singulis et atestationibus dictorum testium hinc inde productorum et tocius processus dicti presentis negocii idem frater Johannes, nominibus quibus supra, petiit sibi fieri publicum instrumentum seu instrumenta, unum vel plura, per me notarium subscriptum.

Tenor vero dicte commissionis seu littere talis est : Dalmatias de Area, legum doctor, clericus domini nostri regis Francie et Navarre ejusque judex major senescallie Ruthenensis, dilecto bajulo de Sudibus vel ejus locumtenenti, salutem et dilectionem. Cum Petrus de Allodio, clericus, procurator Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobracho et nomine procuratorio ejusdem Hospitalis nobis mostraverit, graviter conquerendo, quod homines affarii et mansorum de Bana et eorum pertinenciis, subditos ejusdem Hospitalis, per vos, seu alios mandato vestro talliantur et compelluntur ad contribuendum, ad faciendum servientes indictos loci de Sudibus pro eundo ad excercitum regium nunc presentem Vasconie, licet dictus procurator asserat coram nobis dictos homines alias non consuevisse contribuere cum universitate de Sudibus, in simili casu, vobis precipimus et mandamus quatinus, si ita est, cecetis a compultione seu tallia contra homi-

Digitized by Google

nes predictos subditos dicti Hospitalis hujusmodi facienda, nisi aliud fuerit rationabile quod obsistat ; quod si facere recusaveritis, tenore presentium committimus bajulo Rupis Vallissergie vel ejus locumtenenti quatinus predicta contenta in presentibus litteris exequatur, prout fuerit rationis. — Datum apud Ruthenam, in crastinum Nativitatis beate Marie Virginis, anno Domini M° CCC° XXIIII°.

Actum apud Sudes, anno et die quibus supra, in presencia et testimonio testium ad hec vocatorum et rogatorum : religiosi viri fratris Bernardi Bardo dicti Hospitalis, domini Guillelmi de Podio presbiteri, Hugonis Amoros, servientis dicti castri, Bartholomei Blanc, Petri Cozini et mei Raymundi Messerii, notarii publici auctoritate regia Francie, qui, *etc...* — [*Seing manuel du notaire.*]

320.

1324 [1]. — « Instrumentum confessionis bajuli Calomontis super jurisdictione comuni mansi de las Garrigas, prope Vasal, esse comunem domino Calomontis et Hospitali Altibraci et restituit sindico mantam de Sancto Urcisio captam pro furto III gallinarum, et ibidem composuit coram ambobus bajulis etc, anno Domini M° III° XXIIII°, signatum et sumptum per Guillermum La Roqua, notarium, et signatur in dorso per triplicem AAA. »

321.

1325. — *Lettres d'amortissement accordées à l'Hôpital d'Aubrac par le commissaire du roi* [2].

Universis presentes litteras inspecturis, Johannes Mandavila (?), clericus et consiliarius domini nostri Francie et Navarre regis, et Dalmatius de Marziaco, miles dicti domini regis ejusque senescallus Ruthenensis, comissariique in senescallia Ruthenensi ad levandas financias et ad quedam alia auctoritate regia deputati, salutem. Noveritis quod coram nobis personaliter constitutus religiosus vir

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 12 r°.
2. *Ibid., vidimus* parch. en mauvais état de conservation. V. l'acte n° 326.

Digitized by Google

frater Johannes Caslaris, ut syndicus Hospitalis de Altobracho, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis dyocesis, nobis dixit et revelavit, ut syndicus dicti Hospitalis et nomine et pro dicto Hospitali ac domino D[uranto], permissione divina dompno dicti Hospitalis, ipsum et dictum Hospitale et alium seu alios nomine dicti Hospitalis acquisivisse titulo emptionis, precio quinque milium solidorum Turon., a Petro de Mayrinhaco, domicello, habitatore castri de Layssaco, omnes redditus et proventus quartorum, censuum, bladorum, denariorum, gallinarum et aliorum quorumcunque, vendas et laudimia et banna sive dex, usque ad septem solidos Ruthenenses, herbagia et jus et exercitium pignorandi pro bannis sive dex, herbagiis et censibus predictis et aliis juribus ac omnia alia jura dicto domicello, tempore dicte acquisitionis competentia et competere valencia, que predicta omnia, tempore acquisitionis predicte, idem domicellus percipiebat et percipere consueverat annis singulis in tribus partibus mansi de Dos Amayros, siti in parrochia ecclesie de Layssaco, et in manso de la Tremolieyra, sito in parrochia ecclesie de Archis, et in medietate mansi dicti de Bordis superioris, siti in parrochia de Sancto Aniano, et eorum pertinenciis sitis sub juridictione alta et bassa castri de Layssaco, prout et quemadmodum plenius continetur in quodam publico instrumento super dicta acquisitione manu magistri Ricardi d'Anglars, notarii, confecto et signo suo signato, quod quidem instrumentum incipit in tercia linea : *et meis*, et finit in ea : *venditionis.* — *Item* dixit idem syndicus dictum dominum dompnum seu alterum ejus nomine ad opus dicti Hospitalis amplius acquisivisse titulo emptionis [precio] certo ab Hugone de Manso, de Bertholena, quemdam campum situm in parrochia de Boadone, prout dicitur contineri in quodam publico instrumento super dicta acquisitione confecto per manum magistri Ricardi d'Ang[lars, notarii]. — *Item* dixit idem syndicus se acquisivisse, ad opus dicti Hospitalis, a Guillermo de Veyr[eriis et...], ejus uxore, precio viginti librarum Turon., contenta et declarata et etiam specificata in quodam [publico instrumento] super acquisitione hujusmodi confecto per manum magistri Berengarii

Digitized by Google

notarii condam publici, quod instrumentum [in tercia] linea a parte principii incipit : *domicelli* et finit in eadem : *Guillermus* ; pro quibus om[nibus et singulis] supradictis per ipsum dominum dompnum et Hospitale predictos seu alium nomine ipsius Hospitalis, [et pro] ipso Hospitali acquisitis, ut prefatur et modo et forma contentis in instrumentis [super hoc factis] sic superius, prefatus syndicus nomine dicti Hospitalis et pro dicto domino dompno et Hospitali [predicto] finamus vobiscum, recipientibus nomine et ad opus dicti domini regis, [...] et novem librarum Turonensium ; quam quidem financiam habuimus et recepimus no[mine domini nostri regis] et gratam habuimus et habemus et eandem summam peccunie confitemur rea[liter nos recepisse a dicto] syndico, nomine dicti Hospitalis et domini dompni prefati, ex causa financie supra dicte, [in pecunia] numerata ; super qua et de qua peccunie summa per nos, ut premittitur, habita et recepta, dictum syndicum [...] et dominum dompnum et Hospitale predictos quitamus penitus ac perpetuo, no[mine domini nostri regis ; damus] autem et concedimus auctoritate qua fungimur in hac parte quod ipsi dominus dompnus [et Hospitale liberi] sint et eis libere liceat predicta acquisita tenere et etiam possidere per se [vel per alium..... cum licentia] vendendi vel extra manum suam ponendi, habentes super hoc potestatem [..., prout] constat ad plenum per litterias regias infrascriptas...

[*Suit la teneur des lettres royaux* (*Paris, 20 janvier 1325 n.s.*) *par lesquelles le roi Charles IV le Bel commet Jean Mandavila et Dalmas de Marziac à la correction des excès, à la réception des droits de francs-fiefs, à la punition des usuriers et à l'épuration des notaires et des sergents, trop nombreux, ignorants et avides. En tête il est fait allusion à d'autres lettres adressées aux mêmes au sujet de la révolte du roi d'Angleterre.*]

In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium nos comissarii supradicti sigilla nostra, videlicet : [nos...] sigillum meum proprium et nos dictus senescallus sigillum nostrum regium hiis presentibus litteris [duximus] apponendum. — Anno domini M° CCC° XX° V°.

Digitized by Google

322.

1326 (n.s.), 12 janvier. Calmont [1]. — Vente par Jean *Saletas* à Hugues *dels Cazals*, d'une terre, sise à *Serva Laura*, par. de Notre-Dame d'Albiac, relevant du seigneur de Calmont sous le quint de fruits avec lods et ventes et autres droits, *prout fit in castellania de Bueunaco*, confrontant avec terre de l'Hôpital d'Aubrac et terre de l'église *de Albiaco* et de Gaucelin d'Albiac. Prix de vente : 30 sols Tournois. — Avec lauzime de ladite vente par noble Hugues, seigneur de Castelnau et de Calmont, et reconnaissance féodale de l'acheteur. — Fait à Calmont, présents : P. *Lator*, R. *Bertrandi*, G. *Valeta*, damoiseaux, Jean *Gralhetz*. — Not. recevant : R. *Rometz*, not. de la baronnie de Calmont. — [*Seing manuel du notaire.*]

323.

1326 (n.s.), 25 janvier. Gabriac [2]. — Vente par Jean de Lavaur, de la paroisse de Gabriac, et par *Guillerma*, sa femme, fille de Guillaume *Viguerii*, à Pierre Aldebert, de la paroisse de St-Affrique, d'un pré dit *al Moly*, dans le mandement de Gabriac, confrontant avec terres d'Astorg de Gabriac, chemin de Gabriac *versus devezium* de Gabriac et pré de Pierre *Bruni*, frère de lad. *Guillerma* [...] ; led. pré relevant de *Guiarra*, prieur de [...], et de Gaucelin d'Albiac sous le cens *duarum partium III solid. et IV den. Ruth.* — Fait à Gabriac, présents : Guillaume [...], Guillaume *de Recolo*, de Gabriac, Jean *de Copiaco*, de la par. de Gabriac. — Not. recevant : Hugues *Bodonis*, clerc, not. comtal et épiscopal. — [*Seing man. du not.*]

Même date : Quittance de la somme de 10 l. Rod. consentie par les vendeurs à l'acheteur. — Fait, sur la paroisse de Gabriac, maison de Guillaume *de Recolo*, présents : Pierre *Viguerii*, lesd. G. *de Recolo* et J. *de Copiaco*, Guillaume *Fabri* de Bozouls, Gérald de *Maurlhon*, damoiseau. — Not. recev. : le susd. Hugues *Bodonis*. — [*Seing man. du not.*]

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté n° 1.

2. *Ibid.*, orig. parch. en très mauvais état de conservation, coté : IIIII, Num° I, liasse XVI, titre 11. — Sommaire du même acte (coté IIIII), cf. reg. n° 72 fol. XXXV r°.

Digitized by Google

A la suite, lauzime par Gaucelin d'Albiac, damoiseau, du tiers du susd. pré *pro indiviso cum liberis Geraldi Adeirra.* Cens : 6 deniers Tournois à chaque fête de Saint-André, apôtre. — Fait *in ecclesia Sancti Martini de Albiaco,* le [jeudi, 21 décembre] 1329, présents : Pierre *Comborieu basterii,* Durand *Bodosquerii, cliente regio* de Bozouls. — Not. rec. : le susdit Hugues *Bodonis.* — [*Seing manuel du notaire.*]

324.

1326 (n.s.), 12 mars. St-Côme [1]. — Bail acapte consenti par Guillaume *Balaguerii,* Béatrix, sa femme, et Guillaume *Balaguerii,* leur fils, de la paroisse de St-Côme, à frère Jean *dels Cortiohls,* de l'ordre de l'Hôpital d'Aubrac, d'un pré sis dans la paroisse d'Anglars et confrontant avec le *Prat Long* du dit Hôpital, pré des héritiers d'Astruc de *Herinhaco,* pré de Guillaume *de Bellomonte* de deux cotés, et pré des enfants de *Cervieyra,* de Bertholène. Cens annuel : 5 s. Rod. à la St-André, avec lods et ventes. Droit d'entrée : 50 livres petits Tournois noirs... — Fait à St-Côme, présents religieux hommes : Guillaume Régis, prieur de Lévignac, frère Bernard de Montamat, granger de Malet, Barthélémy *Decani,* Etienne *Botheti,* clercs. — Notaire recevant : Gérald *La Roca,* clerc de St-Côme, not. royal. — [*Seing manuel du notaire.*]

325.

1326, 22 avril. Le Teil [2]. — A la réquisition de Pierre Sudre, *de Fraycinoza,* Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, a confirmé audit P. Sudre sa pagésie *de Fraycinoza,* concédant audit emphitéote le pouvoir de faire des prés (*apradire*) et de semer du blé dans les terres dudit mas et *elz fraux,* comme les autres pagès. Ledit mas *de Fraycinoza* confrontant *cum ranco de Rocabassa,* prés de Pierre Bonaldi, *cum agale Sarrizinesc et cum duobus ranquis prout*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : U, Num° 1, liasse XIII, titre 10, et n° 281 et IIII° LX. *Au dos* : Nouveau bail du pré des pitances fait à frère Jean des Courtiols en 13|2|5 qu'il a donné pour obit.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, copie informe papier, cotée : n° 112, Num° VII, liasse XXXIII, titre 20.

Digitized by Google

se claudit al pon del Bernasso. Censive annuelle : 9 s. Rod., *pro pratis factis et faciendis*, le quint des blés, une géline par feu *et tollas, talias, manobras, jornalia et certa servitia et jura ad voluntatem Hospitalis*, avec lods et ventes. — Fait *apud Le Telh*, présents : Guion *Gisberti* chevalier, frère Pierre *del Coforc*, Ramond *Pelaroti*, Ricard *Jule*. — Notaire recevant : Durand *Riquerii*, not. de l'Hôpital. — Not. expédit. Guillaume de Valiech, not. dudit Hôpital délégué par Durand, domp d'Aubrac.

326.

1326, avril. Paris. — *Confirmation par le roi Charles IV, le Bel, de plusieurs quittances d'amortissement* [1].

Karolus Dei gratia Francorum et Navarre rex, notum facimus universis... nos infrascriptas vidisse litteras ; quarum litterarum tenor sequitur in hec verba : [*Suit la teneur des actes nos 276, 287 et 321.*]

Nos enim omnia et singula supradicta in dictis litteris contenta, rata habentes et grata, ea volumus, laudamus, approbamus et auctoritate nostra regia confirmamus [...] et dictis dompno et conventui Hospitalis predicti presentium tenore concedentes quod ipsi et successores [eorum] premissa omnia tenere possint de cetero pacifice sine coactione vendendi vel extra [manum ponendi] aut nobis vel nostris successoribus aliam prestandi financiam pro eisdem, salvo in aliis jure nostro [et in omnibus] quolibet alieno. Quod ut ratum et stabile perpetuo perseveret, nostrum fecimus presenti instrumento apponi sigillum. — Datum Parisius, anno Domini Mo CCCo XXVIo, mense aprilis.

327.

1326, 27 septembre. Villefranche. — *Quittance d'amortissement donnée par Robert de Campomoreti, juge mage, à Jean Thouzéry, frère de l'Hôpital d'Aubrac, domp de l'Hôpital Sainte-Marthe de Rodez, en vertu de lettres royaux du 13 février 1326 (n. s.)* [2].

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital, *vidimus* en deux peaux de parchemin, coté : Numo III, liasse XXIV, titre 5e et VIIIe XIIII ; le côté droit est difficile à lire à cause des taches faites avec la noix de Galles.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : U, Numo III, liasse XXIV, titre 8e. Double queue parch. du sceau disparu.

Digitized by Google

Universis present[es] litter[a]s inspecturis, Robbertus de Campomoreti, judex major auctoritate regia senescallie Ruthenensis ac locum tenens domini senescalli dicte senescallie, comissariusque ad infrascripta per magestatem regiam deputatus, salutem.

[*Suit la teneur des lettres royaux* (*Paris, 1er février 1326 n. s.*) *par lesquelles le roi Charles IV le Bel charge Robert de Campomoreti de la perception des droits de francs fiefs et de la punition et correction des usuriers.*]

Cujus comissionis virtute constitutus coram nobis dominus Johannes Thozerii, frater Hospitalis Beate Marie de Altobraco domnusque hospitalis pauperum Beate Marthe de Ruthena, dixit dictum Hospitale de Altobraco acquisivisse titulo emptionis a Begone de Herinhaco, domicello, precio XXIV librarum Tur., unum cestarium frumenti et unum cestarium siliginis censualia, cum directo dominio et vendis, super quodam prato dicto del Revol et super medietate pro indiviso cujusdam prati, sciti in manso de Ambiaco. — *Item* et IV denarios Ruth. censuales super medietate pro indiviso cujusdam prati, sciti in dicto manso, et super quarta parte fructuum excrecensium in eodem, prout predicta acquisita et quedam alia in instrumento inde confecto per magistrum Ricardum d'Anglars, publicum notarium, plenius continentur. — *Item* dixit dictum Hospitale de Altobraco acquisivisse titulo emptionis a Vonqueto de Vonco, domicello, precio LXXX librarum Tur., mansum vocatum de l'Estrada, scitum sub retro feudo domini nostri regis : de et pro quibus sic acquisitis dictus frater Johannes, nomine dicti Hospitalis de Altobraco, finavit nobiscum, recipientibus pro domino nostro rege, ad XXV^{c} libras Tur. Quam financiam, pensata qualitate acquisitionum predictarum, ratam et gratam pro dicto domino nostro rege duximus acceptandam et dictas XXV^{c} libras Tur. habuimus et recepimus in bona pecunia numerata a dicto fratre Johanne, nomine quo supra, racione financie supra dicte, taliter quod inde simus bene contenti et dictum dominum Johannem, nomine dicti Hospitalis, et dictum Hospitale de dictis XXV^{c} libris et de financia quam propter hec facere tenebatur,

Digitized by Google

auctoritate comissionis predicte, absolvimus perpetuo et quitamus, retenta in premissis et aliis voluntate domini nostri regis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. — Datum Villefranche, die sabbati post festum beati Mathei apostoli, anno Domini M° CCC° XXVI°.

328.

1326, 15 décembre. Laissac [1]. — Bernard d'Agassac, de Palmas, et sa femme Bérengère vendent à Raymond *Fabri*, de Coussergues : une pièce de terre, sise au mas de Serre, *in affario de Cazela Nova* ; la moitié du quart des fruits de lad. terre, *cujus petie terre alia medietas Hospitali de Altobracho dinoscitur pertinere* ; la pagésie, la propriété et les droits qu'ils ont dans la dite pièce ; plus la moitié du quart des fruits d'une autre pièce de terre dite *da Lausosa*, sise audit mas, paroisse de Palmas..., pour le prix de neuf livres Tournois. L'Hôpital d'Aubrac perçoit, dans ces deux pièces, la moitié du quart des fruits, avec lods et ventes, et une punière rase d'avoine de cens sur la première pièce. — Fait à Laissac... — Not. recevant : Ricard d'Anglars, not. du Laissazès, du Panadès et de la baronnie de Sévérac. — [*Seing manuel du not.*]

329.

1326, novembre. — *Confirmation des transactions de 1277, 1289, 1291 et 1266 par Charles IV le Bel* [2].

Karrolus, Dei gratia Franc[ie] et Navarre rex, universis presentibus et futuris. Nos vidisse [noveritis] quedam instrumenta plurium personarum, de quibus habetur mentio in eisdem, sigillata et signata ut prima facie apparebat, quarum tenor talis est : [*Suit la teneur des actes nos 138, 173,*

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* G. 579. org. parchemin, coté : H, n° 25.

2. *Arch. départ. de Tarn-et-Garonne.* A, 142, copie papier, signée Bonal (XVII° s.) ; — A, 246, copie en forme, papier. Cette dernière copie fut extraite d'un vieux livre trouvé *in una capsa in tinello castri Calomontis Plancalgii*, à la réquisition de Jean *de Fonte*, procureur de René d'Arpajon, chevalier, baron et seigneur d'Arpajon, Sévérac et Mirabel, en l'absence d'Antoine André, domp d'Aubrac, dûment appelé, par Guillaume *Cambo*, sergent royal de Berthelène, commissaire à ce député par le Parlement de Toulouse, qui y apposa son cachet de fleur de lis. Cet extrait dont avait besoin led. d'Arpajon pour défendre ses droits sur les Bourines, fut écrit en 1530, par Antoine *Raynaldy*, not. royal.

Digitized by Google

186 et 94.] — Nos autem supradicta omnia et singula, prout superius sunt expressa, rata habentes et grata, ea volumus, laudamus, aprobamus ac, tenore presentium, auctoritate regia ex certa sciencia confirmamus, salvo in aliis jure nostro et in omnibus quolibet alieno. Quod [ut] firmum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. — Actum apud castrum [...], anno Domini M° CCC° XXVI°, mense novembris. — *Sic signata per dominum regem* : Charrolus. — Ita est collatio.

330.

1326 [1]. — Lauzime consentie par le domp d'Aubrac : 1° à Ramond de *Julhodes*, du mas de Maymac, de la moitié d'un pré sis *in Bauso* ; d'autre moitié dud. pré, le tout acheté de Guillaume *Raynaldi* ; — de la sixième partie du mas ou *affar* dit *Bicoquenc*, *a rivo Dordonis citra versus meridiem*, acheté de Jean Pagès. Cens : 10 den. pour le pré et le quint des fruits pour led. mas et *tallias*...

2° Au même, de la sixième partie, *pro indiviso*, du mas ou *affar Bicoquenc*, par. de Ceyrac, achetée de D. Pagès prêtre, confrontant avec l'*affar* du mas de Maymac, terres du seigneur de Cruéjouls, *affar* de *las Morgas*, *affar* de *Cortes*, *affar* dels *Chauchartz*, *affar* de la grange des Bourines et *affar* du vicomte de Murat. Cens : le quint des fruits. — Not. recev. : Ricard d'Anglars, not. — Coté L.

331.

1326 [2]. — « Quictancia et remissio facta per Johannem de Condeto castri de Ruppe, facta Ramundo Garrige de omni jure quod habere poterat in molendino de Lestang vel alias super bonis ipsius Ramundi. Instrumento sumpto per Bernardum Colrati, not. publicum, anno M° III° XXVI°, signato duplici DD. »

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 75, fol. 5 r°.
2. *Ibid.*, reg. coté n°° 24 et 333, fol. 12 v°.

Digitized by Google

332.

1327, 16 avril. Paris. — *Lettres de sauvegarde du roi Charles IV le Bel* [1].

Karolus, Dei gratia Francorum et Navarre rex, Ruthinii et Bellicadri senescallis ac Montanorum Arvernie baylivo vel eorum loca tenentibus ceterisque justiciariis nostris, ad quos presentes littere pervenerint, salutem. Mandamus vobis et vestrum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quatinus dompnum domus dicti Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruth. dyocesis, ejusque conventum, fratres et sorores dicti Hospitalis in speciali salvagardia et protectione nostris existentes, una cum personis, familiaribus, membris, grangiis, rebus et bonis omnibus ejusdem Hospitalis et membrorum ejusdem, ab injuriis, violenciis, oppressionibus, vi armorum et potentia laycorum et aliis novitatibus indebitis quibuscumque ex parte nostra deffendatis et manuteneatis ac conservetis eosdem in suis justis possessionibus, usibus, juribus, juridictionibus, consuetudinibus, franqueziis, libertatibus et sayzinis, in quibus ipsos esse et eorum predecessores fuisse paciffice inveneritis ab antiquo, non permittentes contra ipsos seu eorum familiares et bona predicta aliquas fieri seu inferri indebitas novitates ; quas si factas fuisse reperiretis, ad statum pristinum et debitum reduci ac nobis et parti lese propter hec emendam condignam prestari faciatis, ipsisque legitimum assequramentum et eorum cuilibet de illis personis de quibus habere voluerint, juxta patrie consuetudinem, prestari faciatis, inhibentes seu inhiberi facientes ex parte nostra omnibus de quibus fueritis requisiti, sub omni pena quam erga nos possent incurrere, ne in eorum personis, familiaribus et bonis predictis forefacere aut injuriari presumant, ipsamque specialem salvamgardiam publicetis seu publicari faciatis in locis de quibus fueritis requisiti et vobis videbitur expedire, apponentes seu apponi facientes ni-

1. Doat, 135, fol. 47-49, copie d'après le *vidimus* du 25 septembre 1328. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, *vidimus* des 6 octobre 1327 et 25 septembre 1328 ; et copie informe papier de la publication du 25 septembre 1328, cotée Num° II, liasse VII, titre 9. — Nous donnons le texte du *vidimus* du 25 sept. 1328.

Digitized by Google

chilominus signa seu vexilla regia in locis ipsius Hospitalis, de quibus requisiti fueritis et vobis aliquo casu emergenti et necessario videbitur expedire ; et ad premissa diligentius exsequenda unum vel plures de servientibus vestris deputetis eisdem, eorum sumptibus et expensis, si et cum super hoc fueritis requisiti, qui tantum de hiis que cause cognitionem exhigunt se nullatenus intromitant, cetera contenta in litteris specialis salvegardie predicte eisdem per dominum genitorem nostrum concessis sub cera viridi [1], juxta earum de quibus liquebit formam sic diligenter et debite, prout ad vos pertinuerint, compleatis seu compleri faciatis, quod ad nos in vestro deffectu super hoc ulterius non recurratur, litteris subrepticiis tacite de premissis impetratis seu impetrandis non obstantibus quibuscumque. Ab omnibus autem subditis nostris vobis in premissis pareri volumus et intendi. — Datum Parisius, die sexta decima aprilis, anno Domini M°CCC°XXVII° [2].

1. V. l'acte n° 261.

Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° XXX°, et die mercurii ante festum kathedre sancti Petri, in mei publici notarii et testium subscriptorum presentia, personaliter constituti Hugo Monthelhos et Esperta Montelhona, ejus soror, liberi condam Duranti Montelho, parochie de Cambone, castri de Mandalhis, dyocesis Ruthenensis, ambo insimul et quilibet eorumdem in solidum,... cesserunt et concesserunt et pura donatione donaverunt... religiosis et discretis viris domino Guillelmo Regis, priori ecclesie beati Johannis de Levinhaco, et fratri Petro de Planacassanha, grangerio de Meleto, et michi notario infra scripto ut publice persone, presentibus, stipulantibus et nomine et vice domini dompni et conventus Hospitalis Beate Marie de Altobraco et pro Hospitali dicti loci et suorum successorum recipientibus, videlicet : se ipsos, in corporibus et animabus, una cum quodam claus, cum introhitibus et exitibus, juribus et pertinentiis suis universsis, scito apud Mandalhas, prout confrontatur cum

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., coté : HH, Num° V, liasse XXVIII, titre 12°.

Digitized by Google

vinea Johannis Roma, quam tenet ab Hospitale predicto, et cum terra de Pradier et cum affario Bernardi Gentihl et si qui sint alii plus confines. — *Item* donaverunt plus omnes domos suas quas habent in dicto castro de Mandalhis, prout confrontantur ex una parte cum domo Stephani Raols et ex alia parte cum vinea Johannis Roma et ex alia parte cum publico itinere, per quod itur de dicto castro versus molendinum dicti Hospitalis ; — *item* plus alias domos confrontatas cum dicto itinere et cum clauso de Vilatela ; — *item* et plus ortum vocatum de la Pausa, confrontatum cum affario Petri Farina et cum dicto itinere et si qui sint alii plus confines ; — *item* plus unum pratum cum campo vocato de Cantaperdis, prout confrontatur cum publico itinere per quod itur de Mandalhis versus la Serra et cum affario Stephani de la Serra et si qui sint alii plus confines ; quas quidem possetiones ipsi donatores tenent et tenebant in emphiteozim a predicto Hospitale ; necnon donaverunt dicti donatores cetera omnia bona sua mobilia et immobilia et se aut per se moventia, presentia et futura, que habent in dicta parrochia vel alibi, ubicumque sint et quecumque sint..., salvo et retento ipsi mulieri, quamdiu vixerit, usufructu in omnibus bonis suis et quod sit etiam domina et administratrix omnium bonorum suorum, ad sui vitam tantum, et salvo quod in morte sua possit facere ad voluntatem suam de bonis suis mobilibus tantum. Rogavit etiam dicta mulier reverendum patrem dominum predictum dompnum, licet absentem, ut si contingat post mortem ipsius mulieris superesse fratrem Aldebertum Girberti, ut dicta bona immobilia teneat ad sui vitam, sine aliqua venditione et alienatione ; possetionem etiam et quasi omnium predictorum in dictos religiosos viros et in me notarium infra scriptum presentes, stipulantes et nomine quo supra recipientes, ipsi donatores transtulerunt, salvis ipsi mulieri supra sibi retentis, se et suos disvestientes, ipsos religiosos viros et me notarium infra scriptum investientes de predictis, nomine quo supra, stipulantes et recipientes, et plenam et liberam cessionem et remissionem dictis religiosis viris et michi no-

Digitized by Google

tario infra scripto, nomine quo supra, stipulantibus et recipientibus, fecerunt dicti donatores de predictis, ipsi mulieri supra per ipsam sibi retentis semper salvis, cum hoc..... publico instrumento... — Acta fuerunt predicta apud Levinhacum, anno et die quibus supra, presentibus : Petro et Johanne de Valescas, parrochie de Cambone, Hugone del Pla, parrochie de Interaquis, Petro Bancal, parrochie Sancti Remigii, Geraldo de La Calm, Petro Gayet, parrochie Sancti Cosme, testibus ad premissa vocatis et rogatis et me Geraldo La Roca, publico notario castri et baronie de Calomonte pro nobili Hugone, de Castronovo et de Calomonte domino, qui... presens instrumentum abstray feci per magistrum Bartholomeum Decani, clericum juratum meum... — [*Seing manuel du notaire recevant.*]

353.

1331, 14 octobre. Aubrac. — *Transaction passée entre Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, et Urbain de Urceria, commandeur de Recoules, au sujet du droit de forestage dans le bois de Recoules* [1].

In Dei nomine. Amen. Anno incarnationis Ejusdem M° CCC° XXXI° et die XIV^a^ mensis octobris, domino Ph[i]lippo serenissimo principe, rege Francorum, regnante. Noverint universi... quod cum questio seu dabatum verteretur et verti speraretur inter religiosum virum dominum Urbanum de Urceria, militem, fratrem Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani et preceptorem domus de Rocolis, dyocesis Mimatensis, ex una parte, et reverandum in Xristo patrem dominum Durantum, Dei gra-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parchemin, coté : H, n° 5, avec la double queue du sceau dont il ne reste que quelques fragments. — Copie papier écrite par Bessière, (XIX^e^ s). — *Arch. départ. de la Lozère.* H. 429 (Hôpital d'Aubrac), copie en forme papier, du 31 juillet 1673, faite sur l'original « treuvé au : Libre Mountgros, feulhiet 77^e^ » par Jean Boyssonade, bachelier en droit et notaire royal de la ville de Chirac « du nombre réduict en icelle », suivant le pouvoir à lui donné par arrêt du Parlement de Toulouse, et à la réquisition du commandeur de Palhiers. — *Ibid.*, 439 (Hôpital de Marvejols), registre fol. 72 r°. Copie en forme papier, faite par Fr. J. J. B. Gros, « Archivaire » du grand prieuré de St-Gilles, sur le grossoyé conservé dans les archives dud. grand prieuré, armoire de la commanderie de Palhiers.

Digitized by Google

tia dompnum Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, ex altera, super eo quod prefatus dominus preceptor, nomine dicte domus de Rocolis, dicebat et pretendebat se nomine dicte domus et dictam domum habere jus et explectam lignandi in nemoribus dicti Hospitalis positis et sitis in montaneis ipsius Hospitalis de Altobraco, et se et suos predecessores ac dictam domum de Rocolis esse et fuisse ab antiquo in possessione et sazina seu quasi lignandi et ligna accipiendi de nemoribus antedictis ad opus calfatgii, arature et alterius necessitatis domus predicte ; — dicto domino dompno, nomine dicti Hospitalis de Altobraco, predicta negante et asserente, dicente et negante dictam domum de Rocolis nullum jus, possessionem, sazinam seu explectam seu quasi habere sive habuisse lignandi seu ligna accipiendi de nemoribus antedictis, et si reperiretur, quod non credit, quod gentes et familiares dicte domus de Rocolis, aliquo tempore, de lignis dictorum nemorum acciperent et secum portarent, hoc dumtaxat fecerunt, absentibus, inscientibus et ignorantibus gentibus dicti Hospitalis de Altobraco, et aliquociens, dum reperiebantur in dictis nemoribus, pignorabantur et aliquociens etiam certam pensionem dicto Hospitali de Altobraco dabant pro premissis.

Tandem, super predictis questionibus et dabatis et omnibus aliis universis et singulis dependentibus ex eisdem convenerunt se transigendo dicte partes, nominibus quibus supra, amicabiliter et concorditer, visis et diligenter inspectis ac certifficatis de juribus suis et explectis, in modum qui sequitur : — In primis siquidem dicte partes ibidem presentes convenerunt se, ad invicem stipulantes pro se et suis successoribus, et transactionem fecerunt, mediantibus et tractantibus venerabilibus et religiosis viris domino Guillelmo de Borranh, milite, fratre Hospitalis Sancti Johannis Jherosolimitani predicti, preceptori domus de Gafrances, et domino Guigone Gisberti, milite et fratre dicti Hospitalis de Altobraco, quod dicta domus de Rocolis habeat nunc et in perpetuum explectam lignandi et ligna accipiendi ad opus dumtaxat sui calfatgii, arature

Digitized by Google

et aliarum suarum necessitatum dicte domus faciendarum, in loco de Rocolis, in nemoribus dicti Hospitalis de Altobraco existentibus nunc, a via que exit de Nabinals versus dictum Hospitale usque ad locum vocatum la Peyrada dal Malpas, et a dicto Malpas, sequendo rivum qui exit de dicto Malpas, descendendo recte per quandam cumbam usque ad rivum vocatum de Cambolieg sive Roget, et a dicto rivo, ipsum sequendo superius recte, usque ad viam qua itur ab Hospitali predicto versus Sanctum Urcicium, faciendo transitum juxta furcas de Ginestosas, et a dicta via, sequendo recte ipsam viam, per quam itur a dicto Hospitali versus Glayolam, usque ad terram monasterii Bonevallis, infraque confrontationes dumtaxat predictas versus Rocolas et Sanctum Urcicium et non versus Hospitale, ita tamen quod nec dicta domus seu dictus dominus preceptor nec sui successores nec familiares, domestici seu alii quicumque existentes in dicta domo sive preceptoria, nunc vel in futurum, possint seu debeant vel eis sit licitum aliquo modo dare, vendere, permutare seu alias alienare de lignis et arboribus dictorum nemorum Hospitalis predicti de Altobraco sub pena, que consueta est levari, exigi et interponi in singulis casibus comitenda et ipsi Hospitali de Altobraco applicanda per illos, qui darent, venderent, permutarent seu alias alienarent de lignis et arboribus predictis ; et quod dictus dominus preceptor et sui successores seu bajuli et gubernatores et regentes dictam domum de Rocolis et ejus preceptoriam teneantur et sint astricti ad reddendum et remittendum dicto Hospitali de Altobraco transgressores, si qui fuerint, conventionum predictarum ad solam requisitionem curialium seu foresteriorum dicti Hospitalis de Altobraco, qui nunc sunt et qui pro tempore fuerint seu altero eorumdem. — *Item* convenerunt transigendo dicte partes, ut supra, quod prefatus dominus preceptor dicte domus de Rocolis et qui pro tempore in futurum fuerint preceptores dicte domus ac dicta domus de Rocolis dent et solvant, dare et solvere teneantur, singulis annis, perpetuo, in festo beati Michaelis, pro premissis, dicto Hospitali de Altobraco seu ejus certo nuncio vel procuratori unum sestarium

Digitized by Google

siliginis mensure de Rocolis ; in casu vero in quo cessaretur in solutione et satisfactione integra dicti sestarii, ut supra dictum est, ipsi Hospitali facienda, quod dictum Hospitale de Altobraco habeat retentionem et retinere sibi possit et valeat unum sestarium siliginis de illis duobus sestariis, que ipse dominus preceptor et ipsa domus de Rocolis percipit et percipere consuevit in et super manso de Cogossac, donec dictum sestarium siliginis ipse dominus preceptor seu successores sui ac dicta domus de Rocolis solverint, ut est dictum. — *Item* convenerunt transigendo dicte partes, ut supra, quod in casu in quo dictus dominus preceptor seu sui successores et dicta domus de Rocolis predictum sestarium siliginis assignaverint in loco congruo et sufficienti dicto Hospitali de Altobraco, singulis annis, perpetuo percipiendum in dicto festo pro premissis, ut superius est dictum, infra parrochiam de Nabinals, de Rocolis et Sancti Urcicii seu altera e[a]rumdem, quod eo casu sit immunis prefatus dominus preceptor et domus de Rocolis predicta a solulutione et satisfactione sestarii siliginis predicti, quam assignationem dictum Hospitale de Altobraco accipere teneatur. — *Item* convenerunt transigendo dicte partes, ut supra, quod in casu, in quo dictus dominus preceptor seu successores sui et dicta domus de Rocolis non possent invenire dumtaxat comode calfatgium, araturam et alia predicta ad opus dicte domus in nemoribus existentibus infra dictas limitationes, quod eo casu dictum Hospitale de Altobraco teneatur facere condescentem assignationem ad premissa ipsi domino preceptori et successoribus suis et dicte domus de Rocolis in alio loco nemorum dicti Hospitalis de Altobraco, hoc salvo et retento quod in nemoribus existentibus a dicto rivo citra versus dictum Hospitale dicta assignatio fieri non debeat, nec ad eam faciendam dictum Hospitale teneatur, set in aliis nemoribus dicti Hospitalis minime existentibus in conspectu seu prope dictum Hospitale. — *Item* convenerunt transigendo dicte partes, ut supra, quod dictus dominus preceptor teneatur facere presentem transactionem et conventionem laudare, aprobare et confirmare in capitulo

Digitized by Google

per dominum priorem Sancti Egidii Hospitalis Jherosolimitani predicti, et prefatus dominus dompnus etiam per conventum suum, in casu in quo dictus dominus preceptor dictam ratifficationem dicti domini prioris Sancti Egidii ostendet et tradet dicto domino dompno... [*Formules de droit*]... — Acta fuerunt hec apud dictum Hospitale de Altobraco, in claustro superiori, anno et die et regnante quibus supra, presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis : venerabilibus et religiosis viris dominis Sicardo Meruli milite, Petro de Cuffurco, cellarario dicti Hospitalis, Maurino Gisberti, fratribus et religiosis Hospitalis de Altobraco predicti, magistro Guillelmo Martoreti notario, domino Guillelmo de Masclac presbitero, Duranto Robberti, et me Petro de Allodio, clerico, notario publico dicti Hospitalis, qui requisitus a dictis partibus hec scripsi et recepi in nota. — *Notaire expéditionnaire : Pierre Blachas, notaire substitué par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac.* — [*Seing manuel du notaire recevant.*]

Et [1] nos frater Guillelmus de Relania, sancte domus Hospitalis Sancti Johannis Jerosolimitani, prior humilis Sancti Egidii, generale dicti nostri prioratus capitulum celebrantes, de consilio, voluntate et assensu religiosorum virorum, fratrum Berengarii de Aurosio, prioris Baroli, Petri de Claromonte, Sancti Felicis, Petri de Cayslucio, de Campanholis, Marquesii de Gosono, de Silva, Fulconis de Chaudayraco, de Rayssaco, Garini de Castronovo, de Jalesio, Petri Virgili, de Ausicio, Bernardi de Olito, de Macejano, Petri Jordani, de Pedenacio, Urbani de Urseria, de Rocolis, Raymundi de Suenilis, de Nebiano, Guillermi Alquerii, de Bastito, Raymundi de Gardia, Montisricosi, Sicardi de Tureyo, de Tronqueria, Rotgerii de Montealto, de Canaberiis, Raymundi Ruchi, Sancti Xristofori preceptorum et aliorum procerum domus nostre, nobiscum in dicto capitulo assistentium, tenore presentis instrumenti, nobis et dicto capitulo primitus exposito in vulgari, eo intellecto diligenter, contenta in eodem universa et singula sub pactis et condicionibus scriptis inibi ac designatis pro nobis et nomine

1. La confirmation suivante ne se trouve pas dans la copie conservée à Mende.

Digitized by Google

nostro ac dicti prioratus et successorum nostrorum... perpetuo confirmamus et ratifficamus omnino... In cujus rei testimonium, sigillum nostrum hic duximus appendendum. — Datum in Montepessulano, in dicto capitulo, die quinta mensis julii, anno Domini M° CCC° XXXVIII°.

Et [1] nos frater Durantus, Dei gratia humilis dompnus Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, nostrum capitulum, ut moris est, celebrantes, de consilio, voluntate, expresso assensu religiosorum virorum [fratrum] et aliorum [...] dicti nostri Hospitalis in dicto capitulo assistentium, tenore presentis instrumenti, nobis et dicto capitulo primitus exposito in vulgari lingua et intellecta utilitate contenta in eodem, universa et singula sub pactis et conditionibus suprascriptis inhibitis inhibi ac designatis... [*le surplus ne* [*se*] *peust lire, à cauze de la vielliesse, le papier estant pourri et effassé. Libre Mountgros, feulhiet septante septiesme.*]

354.

1331, 6 novembre. Marvejols. — *Transaction passée entre Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, et Déodat Yssarniti, procureur des habitants du mandement de Marchastel, au sujet du droit de forestage dans les bois de l'Hôpital* [2].

Jhesus Marie. — Anno Domini M° CCC° XXXI° et die mercurii post festum Omnium Sanctorum, domino Philipo illustri principe, rege Francorum, regnante. Notum sit omnibus... quod cum lis, questio, demanda sive debatum esset et, diu est, fuisset inter magistrum Deodatum Yssarniti de Rivotorto notarium, nomine suo et nomine procuratorio Johannis Vigerii, Petri Borrelli, Duranti Bartholomey, Petri Milone, Johannis Milone, Hugonis Segui, Bertrandi Rescorcier, Beatricis Rescorserie, Bernardi Calcati, Petronille Bartholomee, Johannis Seguini, Bartholomey Seguini, Duranti Hesgarrati, habitatorum castri Mauri[castri] ; Johannis Reversat, Duranti Chal-

1. Ce qui suit ne se trouve que dans la copie conservée à Mende.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, registre, 12 feuillets, papier non coté. Copie en forme signée : *de Favo*, not., extraite d'autre copie, signée Guillaume *Ginestonis*, not.

Digitized by Google

veti, Petri et Guillermi et Peyroneti et Guillermi Murati, Johannis et Petri Ysarniti, Johannis et Stephani Milone, Johannis et Bermundi et Johannis Baldoyni, Petri Proseti, Duranti Savarie, Johannis Combornac, Johannis Cose, mansi de Rivotort[o] ; domini Johannis Boyssonade, Deodati et Johannis et Deodati Boyssonade, Guillermi Marti, Petri Poncii, Johannis Borrelli, Raymundi Graynuol, Johannis Alvernacii, Johannis Palherie, mansi de Rivotorteto ; Johannis et Petri et Guillermi del Teron, Johannis et Johannis Thome, Guillermi Laurencii, Duranti Sabbaterii, mansi del Pi ; [Guillermi] Servientis, Vitalis Thome, loci de Freglu[c] ; Bartholomey, Raymundi et Guillermi et Stephani, Benedicti et Martini Poncii, Petri Lorgo, Guillerme Poncie, mansi de Fenayrils ; Johannis et Petri Bedossi, mansi del Pelegr[i] ; Petri Boverii, Stephani Crozeti, Guillermi Panchonis, Johannis Chabano, Johannis Pitioti, Petri et Bernardi Vitalis et Guillermi Arnaldi et Guillermi Raynaldi et Beraldi Pecol et Duranti Vanelli, Johannis et Guillermi et Petri Privati et Peyroti Cordessas, Michaelis Chalerii, Petri Limanhas, Johannis Symon, Petronille Vanelle, loci de Manso Bosono ; Geraldi Chalveti, Stephani Prunieyras, Jacobi Rotberti, Bernardi et Stephani Prunieyras, Johannis Boneti, Petri Juliani, Guillermi Saurelli, mansi des Uzangis et mandamenti castri de Maurocastro, prout de dicta procuratione fidem fecit per quoddam instrumentum, prima facie publicum, factum et signatum, ut in eo legitur, manu Johannis Brunelli, profitentis se esse notarium auctoritate domini Mimatensis episcopi in civitate et diocesi Mimatensi, cujus tenor inferius est insertus, et nomine aliorum habitantium nunc et in futurum in castro et mandamento castri Mauricastri sibi adherere volencium ex parte una, — et reverendum in Xristo patrem dominum Durantum Olerii, Dei gratia dompnum Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, nomine suo et dicti Hospitalis ex parte altera : — ex eo et super eo [quod] dictus procurator, nomine suo et nomine procuratorio dictorum hominum et aliorum sibi adherere volencium castri et mandamenti predicti, dice-

Digitized by Google

bat et pretendebat se vel homines predictos et alios habitantes in dicto castro et ejus mandamento habere jus et explectam accipiendi de lignis et arboribus siccis et viridis nemorum dicti Hospitalis pro eorum voluntate, et de eisdem esse et fuisse a longevo in possessione et saysina seu quasi, per se et suos predecessores, palam et publice, solvendo pro quolibet igne seu quolibet foco dicti castri et ejus mandamenti unam libram oley sive tres denarios Turonenses, singulis annis, Hospitali predicto pro premissis, prout dicebant constare per quoddam instrumentum factum et receptum per magistrum Durantum Vi[m]ehneti notarium, condam ; — dicto domino dompno contrarium dicente et asserente dicta nemora et proprietatem ipsorum nemorum ad dictum Hospitale solum et in solidum pertinere, et dictos homines nullum jus sive explectam habere in eisdem nemoribus Hospitalis antedicti nec occasione contentorum in dicto instrumento proxime dicto predicti homines aliquod jus adquisivisse seu dicto Hospitali in aliquo noscere.

Tandem, predicte partes super predictis questionibus, demandis et rancuris, peticionibus, assertionibus et contradictionibus et dependentibus ex eisdem, pro bono pacis et concordie, inspectis utilitatibus partium predictarum ac cerciorati de jure utriusque partis competenti pro premissis ac contentorum [in] instrumento proxime dicto, habitaque deliberatione, consilio et tractatu cum peritis et super eisdem plene deliberato, ut dixerunt, convenerunt, pepigerunt transigendo et transactionem inter se vicissim predicte partes stipulantes nominibus quibus supra, fecerunt super premissis ac [previa] stipulatione sollemni interveniente, ut sequitur : — in primis siquidem convenerunt et pepigerunt transhigendo, ut supra, dicte partes, nominibus quibus supra, pro se et suis in perpetuum successoribus, quod homines predicti et alii habitantes nunc et in futurum in dicto castro et mandamento adherere volentes in premissis, pro se et suis successoribus in perpetuum, possint et valeant libere et impune scindere, accipere et portare cum animalibus et alias de arboribus et lignis siccis et viridis nemorum dicti

Digitized by Google

Hospitalis, in illis que habet dictum Hospitale infra Gaballitanum, infra limitationes faciendas per nobilem et religiosum virum dominum Guigonem Gisberti, militem, fratrem dicti Hospitalis, et nobilem Guillermum de Valle, domicellum, bajulum baroniarum de Petra et Mauricastri, et habeant jus et explectam, salvis infra scriptis dicto Hospitali, scindendi, accipiendi et portandi de dictis arboribus et lignis, que sunt et erunt in dictis nemoribus juxta et infra dictas limitationes faciendas ad opus calfatgii, edifficii, arature, curruum et aliorum sibi necessariorum, ita tamen quod predicti homines et habitantes nunc vel in futurum in dicto castro et ejus mandamento non possint neque debeant seu valeant aliquo modo seu in aliquo casu de dictis arboribus et lignis dare, vendere, permutare seu alias alienare seu in aliis personis extraneis transferre nec extra dictum mandamentum portare seu e[j]icere, per se seu per alium, nec aliis habitantibus nunc vel in futurum, in dicto castro et ejus mandamento non solventibus seu solvere recusantibus pencionem infrascriptam juxta modum infrascriptum, nisi de licentia dicti domini dompni et suorum successorum vel cellayrarii dicti Hospitalis, qui nunc est et qui pro tempore fuerit, et hoc sub pena viginti solidorum Turonensium per ipsos homines et habitantes nunc et in futurum in dicto castro et ejus mandamento comitenda in singulis casibus in quibus defficerent in predictis et quolibet predictorum, comitenda et solvenda per ipsos et quemlibet ipsorum delinquentem domino Mauricastri et curie sue et successoribus suis ac etiam sub pena duple pencionis infrascripte per delinquentem sive delinquentes in premissis comitenda et solvenda dicto Hospitali in singulis casibus in quibus reperirentur dicti homines habitantes nunc et in futurum in dicto castro et ejus mandamento et quemlibet ipsorum delinquentem et facientem contra predicta vel aliqua de predictis. Adhicientes quod si dicti homines et habitantes nunc vel in futurum in dicto castro et ejus mandamento, vel aliqui ex ipsis, darent, venderent, permutarent seu alias alienarent de dictis lignis et arboribus personis extraneis vel in aliquo predictorum

Digitized by Google

comitterent infra juridictione dicti Hospitalis, quod in eo casu, dictum Hospitale possit et valeat levare et exigere a contrafacientibus penam viginti solidorum. — *Item* convenerunt dicte partes transhigendo, ut supra, quod dicti homines et habitantes nunc et in futurum in dicto castro et ejus mandamento possint et valeant libere et impune, in yeme, a festo beati Michaelis usque ad Rogationes, singulis annis, perpetuo, cindere et portare ad eorum hospicia que haberent in dicto castro et ejus mandamento arbores et ligna, traynando cum bobus et aliter, et a Rogationibus usque ad festum tunc sequens beati Michaelis non possint portare de dictis lignis et arboribus nisi cum curru seu alio animali vel ad capud nisi dumtaxat ad opus hedifficiorum suorum, suarum habitationum sive domorum et currium et aratu[re]; et s[ine] curru, ligna sicca et mortua tantum, si voluerint, traynando, sub penis predictis. — *Item* convenerunt dicte partes transhigendo, nominibus quibus supra, quod quilibet dictorum hominum per se et suos successores habitantes in dicto castro et ejus mandamento nunc vel in futurum faciens larem sive focum, habens par boum aratorium vel amplius pro dictis lignis et arboribus per eos accipiendis, ut supra dictum est, teneatur et debeat dare et solvere, annis singulis, in festo dedicationis beati Michaelis, dicto Hospitali, perpetuo, pro pencione sive concessione dicte explecte, unam eminam siliginis, mensure Mauricastri, in loco de Rivotorto; et quilibet dictorum hominum habitantium nunc vel in futurum in dicto castro et ejus mandamento, faciens larem sive focum, volens lignare in dictis nemoribus cum animali seu animalibus et aliis, ultra boves, teneatur et debeat dare et solvere dicto Hospitali, singulis annis, in dicto festo et loco, unum cartale siliginis ad mensuram predictam; et etiam si aliquis fuerit volens lignare in dictis nemoribus, non habens par bovum aratorum nec aliud animal cum quibus possit defferre ligna predicta, [e]t velit de ipsis lignis et arboribus accipere et defferre ad collum suum sive ad capud vel facere defferri, teneatur et debeat solvere, singulis annis, in dicto festo [et] loco, unam cupam siliginis. — *Item*

Digitized by Google

convenerunt transhigendo dicte partes, ut supra, quod nisi dicta pencio dicto Hospitali solveretur, ut supra dictum est, et curia domini Mauricastri semel requisita per gentes sive curiales dicti Hospitalis simpliciter et de plano et absque strepitu et figura judicii fuerit necgligens seu defectuos[a] in non comp[el]lendo seu cohercendo cum effectu debentes dictam pencionem ad solvendum eandem Hospitali predicto, quod in eo casu liceat et licitum sit gentibus et curialibus dicti Hospitalis, pro solutione et satisfactione pencionis predicte superius designate, eosdem homines et habitantes in dicto castro et ejus mandamento nunc vel in futurum pignorare et compellere infra juridictionem Hospitalis predicti et pignora predicta retinere pro dicta pencione solvenda et dict[a] dupl[a]. — *Item* convenerunt transhigendo, ut supra, [quod] dicti homines et habitantes nunc et in futurum in dicto castro et ejus mandamento non possint seu debeant cum bobus suis seu aliis animalibus depascere in femadis et devesiis dicti Hospitalis eundo, stando et reddeu[n]do ad dicta nemora et a dictis nemoribus et in dictis nemoribus, nisi dicti boves sint juncti, et tunc possint depascere in dictis femadis et devesiis eundo et redeundo, recto itinere, absque mora notabili et deviatione et absque omni fraude, sub pena banni consueti ; set in aliis locis et herbis possint depascere cum dictis bobus conjunctis et aliis animalibus, quamdiu erunt et moram trahent causa lignandi in dictis nemoribus, absque fraude, et in devesiis et femadis predictis, quando erunt aperte seu appatuate et postquam animalia dicti Hospitalis seu aliorum assensatorum seu arrendatorum vel aliorum quorumcumque recesserint ab herbagis dicti Hospitalis, dicti homines possint depascere cum suis bobus junctis vel non junctis et seorsim ad eorum voluntatem, donec dicta herbatgia deffendantur et incipiant defendi, ut est consuetum, et ex tunc dicti homines depascant cum eorum animalibus in predictis, juxta modum superius contentum. — *Item* convenerunt dicte partes transhigendo, ut supra, quod dictum Hospitale non possit nec debeat [in] nemor[ibus] predict[is], limitand[is] per dictos limitatores, concess[is] dictis hominibus et habitantibus nunc

Digitized by Google

et in futurum in castro et mandamento predictis pro usu et explecta predictis infra limitationes faciendas per ipsos limitatores, per se nec per alium facere charbonerias, ferreyras, veyreyrias, dovare, pelare, picare, ardere vel alias maletractare taliter quod arbores ipsorum nemorum possent mori vel alias dessicari in casibus proxime expressatis, salvo et retento per dictum dominum dompnum, dicto procuratore concensiente, quod liceat et licitum sit, non obstantibus premissis, hominibus dicti Hospitalis et ipsi Hospitali accipere et se explectare, in dictis nemoribus, lignis et arboribus prout acthenus consueverunt, salvis et retentis dictis hominibus superius expressatis. — *Item* convenerunt transhigendo dicte partes, nominibus quibus supra, quod, defficientibus et cessantibus dictis nemoribus, dicti homines non teneantur solvere pencionem predictam nec illi qui non vellent se explectare de nemoribus predictis. — *Item* convenerunt transhigendo quod si aliquis de dictis hominibus se vellet explectare, quamvis per annum non se explectaret, nisi uno semel, quo[d] ad solvendum pencionem illius annate teneatur tantum. — *Item* convenerunt dicte partes transhigendo, ut supra, quod debeant remanere fagie sive faje minute e[t] trab[es] minuti de arboribus, prout limitabunt et designabunt predicti limitatores, et quod infra limitationes faciendas et designationes, dicti homines et habitantes in dicto castro et ejus mandamento nunc et in futurum non possint nec debeant cindere nec sibi ipsis aliquid apropriare de arboribus ibidem existentibus, sub pena predicta. — *Item* convenerunt transhigendo dicte partes, ut supra, quod dicti homines et habitantes nunc vel in futurum in castro et mandamento Mauricastri non possint nec debeant, sub pena predicta, cindere, accipere seu portare de lignis et arboribus devesie nemoris del Salhens. — *Item* convenerunt transhigendo dicte partes, nominibus quibus supra, quod predictus procurator predicta omnia et singula faciat laudare, approbare et confirmare solenniter nobili et potenti viro domino Aldeberto de Petra, canonico Vivariensi, domino Mauricastri, et hominibus predictis et aliis habitantibus in dicto

Digitized by Google

castro et ejus mandamento sibi adherere volentibus in predictis et ipsos homines et habitantes in dicto castro et mandamento et quemlibet ipsorum facere obligare pro se et suis successoribus pro premissis et omnia bona sua presencia et futura post limitationes predictas et si et quando fuerint limitat[a] superius contenta ; et prefatus dominus dompnus etiam conventui suo et dicti Hospitalis, prout fuerit faciendum, scilicet congregato dicto conventu in capitulo ad sonum campane, ut moris est, et alias prout de jure fuerit faciendum. Et predicta omnia et singula dicte partes vicissim stipulantes et recipientes pro se et nominibus quibus supra atendere, complere et contra non venire per se vel per alium, in judicio vel extra, promiserunt, videlicet dictus magister Deodatus sub obligatione bonorum suorum, quathinus ipsum tangit, et sub obligatione omnium bonorum hominum predictorum quorum est procurator ; et dictus dominus dompnus sub obligatione omnium bonorum dicti Hospitalis ; et renunciaverunt omni juri, deceptioni et cautele quibus possent contra predicta in aliquo facere vel venire.

Quibus sic peractis et in continenti, nos Aldebertus de Petra, canonicus Vivariensis dominusque dicti castri Mauricastri, visis et intellectis premissis omnibus universis et singulis, predicta omnia et singula ratificamus et aprobamus, salvis nobis et retentis censibus, redditibus, usaticis, juridictione, comodis et aliis juribus nobis debitis per homines et pagesios dicti castri et ejus mandamenti et que nobis competunt in terra, castro et mandamento ipsius castri et hactenus predecessoribus nostris competierunt, et singulariter usu et explecta lignandi et ligna accipiendi ad opus hospicii nostri Mauricastri et successorum nostrorum in et super nemore dicto del Salhens et aliis nemoribus dicti Hospitalis, quam nos habemus et predecessores nostri habuerunt in eisdem et alias in omnibus, salvo et retento jure nostro nobis competenti et competituro in castro, terra et mandamento dicti castri et Hospitalis predicti pagesiis et hominibus dicte terre. Quibus retencionibus factis et aliis occasione premissorum faciendis per dictum dominum Mauricastri, prefatus dominus dompnus, nomine suo

Digitized by Google

et dicti Hospitalis, dixit se non consentire, ymo, in quantum potest, contradicit eisdem. Et nichilominus nos dictus Aldebertus, dominus Mauricastri, dicimus et retinemus, ut supra et nol[um]us quod, propter exactionem, perceptionem et levationem penarum predictarum, nobis adquiratur aliqua juridictio de novo ultra illam quam habemus in castro et mandamento predicto et in terra Hospitalis predicti et nostri predecessores actheuus habuerunt; nec nos, dompnus predictus, propter exactionem, perceptionem et levationem penarum et duple pencionis facienda[m] non volumus aliquam juridictionem nobis et dicto Hospitali atribuere seu adquirere de novo, nec vobis dicto domino Aldeberto atribuere in terra dicti Hospitalis aliquod jus ultra illud quod ante habebatis in eodem.

Tenor vero dicte procurationis talis est :

Serie presentis publici instrumenti et tenore cunctis sit manifestum quod anno Domini M° CCC° XXX°, videlicet die quarta decembris, domino Philippo, dei gratia rege Francorum, regnante, et domino Guillermo, eadem gratia Mimatensi episcopo comiteque Gaballitani existente, nos Johannes Nogerii, Petrus Borrelli, Durantus Bartholomey, Petrus Milona, Johanes Milona, Hugo Segui, Bertrandus Rescosier, Beatrix Rescossieyra, Bertrandus Calcati, Petronilla Bartholomea, Johannes Segui, Bartholomeus Segui, Durantus Esgarrati, habitatores castri Mauricastri ; Johannes Reversati, Durantus Chalveti, Petrus, Guillermus, Peyronetus et Guillermus Murati, Johannes et Petrus Yssarniti, Guillermus et Stephanus Milona, Johannes, Bernardus et Johannes Baldoyni, Petrus Prozoti, Durantus Savarie, Johannes Combornac, Johannes Cossa, mansi de Rivotorto ; dominus Johannes Boyssonada, Daude, Johannes et Deodatus Boyssonada, Guillermus Martini, Petrus Poncii, Johannes Borrelli, Raymundus Grimo, Ramundus Almerasi, Raymundus Palieyra, mansi de Rivotorteto ; Johannes, Petrus et Guillermus dal Teron, Ramundus, Johanetus et Ramundus Thomas, Guillermus Laurencii, Durantus Sabaterii, mansi dal Phi ; Guillermus Serven, Vitalis Thomas, loci de Fregluc ; Bartholomeus, Ramundus, Guillermus, Stephanus Bernardus et Martinus Poncii, Petrus Boysso, Guillerma

Digitized by Google

Pontia, mansi de Fenayrils ; Johannes, Petrus Bedocii, mansi del Pelegri ; Petrus Boverii, Stephanus Crozeti, Guillermus Ponchoni, Ramundus Gabano, Ramundus Petioti, Petrus, Bernardus Vitalis, Guillermus, Raynaldus et Guillermus Raynaldi, Geraldus Pecol, Durantus Vanelli, Johannes, Guillermus, Petrus, Privatus et Pernotus Cordessas, Michael Chalerii, Petrus Limanhas, Ramundus Symon, Petronilla Vanela, mansi de Manso Bosono ; Geraldus Chalvet, Stephanus Prinieyras, Ramundus Boneti, Petrus Juliani, Guillermus Saurelli, mansi des Uzanchis et mandamenti castri Mauri Castri, omnes insimul et quilibet nostrum pro se facimus procuratores... : magistrum Johannem Fabri, notarium, absentem, et magistrum Deodatum Yssarniti, notarium, presentem et dictam procurationem gratis et sponte suscipientem..., in causa seu questione quam habemus et intendimus habere conjunctim vel divisim contra Hospitale Beate Marie de Altobraco, ratione usus et explecte, quem et quam dicimus nos habere lignandi in nemoribus ipsius Hospitalis et super jure ad nos in premissis pertine[nt]e necnon et ad componendum, compromitendum et transhigendum pro nobis et nomine nostro cum reverendo patre in Xristo domino Duranto, Dei gratia dompno dicti Hospitalis, seu gentibus suis, super predictis omnibus... [*Formules de droit*]... — Acta fuerunt hec apud Rivumtortum, in prato vocato lo Pradel dicti magistri Deodati, testibus presentibus ad hec vocatis et rogatis : Stephano Bartholomey clerico, Petro Guidonis Gisberti, Petro Pelliparii alias Vola, Jacobo Gisberti et me Johanne Brunelli, publico notario auctoritate episcopali in civitate et diocesi Mimatensi, qui, *etc*.

Acta fuerunt hec apud Marologium, in capitulo Fratrum Minorum, testibus presentibus : discretis viris magistris Guillermo de Turre, Johanne Brufornerii, jurisperitis, religiosis viris fratribus Azemario Sagrestani, Gervasio Montanerii juniore, Armando de Blavinhac, Petro de Chausinet, dicti conventus Minorum, magistris Petro Elodii, Guillermo Dulcini notario, domino Petro Brio, dicti Hospitalis, Stephano Fanoti et Hugone de Villanova clerico, et me Guillermo Bonafide, notario publico auctoritate regia, qui, *etc*...

Digitized by Google

355.

1331, 25 novembre. Prades[1]. — Lauzime, par frère Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, accordée à Raimonde *Gonela*, de Prades, pour la construction d'une [maison] au lieu dit *el Pueg*, ès appartenances de Prades, confrontant avec le chemin de Prades à [...] et l'affar de Bernard *Raynaldi*, — et pour un jardin, au terroir de *la Gilbertesca*, confrontant avec [...] *Salvatge*, champ tenu dud. Hôpital par Pierre *Bernardi* et terre relevant dudit Hôpital, le tout fait du consentement de frère Jean de *Caturco*, bayle de Prades pour l'Hôpital d'Aubrac. Censive annuelle : [...] d'avoine, *pro forestaria*, *in tempore messium* et une géline à la saint-André ; et pour [le jardin, 7] s. Rod. à la saint-André ; avec lods et ventes, *tollis*, *talliis*, *boadis*, *manobris et jornalibus*, *ad voluntatem* du dit Hôpital. — Pierre *Rotavolp* recevra à l'affar *dels Motas* un terrain suffisant pour lui tenir lieu du susdit jardin qui lui avait été acensé. Bertrand *Baconis*, sergent de Prades, fera l'assignation. — Fait à Prades, *in cymiterio*, présents : led. Jean *de Caturco*, bayle de Prades, Barthélemy *de Caturco*, recteur de Saint-Martin de *Monbo*, Jean *Boneti*, prêtre [...], Pierre *Cozi*. — Notaire recevant : Pierre de *Allodio*, clerc, notaire public de la terre de l'Hôpital d'Aubrac. — Not. expéditionnaire : Pierre *B*[*lachas*], not. public dudit Hôpital, not. subrogé. — [*Seing manuel du not. expédit.*]

356.

1331, 11 décembre. Villefranche-de-Rouergue. — *Défense faite par Réginald de Jermola, sénéchal de Rouergue, aux officiers de la sénéchaussée de faire aucune pillerie ou rapine sur les bestiaux que l'Hôpital d'Aubrac faisait conduire du Quercy sur les montagnes d'Aubrac*[2].

Reginaldus de Jermola, miles domini nostri Francorum regis ejusque senescallus Ruthenensis, universis officiariis, bajulis, notariis et servientibus regi[i]s dicte senescallie, salutem. Procuratore Hospitalis pauperum Beate Marie de

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., rongé en divers endroits, coté P. — 2. Doat 135, fol. 90-91, copie d'après l'original.

Digitized by Google

Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, intelleximus conquerente quod cum ipsum Hospitale adducat et adducere consueverit ab antiquo, per se et suos fratres, grangerios et familiares, plures et diversos greges diversorum animalium armalinorum et equorum ac aliorum minutorum de Caturcinio, anno quolibet, in montanis dicti Hospitalis, tempore estivali, et deinde reducere et descendere de dictis montanis in dicto Caturcinio, tempore hyemali, et propter ipsorum animalium depredationem et rapinam qu[e] in itinere, descendendo et ascendendo, ut dictum est, per nonnullos comitebatur indebite et injuste, sicut dicit, adductores ipsorum animalium olim pluries requisiverunt nos et predecessores nostros quondam senescallos regios Ruthenenses ut certos servientes et alios ipsorum familiarium eisdem in premissis deputarent ad finem quod ab hujusmodi rapinis et depredationibus servarentur immunes, hinc est quod aliqui bajuli, officiarii et servientes regii dicte senescallie ad hujusmodi custodiam se ingerunt absque mandato nostro et absque ipsorum adductorum requisitione aliquali et sub hujusmodi velamine, ipsi et eorum animalia predicta rapiuntur, depredantur et agravantur, in ipsius Hospitalis prejudicium et jacturam; super quibus idem procurator instanter petiit sibi per nos de opportuno remedio provideri. Quocirca nos volentes hujusmodi depredationibus et extorsionibus obviare, vobis et vestrum cuilibet in solidum precipimus et mandamus quod a predictis totaliter desistatis, nisi a nobis aliud receperitis in mandatis, quod non est intentionis nostre, vos seu aliquem vestrum intromittere seu ingerere, nisi dumtaxat per ipsos adductores fueritis requisiti. — Datum Villefranche, die mercurii post festum conceptionis beate Marie Virginis, anno Domini M°CCC°XXXI°. — Reddite littere. — *Et plus bas* : per dominum comitem : Reuffelh.

Digitized by Google

357.

1331, 31 décembre. Saint-Chély [1]. — *Cautionnement en faveur de Hugues Boterii, détenu dans les prisons d'Aubrac.*

Nota obligationis domini Hugonis Boterii. — *Item*, anno quo supra et ultima die mensis decembris, domino Philippo etc., existentes etc. Artaldus de Mental de la Boyssonada, domicellus, et Ramundus de Pradis et Guillermus Boterii, in presencia venerabilis et religiosi viri domini Johannis Caslaris, prioris Fagie Montisyemalis et officialis Ruthene, et mei notarii et testium subscriptorum, dixerunt et proposuerunt quod frater Hugo Boterii, presbiter et frater Hospitalis pauperum Beate Marie de Altobraco, suis meritis exigentibus, ut dicitur, fuit per reverendum patrem in Xristo dominum Durantum, dompnum Hospitalis de Altobraco, ad carcerem perpetuum condempnatum et quod juxta condempnationem predictam in carceribus dicti domini dompni, apud Hospitale, egit penitenciam per octo annos vel circa ; unde, cum dictus frater Hugo sit de genere ipsorum Artaldi, Ramundi et Guillelmi predictorum, pluries supplicaverunt dicto domino dompno ut eundem fratrem Hugonem a carcere liberaret et extra carcerem, infra certas limitationes ad voluntatem ipsius domini dompni assignandas, ipsum arrestatum morari faceret ad agendum penitenciam predictorum per ipsum Hugonem comissorum, promittentes Artaldus, Ramundus et Guillermus predicti et ipsorum quilibet venerabili et religioso viro domino P. de Besumbis, presbitero et fratri dicti Hospitalis, curato Sancti Elegii, procuratori et sindico dicti Hospitalis substituto per venerabilem et religiosum virum dictum dominum Johannem Caslaris, sindicum dicti Hospitalis, haben[tem], ut dixit, potestatem substituendi, ut in literis super hoc confectis plenius dixit contineri, quod dictus dominus Johannes Caslaris ibidem confessus fuit esse verum et michi notario infrascripto, ut publice persone, presentibus etc., quod dictus frater Hugo non faciet nec procurabit dampnum aliquod dicto Hospitali nec perso-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 797, registre notulaire de M[e] P. de Allodio, (1331-1333) fol. 11 r°-12 v°.

Digitized by Google

1333, samedi, 12 juin. Prades d'Aubrac [1]. — Bail acapte par frère Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, à Siméon Malaval, de Mandailles, d'une terre sise au terroir dit *a la Salis*, confrontant : chemin de Mandailles à Condamine, *cum quodam ranco sito ad caput cujusdam prati nostri quod tenet a nobis Deodatus Cortes*, ruisseau de Pont Arnal et terre de la grangè de *Sisternis*, dépendance d'Aubrac ; frère Aldebert *Gisberti*, granger de *Sisternis*, bornera lad. terre qui a été intéodée *ad faciendum pratum*. Censive : 12 den. Rod. à la Saint-André, ou le quint de blés, *in casu in quo faceres bladum* ; — d'autre terre, *el pla dals Cassanhs*, confrontant : terre de Gérald *del Jo*, terre commune entre l'Hôpital d'Aubrac et Guillaume *de Salgis*, chemin de *la Serra versus lo Gaset* et terres du mas *dal Gazet* ; lad. terre, donnée *ad faciendum vineam*, payera la sixième partie *racemorum et vindemie* et un den. Rod. de censive à la Saint-André, ou encore le quint des blés, *si contingebat ibidem facere bladum*, avec lods et ventes, etc. Droit d'entrée : 18 sols Tournois. L'investiture est faite *per traditionem cujusdam caterni*. — Fait *apud Pradas, in similerio*, présents : Raymond *Messerii* prêtre, Jean *de Caturco*, bayle de Prades pour l'Hôpital d'Aubrac, Déodat *Olrici*, tous religieux d'Aubrac, Bertrand *Baconis*, sergent de Prades pour led. Hôpital, Bernard *del Vilareto*. Durand *dal Boysso*. — Notaire recevant : P. *de Allodio*.

388.

1333, 12 juin-18 juillet. Hôpital d'Aubrac. — *Enchères des blés d'Aubrac* [2].

Anno Domini M° CCC° XXXIII° et die XII mensis junii. — *Redditus bladorum Hospitalis de Altobraco fuerunt posite a dichas, ut sequitur* : *Redditus del Serre de Condors* est posita ad IIII^{c} sestaria bladi, mensure dicti loci, videlicet : duas partes siliginis et terciam partem avene, exeptis paleis et exeptis bladis que condam fuerunt magistri

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*. E. 797, fol. 114 r°-115 r°.
2. *Ibid.* E. 797, fol. 123 r°-129 r°.

Digitized by Google

Duranti Riquerii dels Brasses et del Telh et molendino quod tenebat idem magister Durantus. — L'enchieyra est de XII sestariis bladi : duas partes siliginis et terciam partem avene, supra summam superius scriptam. — Frater Geraldus Vernhas, II dichas ; *item* idem frater Geraldus, cum fratre Geraldo de Duce, I dicham ; *item* frater Guillelmus de Chabmansis, pro se et IIII^{or} sociis suis, I dicham. — Anno quo supra et die XXIIII^{a} mensis junii, dicto fratri Guillelmo et fratri Maurino et fratri Ramundo Bosqueti et fratri Johanni Vasdieu, sociis dicti fratris Guillelmi, fuerunt dicti redditus liberati et venditi ; et promiserunt dominus dompnus et cellararius teneri de aura frigida, celi igne et exercitu communi, juxta usum diocesis Ruthenensis, et de evictione etc. Fuit actum quod in casu in quo etc., dominus dompnus et cellararius habeant electionem etc. — Acta fuerunt hec in dicto Hospitali, coram camera cellararii, presentibus : domino officiali, magistro Guillelmo de Valiech, Geraldo Matei, P. Cosi, Stephanus Vesserie.

Redditus d'Aulas : IIII^{c} XX^{ti} sestaria bladi, mensure dicti loci : duas partes siliginis et terciam partem avene, exeptis paleis et frumento, deductis expenssis levatorum, que comedent. — L'enchieyra est XII sestaria bladi : duas partes siliginis et tertiam partem avene. — Dominus Deodatus Rafini, II dichas. *Item* frater Guillelmus de Chabmansis, pro se et IIII^{or} sociis suis, I dicham. *Item* frater Maurinus Guisberti, I dicham. — Et fuerunt venditi et liberati dictis quatuor, ut supra proxime.

Redditus de Bonafon : XIII^{xx} VI sestaria siliginis, LXX^{a} avene, exeptis paleis et frumento, mensure dicti loci. — L'enchieyra : IX sest. : duas partes siliginis, terciam partem avene. — Johannes de Duce, II dichas. Ramundus Pojolis, I dicham.

Pradas : IX^{c} sestaria bladi, mensure dicti loci, videlicet : C sestaria frumenti, V^{c} sestaria siliginis et residuum avene ; computatis fabbis pro frumento, pezes pro siligine, espeltam et ordeum pro avena, exeptis paleis. — L'enchieyra : XV sestaria, videlicet : III sestaria frumenti, VIII^{to} siliginis, IIII^{or} avene.

Digitized by Google

Aurelle : V^c^ sestaria bladi, mensure dicti loci : duas partes siliginis, terciam partem avene, computatis frumento [pro] fabbis, et leguminibus pro siligine ; et pro dicta siligine, reddat in solutione XX^ti^ sestaria frumenti pro siligine. — L'enchieyra : XII sestaria bladi : duas partes siliginis, terciam partem avene.

Gaballitanum et Arvernia : V^c^ IIII^xx^ sestaria bladi, ad mensuram dicti loci : duas partes siliginis, terciam partem avene, exeptis paleis de Nabinals sellarario, et pencione de Maurinis. — L'enchieyra : XII sestaria bladi : duas partes siliginis, terciam partem avene. — Guirbertus Hebrardi, pro se et tribus sociis, II dichas. Dominus P. de Bosqueto, P. de l'Agrefol, Deodatus de Vilareto, II dichas. — Et fuerunt venditi et liberati dictis domino P. de Bosqueto et sociis suis proxime dictis. — Actum et testes ut supra in principio.

Leborinas : IX^c^ sestaria bladi, ad mensuram dicti loci : III^c^ LXXV sestaria frumenti, XXX^a^ siliginis et totum ordeum quod ibidem recipietur et residuum avene, computatis fabbis pro frumento, pezes pro siligine et erres pro avena, exeptis iis que fuerunt fratris P. Suqueti et fratris P. de Solacgio et illorum qui vivu[n]t et paleis. — L'enchieyra : XV sestaria. — Ramundus Pojol et Calvetus, II dichas ; Johannes de Duce, II dichas ; Calvetus, I dicham ; Geraldus Privati et Austorgius de Vilareto, II dichas. — *Item* anno quo supra et die dominica ante festum nativitatis beati Johannis Babtiste, dominus dompnus et frater Johannes, grangerius de Leborinis, liberaverunt et vendiderunt dictos redditus bladorum de Leborinis ad annum presentem ad summam predictam, videlicet : mille et quinque sestaria bladi, ad mensuram dicti loci consuetam : IIII^c^ sestaria frumenti, XXX^a^ sestaria siliginis et totum ordeum quod ibidem invenietur et residuum avene, computatis fabbis pro frumento, peses pro siligine, erres pro avena, exeptis paleis et iis que fuerunt fratris P. Suqueti et fratris P. de Salaticis et illorum qui nunc vivu[n]t, et de predicta summa solventur omnes diche et emptoribus infrascriptis I dicham solum, Geraldo Privati, Austorgio de Vilareto, Deodato Calveti, presentibus etc. ; et pro-

Digitized by Google

miserunt teneri de eviccione et de aura frigida, celi igne et excercitu comuni, juxta consuetudinem diocesis Ruthenensis. (Et fuit actum quod non vendant seu alienent bladum donec sit satisfactum de predicta summa) [1]. Qui dicti Geraldus, Austorgius et Deodatus predicti promiserunt solvere dictam summam dictorum bladorum bonorum et bene mercadier, seu venire ad voluntatem dictorum dominorum vendentium etc., hinc ad instans festum beati Micahelis, et pro hiis intercesserunt unus pro alio et quilibet in solidum, sub obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum etc., renunciantes autem per se etc., et ita tenere juraverunt etc. Dictetur ad plenum. — Acta fuerunt hec apud Leborinas, presentibus testibus vocatis et rogatis : religiosis viris dominis Jacobo Imbauci, Guillelm[o] Calmeti, presbiteri[s], Geraldo Combellis, fratribus, Guillermo Denayrosii, magistro Bernardo Denayrosii, clerico, Ramundo Grossi, Johanne de Duce, clericis, et me P. de Allodio, notario, qui requisitus per dictos venditores et emptores etc.

Herinhac : VII^{c} L sestaria bladi, mensure dicti loci : III^{c} sestaria frumenti, C sestaria siliginis, residuum ordei et avene, computatis fabbis pro frumento, pezes pro siligine, et erres pro ordeo. — L'enchieyra : XV sestaria bladi : terciam partem frumenti et duas partes ordei et avene. — Dominus Jacobus Imbauci et dominus Guillelmus de Lacalm, II dichas. — Domino Jacobo et domino Guillelmo fuit liberatum etc., ita tamen quod de las dichas fiat ordinatio juxta dictum domini dompni et cellararii. Et ita realiter ad VII^{c} L sestaria bladi fuit liberatum.

Lo Rocos : IIII^{xx} XVII sestaria bladi, ad mensuram dicti loci : XX^{ti} IIII^{or} sestaria frumenti et de residuo : duas partes avene, terciam partem de mescla de Cause. — L'enchieyra : VI sestaria : II sestaria frumenti et residuum avene. — Johannes Novelo, pro se et fratre suo, I dicham. Ramundus Gros, I dicham. — *Item* anno et die quibus supra, in vendicione reddituum de Leborinis, dominus dompnus liberavit et vendidit Ramundo

1. La partie entre ( ) a été barrée.

Digitized by Google

Grossi, clerico, presenti etc., redditus del Rocos ad annum presentem, ad summam centum et novem sestaria bladi, ad mensuram dicti loci consuetam : XX^ti IIII^or sestaria frumenti, et de residuo : duas partes avene et terciam partem de mescla de Causse. Et de predicta summa solvetur I dicha dicto Johanni Novelo, et ultra summam dicti frumenti, dictus Ramundus solvet frumentum dicte diche quod in summa aliorum bladorum predictorum deducetur ; et promisit teneri de eviccione et de aura frigida, celi [igne] et aliorum, juxta consuetudinem diocesis Mimatensis etc. Et dictus Ramundus promisit solvere hinc ad instans festum Omnium Sanctorum dictam summam bladorum bonorum et suficientium seu venire ad voluntatem etc., sub obligatione omnium bonorum suorum etc. ; renuncians etc. ; et ita tenere juravit etc. Dictetur ad plenum. — Acta et testes, ut supra, in venditione de Leborinis etc.

Bonaterra et Monfelgos : CV sestaria bladi, ad mensuram de Chiraco : XXVII sestaria frumenti, XXIIII^or sestaria avene, et de residuo : duas partes siliginis et terciam avene, exeptis paleis de Monfelgos grangerio de Planhis. — L'enchieyra : IIII^or sestaria, videlicet : I frumenti, alium siliginis, II avene. — Amalvinus, I dicham. — Et fuerunt venditi et liberati dicto Amalvino, ut supra in principio.

Mansi d'Olho : X sestaria pro quarto solum : duas partes siliginis, terciam partem avene. — L'enchieyra : III eminas, videlicet : I sestarium siliginis, I^am eminam avene.

Anno quo supra et die IIII^a julii, domino Philippo etc., P. Amalvi promisit solvere cellarario presenti etc. redditus de *Bonaterra* et de *Monfelgos*, ut superius dictum est, hinc ad instans festum Omnium Sanctorum, de bono blado et suficienti, obligans inde omnia bona sua presentia et futura ; et pro hiis intercesserunt Johannes Tauria, Guillelmus Prunieyras, mansi d'Escudayretas, parrochie de Rocolis, fidejussores et ut principales debitores et pagatores et quilibet eorum in solidum et voluerunt fieri executionem per curiam dicti Hospitalis etc., renunciantes autem presente et omni juri etc. ; et ita tenere juraverunt omnes etc. — Actum et testes ut infra.

Digitized by Google

Item frater Maurinus Gisberti, frater Ramundus de Bosqueto, frater Johannes Vasdieu, frater Guillelmus de Chabmanssis promiserunt solvere redditus *del Serre* et *d'Aulas*, ut supra, et pro hiis intercesserunt Matheus Besserie de Sancto Elegio et Stephanus Batifol et Guillelmus Cayro sive Conchart, de Puech Giniey, et Ramundus de La Vernha ut principales etc., renunciantes etc., et ita tenere juraverunt fidejussores etc. — Acta fuerunt hec in dicto Hospitali, in camera cellararii. Presentibus testibus : Johanne de La Vernha, P. Deodati, Johanne Batifol, Ramundo Doneta, P. Baldoy et me P. de Allodio, qui, requisitus per dictum cellararium etc.

Item dictus cellararius vendidit redditus bladorum de *Aurella*, dicto Hospitali pertinentes, Micaheli Soldaderio, clerico, precio V^{c} sestariorum bladi, ad mensuram de Aurella : duas partes siliginis, terciam partem avene, computato frumento pro siligine vel restanti, expenssis factis et computatis fabbis et pisis pro siligine ; et promisit teneri de eviccione et de aura frigida, celi etc., juxta consuetudinem diocesis Ruthenensis ; et dictus Micahel promisit solvere dictam summam bladi boni et suficientis, hinc ad instans festum Omnium Sanctorum, super his obligans omnia bona sua presentia et futura. Et pro hiis intercesserunt Johannes Soldaderii et P. Soldaderii, filius Stephani Soldaderii, condam, mansi de Born, ut fidejussores et principales debitores conhercioni curie dicti Hospitalis seu alterius cujuscumque, renunciantes autem presente etc. ; et ita tenere juraverunt omnes etc. — Acta fuerunt hec, ut supra. Testibus vocatis et rogatis : Johanne Broa sive Tauria, Geraldo d'Agrefuelha, Stephano Pellissonis et ego P. de Allodio, qui, requisitus per dictum cellararium, etc.

Postque anno quo supra et die XVIII^{a} julii, idem cellararius vendidit medietatem dictorum reddituum, de voluntate Michaeli[s], fratri P. Besserie, precio predicto etc., et sub modo predicto et sic solvere idem frater promisit sub obligatione etc. Et pro hiis intercesserunt fidejussores principales P. del Bosquet sive Bel da Born, Guillelmus Bru, mansi de Sacoa, et ita, ut supra, jurave-

Digitized by Google

runt. — Acta fuerunt hec in camera etc. Testes vocati [et] rogati : frater Geraldus de Duce, magister P. Blachas, notarius, Hugo Suqueti, et me P. de Allodio etc.

[*Nabinals*] : Anno quo supra et die XXVII[a] mensis junii, redditus bladorum decime prioratus de Nabinals fuerunt positi ad IIII[xx] sestaria bladi, mensure dicti loci : duas partes siliginis et terciam partem avene, exepta medietate palearum et computato frumento pro siligine. — L'enchieyra : III sestaria bladi : duas partes siliginis, terciam partem avene. — Stephanus Batifol et Guillelmus d'Aurieyras, III dichas.

389.

1333, 14 juin. — *Quittance de quarante livres Tournois dues par P. Bernola à raison de la ferrière del Malcros* [1].

Nota magistri P. Bernole. — Item anno et regnante quibus supra et die XIIII[a] mensis junii, constitutus magister Petrus Bernola, ferrarius ferrarie del Malcros, in presentia Brengarii Posonis, condam, de Prevenqueriis et ferrarii dicte ferrarie et Aymerige, uxoris dicti Brengarii, ac mei notarii et testium infrascriptorum, dixit et proposuit se olim promisisse et incartasse dicto Brengario XL[a] libras Tur., quas occasione dicte ferrarie sibi debebat, et de premissis magister Guillelmus Galhini dels Mases, notarius, recepit instrumentum : de quibus XL[a] libris Hugo de Molinis, bajulus regius de Ruppe Vallissergie, ex comissione sibi facta per dominum senescallum Ruthenensem, vi et potestate dicte comissionis sue, habuit XIII libras Tur., quas dicebat deberi Jacobo de Costalis, de Villafranca, per dictum Brengarium ; et Bertrandus Baconis, serviens de Aurella pro Hospitali de Altobraco, ut locum tenens bajuli dicti Hospitalis de Aurella, habuit XXVII libras Tur. restantes de dictis XL[a] libris ; quas XXVII libras idem locumtenens dicebat deberi reverendo patri in Xristo domino dompno dicti Hospitalis per dictum Brengarium, occasione arreyratgiorum census seu pencionis dicte ferrarie a tempore quo dictus Brengarius habebat partem

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* E. 797, fol. 116 r°-117 v°.

Digitized by Google

in ferraria predicta. Unde, cum ipse magister P. satisfecerit integraliter de predictis quadraginta libris, in dicto instrumento recepto per dictum magistrum Guillelmum contentis, ut dixit, dicto Brengario seu alii vel aliis pro ipso, ut est dictum, requisivit dictum Brengarium ut de predictis XL libris ipsum et ipsius heredes et bona quitet perpetuo et absolvat. — Qua quidem requisitione facta, dictus Brengarius Ponsonis, non indutus vi, dolo, fraude vel calliditate alicujus, set gratis et libere, ut dixit, pro se et suis successoribus universis quitavit perpetuo, liberavit et absolvit ipsum magistrum P. Bernola, presentem, stipulantem et recipientem pro se et suis et ejus bona omnia universa de prefatis XXVII libris Tur., quas dictus Bertrandus, locum tenens predictus, habuit et recepit pro dicto domino dompno et dicto Hospitali, cum dicto domino dompno in ipsis XX^{ti} VII libris, occasione arreyratgiorum census seu pensionis dicte ferrarie teneretur, faciens pactum sollempne et expressum per firmam stipulationem et promissionem firmatum ipse dictus Brengarius ipsi magistro P., presenti, stipulanti et ut supra sollempniter recipienti, se nichil per se seu per aliam quamcumque personam ulterius petere de predictis XX^{ti} VII libris ab ipso magistro P. seu ab alio vel aliis pro ipso, occasione premissorum, nec se de cetero juvare velle contra ipsum magistrum P. de predicto instrumento sumpto per dictum magistrum Guillelmum quantum ad dictas XXVII libras dumtaxat, quia quoad dictas XXVII libras dictum instrumentum minime valere voluit, ut dixit ; et si aliquid peteretur de cetero a dicto magistro P., ocasione dictarum XXVII librarum seu dampnum aliquod vel expensas sustinebat ocasione premissorum, quicquid evinceretur ab eo et totum dampnum cum expensis, quod et quas sustineret pro premissis, sibi reddere et restituere promisit de suo proprio et ipsum defendere in judicio et extra de premissis ipsumque totaliter servare indempnem de predictis XXVII libris suis propriis sumptibus et expensis, super hiis omnibus atendendis et complendis, bona sua omnia presentia et futura sibi obligando specialiter et expresse, renuncians

Digitized by Google

dictus Brengarius certificatus et ex certa scientia etc... — Quam quitationem et remissionem per dictum Brengarium factam idem magister P. acceptavit, dicens tamen et protestans quod ipse tradidit dictas XIII libras dicto H[u]goni de Molinis, bajulo et comissario predicto, compulsus per ipsum vi et potestate sui officii et comissionis predicte, quia ipsum et ejus bona ceperat et arrestaverat et cum ipso arrestato recedere volebat, occasione debiti et obligationis facte Jacobo de Costalis per dictum Brengarium, quare dicto Brengario de predictis XIII libris in aliquo non tenetur nec de ipsis satisfacetur in aliquo sibi seu suis successoribus, cum plenarie satisfecerit, ut premissum est, per manum superiorem compulsus, ut dixit; qui dictus Brengarius dixit et respondit ipsi magistro P. quod, quando dictus Jacobus de Costalis dictas XIII libras sibi receperit in computum de hiis que sibi debet, ipse quitabit de ipsis dictum ipsum magistrum P., ante non, cum ipse Brengarius in majori summa sit eidem Jacobo obligatus, ut dixit. — Que quitatio et omnia alia supradicta facta fuerunt in presentia dicte Aymerigue, uxoris dicti Brengarii, et ipsa concenciente, ratificante et ratum habente sub omni renunciatione juris qualibet et cautela. De quibus omnibus ipse magister P. requisivit sibi fieri publicum instrumentum per me notarium infrascriptum. — Acta fuerunt hec in ferraria del Malcros, anno et die quibus supra, presentibus testibus vocatis et rogatis : Arnaldo Pererii, bajulo de Aurella pro nobili domino de Caniliaco, Bertrando Baconis, serviente de Aurella pro dicto Hospitali de Altobraco, Bernardo Bochardi, Aymerigua, uxore dicti Brengarii Ponsonii, et me P. de Allodio, notario etc.

390.

1333, 17 novembre. — *Lettre du bailli des montagnes d'Auvergne relative à la justice du lieu des Bouals* [1].

Aymo de Bonabaut, miles, baillivus Montanorum Arvernie pro domino nostro rege Francie, universis prepositis,

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch., côté : KK, Num° II, liasse XVIII, titre 13 et n° 27. Double queue en parch. et sceau disparus.

Digitized by Google

servientibus et aliis officiariis regiis dicte baillivie, salutem. Cum debatum sit et diu fuerit inter nos nomine regio, ex una parte, et senescallum Ruthenensem, ex altera, super eo quod dictus senescallus dicebat locum dictum de las Boals, prope Hospitale, eidem contiguum vel quasi, esse de senescallia sua Ruthenensi predicta ; et nos dictus baillivus dicebamus dictum locum esse de nostra baillivia predicta, et venerabilis et religiosus vir, dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, nobis humiliter supplicaverit quod propter debatum predictum dictum Hospitale suum dampnum minime pateretur, quod dixit se facere et plura dampna sustinuisse et de die in diem sustinere propter debatum predictum : igitur nos dictus baillivus, inspectis et attentis qualitate cause predicte et informationibus super hiis factis, habita deliberatione cum consilio nostro super premissis, volumus quod dictus dompnus minime gravatus seu molestatus existat occasione premissorum, quousque per nos et dictum senescallum seu successores nostros de dicto dabato et loco contencioso fuerit aliud ordinatum ; inhibentes vobis et vestrum cuilibet ne contra premissa aliquid explectare quoquo modo presumatis, salvo jure regio et quolibet alieno. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. — Datum die mercurii post festum beati Martini yemalis, anno Domini M° CCC° tricesimo tercio. — Costas.

391.

1331-1333. — *Enquête sur l'affaire du Minier* [1].

.....

cum Johanne Feltrier, Bernardo et Ramundo del Vilaret, mansi de Vilareto ; Aymerico Nielli et Hugone Nielli, fratr[ibu]s, mansi Mazeti ; P. Bosqueti, Johanne Gerbadieu, D. Pomareda, mansi de Born ; Johanne Boyssonada, Guillermo Boyssonada, mansi de Viurals ; Poncio Mazot, dals Catz : nichil ; Raolset, de l'Azauzet, parochie de Canet ; Hugone Condamina, de Pradis ; qui omnes predicti jura-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* E. 797, fol. XXI-XVIII. Le début de l'acte a disparu.

Digitized by Google

verunt more testium dicere veritatem et fuerunt examinati ut sequitur :

Johannes Feltrier, juratus et diligenter interrogatus super predictis etc., dixit se nichil scire. Dixit tamen se audivisse dici hodie Bernardo de Vilareto, apud Vilaretum, et Bernarde Bosquete, apud Born, quod suspicio erat contra Berenguarium, servientem de Aurella pro domino de Canilhaco, quod ipse Berengarius fuisset et extitisset in predictis in dictis p[re]ventionibus contentis. Super aliis interrogatus, dixit se nil plus scire. — Aymericus Nielli, juratus et diligenter interrogatus etc., dixit se nichil scire. — Hugo Nielli,... dixit se nichil scire. — Poncius Mazot dixit se nichil scire. — Bernardus del Vilaret, juratus et interrogatus etc., dixit se nichil scire. Dixit tamen quod eri erat in loco presenti et quidam vocatus Albinhago, parciarius dicti menerii, dicebat quod pater illius qui hoc fecerat extiterat suspensus et sic suspicatus fuit ipse loquens quod vellet hoc dicere de Berenguario, serviente terre de Aurella pro domino de Canilhaco. Aliter dixit se nichil scire. — Ramundus de Vilareto, juratus, dixit se nichil scire. Dixit tamen quod eri audivit dici in loco presenti cuidam vocato Albianh, parciario dicti menerii, quod Petrus Mercerii, cum quibusdam aliis pluribus sibi associatis, hoc fecerat, ut credebat. Aliter dixit se nichil scire. — D. Pomareda,... dixit se nichil scire. — P. Bosqueti... dixit se nichil scire. — Johannes Gerbadieu... dixit se nichil scire. — Johannes Boyssonada, juratus, dixit se nichil scire. — Guillelmus Boyssonada, juratus, dixit se nichil scire. — Radulphus de Lauzet, juratus, dixit se nichil scire. Dixit tamen quod eri, in loco presenti, audivit dici Guillermo d'Albinhac quod Petrus Mercerii, Poncius Savi, P. Palhassier et P. Amalfre, qui causidicabant cum ipso Guillelmo et aliis parcerariis suis dicte menerie occasione ipsius menerie seu menerii, debebant scire qui(d) hoc fecerat, quare requirebat ipse Guillelmus bajulo Sancti Genezii ut ipsos custodiret. Aliter dixit se nescire. — Hugo Condamina, juratus dixit se nichil scire. Dixit tamen quod eri apud Pradas audivit dici Duranto Laletu (?) quod Durantus, serviens domini de Canilhaco,

Digitized by Google

debebat scire qui erant illi qui dederant dampnum menerie predicte, ut superius in dictis preventionibus continetur, pro eo, ut dixit, quia die sabbati proxime lapsa, erat ipse Durantus apud Sanctum Urcicium cum pluribus aliis servientibus sibi associatis et pransi fuerunt ibidem. Aliter dixit se nichil scire.

Postque in crastinum, apud Hospitale, fuit examinatus in presencia domini cellararii, Johannes Sartor, de Rocolis, qui juratus dixit se audivisse dici Duranto del Vilar de Sancto Urcicio, die dominica proxime lapsa, apud Rocolas, quod die sabbati proxime tunc elapsa servientes de Calidis Aquis, domini de Canilhaco, et Durantus venerant de sero, transacta media nocte, nescit tamen unde, etc.

In crastinum post, apud Nabinals, dixit in presencia fratris Ramundi Saumerii, P. Maynada alias Bononis quod, die sabbati proxima, dum ipse veniebat cum bobus suis de nemore ante vesperas et esset els Graulos, juxta lo Redelar, vidit Durantum Peyralada, Marino, Johannem Delmas et Doudo de Sancto Urcicio, servientes domini de Canilhaco, cum uno alio induto de bruno secum adsociato deferente unam securim et veniebant de illa parte ubi est castrum Sancti Urcicii, et ibant versus montana et terram de Aurela ; et omnes predicti deferebant lanceas, exepto dicto Doudo qui deferebat burdam et illo qui deferebat securim, et loquens cum ipsis dixerunt quod ibant apud Combretum ; tamen credit, ut dixit, quod tunc prenominati irent comitere contenta in dictis p[re]vencionibus et pro eo credit quia dicta nocte fuit factum, et ipsi ibant versus illas partes et comuniter dicitur quod fecerunt. — Stephanus, filius Guillelmi Conchardi, mansi de Puech Giniey, ibidem dixit se eadem die et eadem hora vel paulo ante vidisse homines armatos, aliquos ipsorum cum lanceis, el costat de Boysso de part rivum de Camboliech, incedentes versus montana et terra[m] Aurele.

Postque die sabbati sequenti, apud Pradas, in presentia fratris Johannis de Caturco, juraverunt P. Benedicti et Deodatus Henrici et dixerunt se nescire firmissime ; tamen firmiter credunt et suspicantur quod dominus de Canilhaco et dominus Ramundus de Sancto Stephano mi-

Digitized by Google

les, bajulus de Aurella pro domino de Canilhaco, et Durantus et Brengarius et Beraldesc, servientes dicti domini de Canilhaco, sunt concii et culpabiles de premissis et sciunt qui sunt illi qui comiserunt contenta in dictis p[re]ventionibus et ideo credunt de domino de Canilhaco et de predictis aliis, quia [idem] pluries, anno isto, ipsis loquentibus et aliis parciariis dicti minerii minati fuerunt, eo quia ipsi loquentes et alii parciarii dicti minerii faciebant et fodiebant et argentum facere volebant in dicto menerio, ex collatione Hospitalis et dicti domini de Canilhaco, condominorum castri et terre de Aurella, et dictus dominus de Canilhaco dicebat solum et in solidum ad se pertinere collationem dicti menerii, quare dicebant ipsis loquentibus et aliis parciariis suis quod acciperent menerium a dicto domino de Canilhaco solum, quod facere nolebant, quia esset prejudicium dicto Hospitali et domino dompno dicti Hospitalis juraverant fidelitatem pro dicto menerio ; et quia facere nolebant ipsi loquentes et alii parciarii, minabantur ipsis ; et dominus de Canilhaco, anno isto, in curte hospicii sui de Combreto, occasione premissorum, et quia instrumentum antiqum dicte concessionis nolebant sibi tradere, promisit ipsis loquentibus et aliis parciariis quod ipsos confunderet, ut dixit, et credunt etiam eo quia dictus Ramundus predictus venerat, die martis ante dictam diem sabbati contentam in dictis p[re]ventionibus, una cum magistro Guillermo Galhini, procuratore dicti domini de Canilhaco, in loco ubi est et fuit dicta rota destructa et dixerat ipsis loquentibus et aliis parciariis quod cessarent per XIIII^{cim} dies, quod non facerent articulum, quod facere noluerunt ; dixit etiam post, alia die, dictus dominus Ramundus quod Durantus, serviens predictus, furatus fuerat domino de Canilhaco XL libr. et dominus de Canilhaco, bene sunt tres menses elapsi et ultra, l'avia aco[m]andat, quod falsum est, quia non est diu, idem Durantus trancivit apud Sanctum Genesium, cum saumerio dicti domini de Canilhaco, ut dixerunt ; qui dictus Durantus est fusterius et serviens dicti domini de Canilhaco et habet unam magnam securim cum qua videntur et aparent esse facti

Digitized by Google

icti rupture rote predicte, ut dixerunt. Dixerunt etiam se credere quod Hugo de Cureriis, bajulus regius Sancti Genesii, sciat etiam qui fuerunt illi qui comiserunt contenta in dictis p[re]ventionibus et ideo credunt, ut dixerunt, quia, die dominica proxima, de mane, dictus bajulus dixit apud Sanctum Genesium quod nunquam ipse loquens nec eorum parciarii facerent argentum et que agesso fondut lo plom, quia ipse sciebat, ut dixit, et ante, die sabbati proxima, de nocte, erat facta destructio predicta et adhuc ignorabatur comuniter apud Sanctum Genesium, quia nocte precedenti erat factum etc.

392.

1334, 28 mars. Hôpital d'Aubrac [1]. — Lauzime par Durand, domp de l'Hôpital d'Aubrac, de la vente d'un pré, sis au terroir de *las Mejanas*, consenti au prix de 50 sols Tournois à Etienne *d'Olho* par Jean et Pierre *d'Olho* et par *Guillerma*, femme dud. Jean (acte reçu par P. *de Solatgio* not. royal), sous le cens annuel de 4 deniers Rodanois, avec lods, ventes, *tollis et talliis*. — Fait à l'Hôpital d'Aubrac, *in camera cellararii*, présents : B. *de Montanhaco*, P. *Deulia*(?), notaire, Rigal *Grossi*, Guion *Gisberti*, chevalier. — Not. recevant : P. *de Allodio*.

393.

1334, 26 avril [2]. — « Item instrumentum confectum anno M III[c] XXXIIII et die XXVI[a] aprilis, quo cavetur quod cum quoddam pratum situm infra juridictionem de Altobraco foret captum, inquantatum et subastatum ac liberatum per curiales domini de Canilhaco, dominus judex de Altobraco in dicta lieuracione interposuit decretum, ut continetur in dicto instrumento, signato per duplicem DD. »

394.

1334, 9 octobre. Avignon. — *Quittance donnée par Gasbert, archevêque d'Arles et camérier du pape, de la somme de dix-sept besans d'or payés par l'Hôpital d'Aubrac* [3].

Universis presentes litteras inspecturis, Gasbertus, per-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron*. E. 797, fol. 76 v°-77 r°.
2. *Ibid.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. n° 19, fol. 7 v°.
3. Doat 135, fol, 92-93, copie d'après l'original. — Cf. l'acte n° 16.

Digitized by Google

missione divina Arelatensis archiepiscopus, domini Pape camerarius, salutem in Domino. Universitati vostre, tenore presentium, innotescat quod cum dompnus Hospitalis de Altobraco, Ruthenensis diocesis, qui est vel erit pro tempore, singulis annis, Romane ecclesie, ratione census, unum bisantium auri solvere teneatur, fatemur quod venerabilis et religiosus vir, frater Durandus, dompnus dicti Hospitalis, censum ipsum pro decem septem annis V° kalendas augusti proximo preteriti terminatis, videlicet XVII bisancios auri in IX libris XV solidis VI denariis Turonensium parvorum, singulis bisanciis pro XI solidis VI denariis Turon. parvorum computatis, per manus religiosi viri fratris Petri Olerii, fratris dicti Hospitalis, camere domini nostri Pape, die date presentium, solvi fecit; de quibus sic solutis ipsum dompnum ejusque successores et bona absolvimus, prefate camere nomine, tenore presentium et quitamus, jure Romane ecclesie in omnibus semper salvo, has sibi litteras sigillo camerariatus nostri munitas in premissorum testimonium concedentes. — Datum Avinion[e], die nona mensis octobris, anno Domini M° CCC° XXXIV°, indictione secunda, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis, divina providentia Pape [vicesimi secundi], anno decimo nono.

395.

1334, 24 octobre. Rodez. — *Vente faite par J. d'Aurillac et R. Gafuerii à Jean Caslaris, religieux d'Aubrac, d'un pré et de redevances à Anglars de Laissac* [1].

In Dei nomine. Amen. Noverint universi... quod in mei notarii et testium infrascriptorum presentia personaliter constituti Johannes de Auriliaco et Ramundus Gafuerii, mercatores Burgi Ruthene, ambo insimul... vendiderunt

1. *Arch. dép. de l'Aveyron*. H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : Num° I, liasse IX, titre 21°. *Au dos*, plusieurs indications concernant l'acte : « Istud instrumentum est de cappellania de la Padena. — Achapt... par M° Jean Caylaris, religieux d'Aubrac et fondateur de la chappellenie dicte de la Padène. — Le procès que feüst démené en l'année 1593 et plus avant pour rayson dez tailles dez deux predz dez Padènes est entre les mayns de Monsieur mestre Paul de Solanet, docteur, de Buz elns et juge de Cévérac, prest à juger... »

Digitized by Google

perpetuo et concesserunt et titulo pure et perfecte et juste venditionis soltaverunt... venerabili et religioso viro domino Johanni Caslaris, ordinis Hospitalis Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis diocesis, presenti, ementi et dictam vendicionem pro se et successoribus suis universis... recipienti..., videlicet quoddam pratum suum quod habebant et possidebant pro indiviso in territorio vocato de la Padena, vocatum vulgariter : *la Padena*, situm in parrochia Sancti Mauricii de Anglarcio, diocesis Ruthenensis, in riparia Avarionis, cum omnibus introitibus, exitibus, juribus... ; quod quidem pratum confrontatur ex una parte cum prato Ramundi del Verdier, alias de Monta[n]haco, et ex alia parte cum rivo qui fluit de fonte de Anglarcio et ex alia parte cum prato Bernardi Bonamayre et ex alia parte cum ripa Avarionis et si qui alii sunt confines predictorum. — *Item* vendiderunt eidem domino Johanni, presenti... unam gallinam quam habebant sensualem, cum dominio et senhoria et vendis et laudimiis suo loco et tempore, in et super quodam alio prato Bernardi Bonamayre, sito in dicta parrochia de Anglarcio et in dicta riparia Avarionis, juxta dictum pratum de la Padena, et directum dominium ipsius prati, quod pratum tenet dictus Bernardus Bonamayre in emphiteosim a dictis mercatoribus, ut dixerunt, sub annuo sensu unius galline et vendarum et laudimiorum suo loco et tempore ; quod quidem pratum confrontatur ex una parte cum dicto prato de la Padena et ex alia parte cum ripa Avarionis et ex alia parte cum quodam patu et ex alia parte cum dicto rivo, qui fluit de dicto fonte de Anglarcio, et si qui alii sunt confines predictorum. Quod quidem pratum de la Padena et dictam gallinam sensualem super dicto alio prato dicti Bernardi, cum dominio et senhoria et vendis et laudimiis suo loco et tempore, et directum dominium ipsius prati et omne jus et juridictionem, quam et quod dicti Johannes et Ramundus venditores predicti habebant in dictis pratis et ipsorum quolibet, vendiderunt, ut supra,... dicto domino Johanni Caslaris, emptori predicto, in et pro certo, vero, justo et legali precio C et II^{rum} librarum et X solidorum Ruth. bonorum et bene percurribilium, quas quidem

Digitized by Google

C et II[as] libras et X solidos dicte monete dicti venditores ambo insimul et quilibet eorum in solidum recognoverunt se habuisse et numerando realiter recepisse... — Acta fuerunt hec Ruthene, in hospicio de Arpajonia Veteri, in aula inferiori, die vicesima quarta mensis octobris, anno Domini M°CCC° XXXIV° ; presentibus : discretis viris dominis Petro Borzes, presbitero, Bernardo de Domo Nova, curato de Concoresio, magistris Petro Suqueti, Martino del Terralh, notariis, Petro de Mayrinhaco, Aymerico Folquet, Johanne Moychet, testibus ad premissa vocatis et rogatis, et me Johanne Lagarda, clerico, habitator[e] Civitatis Ruthene, publico imperiali ac etiam episcopali auctoritate notario, qui, *etc.* — [*Seing manuel du notaire.*]

396.

1334 [1]. — Lauzime par religieux Guillaume *Régis*, prieur de Lévignac, de la vente faite à Guillaume *Julhodes*, de la paroisse de Ceyrac, d'un pré et de la moitié d'un *canabayril*, paroisse de Ceyrac, par Bernard *Bobal*, du mas de *Bisbal*, paroisse de St-[Martin] *de Cromieyras* ; confrontant avec le Dourdou, terres *dels Pagas*, pré de Dodat *Bobaldi*, prêtre, terre des enfants de feu Gérald *Bonafos* et terre de Jean Calmelli. Cens : 2 s. et 8 d. Rod., à la saint André. — Not. recevant : Gérald La Roque. — Avec reconnaissance féodale. Coté O.

397.

1334 [2]. — « Emptio sive accapitum Hospitalis facta a Ramundo Garrigie, filio et herede Odoardi Garrigie quondam, de Ruppe Vallissergie, de molendino vocato de Lestang, in parrochia Sancti Saturnini, prope castrum Vallissergie et sub mandamento ejusdem castri situato, cum stagno sive piscario et orto, cum molendino contiguis, cum quodam nemore prope dictum molendinum, prout predicta simul confrontantur cum territorio magistri Guillelmi Brugerie, quod acquisivit a Bernardo Baldoini et ejus uxore, parte ex una, et ex altera cum

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, registre 75, fol. 6 r°.
2. *Ibid.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n°s 24 et 333, fol. 14 r°.

Digitized by Google

prato et territorio dicti magistri Guillelmi, que acquisivit a magistro Ramundo Brugerie, matre aque media, et ab aliis partibus cum pertinenciis mansi dels Scotz, qui tene(n)tur a Ramundo de Ruppe ; et nemus confrontatur a parte inferiori cum quadam prati pecia dicti magistri Ramundi, quam tenet a domino nostro rege et Guillelmo Fabri, et ab alia parte cum tenencia Ramundi et Ramundi de Stagno, et ab aliis partibus cum territorio et nemore dicti magistri Guillelmi, quod acquisivit a dicto Ramundo Garrigie, via in medio, ad habendum etc, pro VIII^{xx} libris Turon. bonis et bene percurribilibus, quas a dicto Hospitali recepit etc, dans etc., et de evictione teneri voluit etc, in bona forma. Dictam enim concessionem de premissis fecit dictus Garrigie dicto Hospitali sub hac conditione et pacto inter partes inhitis, videlicet : quod pro dicto molendino et aliis predictis dictum Hospitale dabit eidem Garrigie et suis, annis singulis, unum denarium Tur., in festo beati Andree, nomine census et dominii directi, ita videlicet quod dictum Hospitale predicta a dicto Garrigie acquisita possit pagesiis quibus voluerit assensare, uni vel pluribus, et assensamento facto, si eos contingeret vendere, exinde vendas recipere et habere seu [in] eorum precio retinere, salvo sibi dicto denario censuali cum vendis et laudimiis, si per Hospitale res predicte in toto vel in parte vendebantur ; acto eciam quod propter censum non solutum res predicte cadere non valeant in commissum, sed quod possit dictum Hospitale compellere ad solvendum dictum denarium, anno quolibet, ut alios pagesios suos ; promictens se procuraturum quod premissam concessionem ratifficabunt fratres, sorores et sororini in dicto instrumento nominati. Et de premissis Hospitale recognitionem eidem fecit in forma. — Sciendum quod dicti fratres et sorores ratifficaverunt et quictaverunt, constantibus instrumentis tam hic insertis quam ad partem confectis. Ceterum in hoc instrumento inseritur amortissamentum et facultas retinendi dictos fundos et funda, salvo censu annuo V solid. annuatim dando pro dictis feudis domino nostro regi ; quod amortissamentum est expeditum in bona

Digitized by Google

forma ; et sunt plures littere regie in archivio amortissamentorum de supradicto accapito. Constat instrumento sumpto per Guillelmum Brugerie, cui surrogatus Bernardus Brugerie instrumentum signavit, anno M° III° XXXIIII°, et signato duplici LL. »

398.

1335 (n. s.) 16 janvier. Mandailles. — *Echange de deux vignes sises dans la paroisse du Cambon, entre Bernard Vialatelle et Pierre de Planecassanhe, granger de Malet* [1].

Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° XXX° IV° et die lune post festum beati Ylarii, personaliter constituti coram me notario et testibus infrascriptis Bernardus Vilatela, de Mandalhis, ex una parte, et frater Petrus de Planacassanha, grangerius domus de Meleto, ordinis Hospitalis Beate Marie de Altobraco, Ruthenensis diocesis, ex parte altera, et cum hoc esset quod dictus Bernardus teneret a dicto Hospitali quamdam vineam cum suis pertinenciis, scitam in affario podii de Cruce, parrochie de Cambone, confrontatam cum vinea dicti Hospitalis et cum vinea domini Johannis Molenerii, presbiteri, ad sextam partem racemorum, cum vendis et laudimiis suo loco ; quam quidem vineam idem B., pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque, dedit, cessit,... et etiam permutavit... dicto fratri Petro, presenti, stipulanti et nomine et vice predicti Hospitalis recipienti et cum consensu expresso, ut dixit, reverendi in Xristo patris domini dompni Hospitalis predicti ; — ibidem, vice versa, predictus frater Petrus permutavit, dedit, cessit,... dicto Bernardo, presenti... et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus quibuscumque, videlicet : quamdam vineam cum suis pertinentiis, scitam in affario de Cavacumba, parrochie de Cambone, salvo et retento ipsi Hospitali et successoribus ejusdem Hospitalis sextam partem racemorum cum vendis et laudimiis, et hoc salvo, quod si contingeret in dicta vinea bladum facere, ita quod dicta vinea reduce

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : III, et Num° V, liasse XXVIII, titre 14°.

Digitized by Google

retur ad culturam bladorum, quod de bladis dictum Hospitale haberet et levaret quintam partem bladorum ibidem excressentium, cum vendis et laudimiis suo loco ; possecionem et quasi etiam predictarum vinearum dicte partes ad invicem, prout quamlibet tangit, in aliam partem transtulerunt, se et suos disventientes ad invicem, aliam partem ad invicem investiendo cum hoc... instrumento... — Actum apud Mandalhas, in hospicio dicti Bernardi Vilatela, presentibus : Petro Negre lo celclier, Guillelmo Carieyra, Stephano Riol, clerico, testibus ad hoc vocatis et rogatis, et me Geraldo La Roca, publico notario castri et baronie de Calomonte pro nobili Hugone, de Castro[novo] et de Calomonte domino, qui, *etc... Expéditionnaire : Barthélemy Decani, clerc assermenté. — [Seing manuel du notaire recevant.]*

399.

1335 (n. s.), 1er février. Paris. — *Exemption du droit de subside accordée par le roi Philippe VI aux habitants de Saint-Chély* [1].

Philippus, Dei gracia Francorum rex, senescallo Ruthenensi aut ejus locum tenenti, salutem. Conquesti sunt nobis homines et habitatores loci de Sancto Chile (*sic*) et jurisdictionis ejusdem, quod, licet per arrestum, in curia nostra latum, dictum sit seu etiam declaratum quod subsidium nobis debitum ratione milicie carissimi primogeniti nostri Johannis, ducis Normanie, exigetur et levabitur a nostris immediate subditis de nostro domanio in totum vel in partem existentibus, et quod illi qui, licet sint ratione jurisdictionis nobis subditi per pariagium vel [*lacune*], non tamen de nostro domanio in ali[qu]o vel qui non sunt nobis immediate subditi nobis subsidium solvere non tenentur, prefatique conquerentes non sint de nostro domanio in aliquo, ut asserunt, sicque juxta arresti predicti continenciam et tenorem, solvere nobis aliquod subsidium non debeant, vobis mandamus quatinus nisi vobis legitime constiterit predictos conqueren-

1. Doat 185, ol. 291-292, copie d'après « l'original trouvé dans les archives des titres de la dommerie et hospital d'Aubrac... »

Digitized by Google

tes esse de nostro domanio in aliquo, ipsos, ratione predicti subsidii, nullatenus molestetis seu molestari faciatis ; set si quid de bonis suis [hac] occasione captum fuerit et levatum, eisdem reddi et restitui faciatis indilate, taliter quod inde non possitis de negligentia reprehendi. — Datum Parisius, in parlamento nostro, sub sigillo Castelleti nostri Parisiis, in absentia nostri magni sigilli, die prima februarii, anno Domini M° CCC° XXXIV°. — Registrata est per cameram.

400.

Montis Yemalis, Geraldus de Rocolis, Petrus Fabri, Petrus Bosqueti, Poncius Grossi, presbiteri, Guigo Gisberti miles, Petrus de Cofurco cellararius, Petrus Olerii, grangerius de Planhis, Guillermus Arezati, grangerius de Bonafonte, Bernardus Bastide, preceptor de Chiriaco, Aldebertus Gisberti, grangerius de Sisternis, Johannes Olerii sive Pojol, grangerius de Leborinis, Marinus Gisberti, bajulus de Maurinis, Leo de Caturco, bajulus Sancti Elegii, Geraldus de Combelis, bajulus et custos vacarum, Guillermus Esclausada, Poncius Artaldi, Ramundus Sigaldi, Petrus de Rieyssac, Ramundus Clapperii, Trenquerius Grossi, Petrus de Volmilhaco, Johannes de Solaticis, Petrus Besserie, Ramundus Bosqueti, Johannes de Monte Arnaldo, Ramund[us] Vinhalis, Berengarius Alamandi, congregati insimul pro tenendo capitulo ad sonum campane, ut est moris capitulum congregari, ont nommé procureur : religieux Pierre *del Olier,* licencié en droit canon, précepteur de l'hôpital de Bozouls. L'acte a été scellé du sceau unique dont se servent le domp et les religieux, et, *propter dirutionem dicti sigilli, si quam in toto vel in parte pasciebatur,* il ne perdra rien de sa valeur. Not. recevant : Guillaume Valiech, clerc, not. dud. Hôpital et du comté de Rodez ; — 3° Un acte du 14 juin 1337, passé *apud mansum del Chambo,* dans la cour de Guillaume *Graceti,* notaire du seigneur de Peyre, par lequel *Jean Crozeti,* du mas *del Pueg,* Vital, *Vitala,* Marguerite et Agnès, fils et filles de feu Jean *Prioris* et Vital de *Valhelhis* nomment procureurs : Pons Malclier, Jean et Etienne *Farrati.* Présents : Guillaume *Graceti,* clerc, et Jean, son frère, Vital *Boneti* et Guillaume *Galterii.* Not. recevant : le susd. not. du seigneur de Peyre ; — 4° Autre acte du 11 juin 1337, reçu à Marvejols, dans « *l'ouvroir* » de Guillaume *Dulcini,* not. recevant, par lequel Guillaume *de Valhelhis,* Guillaume *Boniti, de Granogolis,* Jean *Prozeti,* Ramond *Benedicti* et Béatrix *Benedicta* chargent Pons Malclier, Jean et Etienne *Farrati* de les représenter dans le procès mû entre eux et l'Hôpital d'Aubrac, *coram... domino Bertrando, permissione divina abbate monasterii de Maurcio, judice unico, ut dicitur, a Sede Apostolica delegato.* Présents : Guillaume *Galterii,* Aldebert *Astorgii* et Jean *Beumon.*

Digitized by Google

Entre les audiences du 9 et du 23 juin, le procureur d'Aubrac, en présence de Pons Malclier, procureur de la partie adverse, subdélégua Gérald *de Rocolis*, prêtre et religieux d'Aubrac, et Pierre *del Alo*, expert en droit.

A l'audience du 8 octobre, Gérald *de Rocolis*, subdélégué du procureur de l'Hôpital, présenta le « *libelle* » dressé par frère Pierre *Olerii*, religieux d'Aubrac et syndic du domp et de l'Hôpital, *contra Ramundum Benedicti et Vitalam Benedicte et Johannem et Bernardum Crozeti, Guillermum Galterii; Vitalem de Valhelhas, Guillermum Boneti et alios successores Benedicti et Johannis de Podio, condam, pagesiorum ... mansi de Pogh*, paroisse *del Fau*, au diocèse de Mende. On y lit : *quod cum dictum Hospitale esset et fuisset acthenus in possecione seu quasi percipiendi annuam pentionem V^e^ sestariorum siliginis ad mensuram dicti loci a predictis pagesiis... seu predecessoribus eorundem, ipsi quidem pagesii, dictam pentionem subtraendo injuste, solvere... dicto Hospitali indebite contradicunt ; quam etiam solvere cessaverunt et per XII^cim^ annos proxime preteritos sic spoliando injuste, quantum in ipsos fuit, predictum Hospitale* ; aussi led. syndic demande à l'official de condamner lesd. *pagès* à payer à l'Hôpital d'Aubrac la susd. pension avec les arrérages échus, s'engageant au surplus à prouver la légitimité de sa demande.

A l'audience du 17 octobre, comme le procureur de l'Hôpital avait, le 9 juin, contesté la qualité de procureur de la partie adverse à Pons Malclier, ce dernier présenta à l'official un acte de procuration, signé Guillaume *Dulcini*, qui lui fut encore contesté, et il ajouta qu'il n'avait pu trouver un avocat pour répondre au libelle du syndic et qu'il demandait l'ajournement de l'affaire.

Le 9 janvier 1339 (n. s.), répondant au libelle du syndic d'Aubrac, Pons Malclier dit que la demande qui était faite à sa partie était dénuée de fondement et qu'il demandait le renvoi de l'affaire, *ad jurandum de calumpnia.*

La nouvelle audience est fixée au 15 janvier... [*La suite manque.*]

Digitized by Google

418.

1338, 22 août. Marvejols. — *Protestations faites par le domp de l'Hôpital d'Aubrac et Astorg de Peyre au sujet d'une reconnaissance antérieurement* [1] *faite par le domp d'Aubrac au seigneur de Peyre* [2].

Anno Domini M° CCC° XXXVIII° et die vicesima secunda mensis augusti, domino Philippo, Dei gratia illustri principe rege Francorum, regnante. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod existens in presentia vestri nobilis et potentis baronis domini Austorgii, domini baronie de Petra, militis [*un blanc*], nos, permissione divina dompnus Hospitalis Beate Marie de Altobraco, ordinis sancti Augustini, Ruthenensis diocesis, nomine nostro et Hospitalis predicti, dicimus et obtulimus vobis, dicto domino de Petra, nos fore paratos facere, nominibus quibus supra, recognitionem de hiis que dictum Hospitale tenet seu tenere debet a vobis et prout continetur in quodam instrumento confecto et signato manu magistri Duranti Vimeneti, notarii quondam, cujus tenor usque ad illam partem in qua dicit : *Et incontinenti dictus* et circa inferius est insertus, cum protestatione premissa per nos dictum dompnum, quod per ipsam recognitionem, quam faciemus seu presentamus, non volumus nec intendimus aliquod jus de novo dare nec adquirere vobis dicto domino de Petra nec dictam recognitionem, de qua fit mentio in instrumento, ratificare seu laudare nec per hoc aliquod jus attribuere, imo scienter et expresse protestamur quod si dicta recognitio non teneat de jure seu in casu in quo reperiretur dictam recognitionem, de qua fit mentio in dicto instrumento, non valere de jure, nosque dictum dompnum non tener[i] ad hanc recognitionem fore faciendam, quod ipsa recognitio ex nunc ut ex tunc et ex tunc ut ex nunc sit nulla, invalida et irrita ipso jure, et alias salvo jure dicti Hospitalis super juridictione, mero et mixto imperio ad dictum Hospitale pertinentibus ex arbitratgiis seu compositionibus, que postmodum

1. V. n° 91. — 2. Doat 135, fol. 94-101, copie d'après l'original.

Digitized by Google

acta dicuntur, et omni alio jure Hospitalis predicti, et protestato etiam quod si cognoscatur seu reperiatur quod de aliis mansis, terris seu rebus per alium modum teneamur vobis dicto domino de Petra facere recognitionem et possit fieri, salvo statu nostro, ad id nos offerimus, juxta cognitionem reverendorum patrum, dominorum Dei gratia Ruthenensis et Mimatensis episcoporum, et cujuslibet eorumdem seu alterius judicis competentis vel duorum peritorum per ipsos eligendorum, adhicientes quod in nos non invenitur nec invenietur negligentia seu defectus in aliquo quod poss[i]mus seu debeamus facere de jure ; et salvis ubique protestationibus premissis, facimus nos dictus dompnus, nomine nostro et dicti Hospitalis, recognitionem et recognoscimus nos et dictum Hospitale tenere et tenere debere a vobis dicto domino de Petra et successoribus vestris et sub vestro dominio mansos et possessiones mansorum inferius nominatorum, prout in dicto instrumento, cujus tenor usque ad dictam partem sive locum superius expressatum, continetur, talis est : — *Suit la teneur de l'acte n° 91 depuis* : In nomine Domini, *jusqu'à* : ... Et incontinenti *exclusivement.* — Et nos dictus Austorgius, dominus de Petra, non assentiendo protestationibus premissis nec etiam infrascriptis per vos dictum dompnum, protestamur ante omnia et post quod per premissam recognitionem factam nobis seu etiam faciendam per prefatum dompnum, non intendimus nec volumus aliis recognitionibus seu aliis rebus, bonis seu juri-[bus], progenitoribus nostris per predecessores dicti dompni alias recognitis, in aliqu[o] prejudicari, nec juribus nobis et nostris successoribus super illis competentibus seu competituris alias derrogatis ; ymo protestamur quod sit nobis et nostris successoribus salvum jus petendi a dicto dompno et ejus conventu et successoribus suis recognitiones pretensas, si que reperiantur seu reperiri possint, alias predecessoribus nostris factas per predecessores dicti dompni dictique conventus, quibus renunciare aliquo actu contrario tacito vel expresso hodie seu alias quandocumque non volumus seu alias derogare quoquo modo. Protestamur etiam quod per dictam

Digitized by Google

seu dictas recognitiones seu alium quemcumque actum, non intendimus nec volumus acceptare seu recipere recognitionem aliquam de aliquibus bonis, rebus et juribus, de quibus reperiretur facta recognitio seu compositio domino Mauricastri, qui nunc est, seu alii pro eodem predecessoribusque ejusdem, nec sibi nec suis successoribus prejudicium aliquod generare nec compositionibus factis per predecessores domini Mauricastri cum predecessoribus dicti domini dompni nec etiam compositionibus factis per predecessores nostros cum predecessoribus dicti dompni. — Et nos dictus dominus dompnus protestationibus factis per dictum dominum de Petra, salvo statu nostro et jure dicti Hospitalis, conscensimus quantum de jure possumus et non alias ; protestando etiam quod per presentem recognitionem, quam de presenti facimus dicto domino de Petra, non intendimus, imo de contrario protestamur juri domini Mauricastri derogare nec in aliquo jus ipsi domino Mauricastri diminuere seu augere. Protestamur etiam quod in eo casu in quo reperiretur alios mansos vel loca vel res dicto domino de Petra debere de jure recognoscere, sine periculo et penis in canonibus appositis et sine periculo status nostri et juris dicti Hospitalis, eam seu eas faceremus loco et tempore opportunis, prout de jure reperiremur astricti. — Et nos dictus Austorgius, dominus de Petra, non assentiendo protestationibus premissis et contentis in eisdem nisi si et in quantum pro nobis et parte nostra facerent seu facere possent, protestamur ut supra et prout in protestationibus superius per nos factis latius continetur, a quibus aliquo actu contrario discedere non intendimus nec volumus nec in aliquo alias seu aliter derogare. — Acta fuerunt hec Marologii, in curte hospicii dicti domini de Petra, — testibus presentibus vocatis et rogatis : nobili Armando de Petra, fratre dicti domini de Petra, Petro de Petra, domicello, fratribus Petro Olerii, Johanne Thoserii, Geraldo de Roquolis, Petro Broa, Petro Boaria, presbiteris, et Bernardo Bastida, preceptore hospitalis de Chiriaco, fratribusque dicti Hospitalis de Altobraco, discretis viris magistris Johanne Brufornerii, Guillelmo de Ca-

Digitized by Google

turco, jurisperitis, domino Johanne Fabri, presbitero, magistris Juliano de Hermeto, Johanne Massellarii, Johanne L[ivern]oni et magistro Guillelmo Dulcini, notario, et me Privato Pelhissone, notario publico auctoritate regia constituto, qui ad instanciam et requisitionem dicti domini dompni et de voluntate dicti domini de Petra, predicta omnia scripsi et in nota recepi, requisitus per dictum dominum dompnum quod sibi inde conficiam publicum instrumentum, et hoc idem dictus dominus de Petra, per dictum magistrum Guillelmum Dulcini, notarium, qui etiam una mecum et ego cum ipso notam recepit de predictis — *Expeditionnaire : Pierre de Novavilla, notaire juré, délégué par Jean Massellarii, not. royal, subrogé au deuxième not. recevant par Michel de Peyreria, juge royal de Marvejols et autres terres royales du Gévaudan. — [Seing manuel de Jean Massellarii.]*

419.

1338, 12 et 13 novembre. La Ferrière et Le Cau. — *Révocation et nomination de sergents et de banniers dans la terre d'Aurelle* [1].

Anno Domini M°CCC°XXXVIII° et die jovis post octabas beati Martini yemalis. Noscant etc. quod nobilis ac discretus vir Johannes Valati, dominus Montisvalati, locumtenens nobilis ac potentis viri domini de Canilhaco, et dominus Petrus de Altobraco, licenciatus in decretis, sindicus et procurator reverendi patris in Xristo domini dompni Ospitalis de Altobraco et tocius ejus conventus, ut dicitur, ambo predicti et quilibet, pro se et nomine dictorum dominorum suorum et auctoritate, ut dixerunt, in loco de Ferreria stantes, deposuerunt omnes servientes et banerios in dicta terra de Aurella existantes pro condominis dicte terre ; et de hoc petiit sibi fieri Petrus del Maurentes, locumtenens nobilis viri Arnaldi Pererii, bajuli nobilis et potentis viri domini de Canilhaco in terra Aurelle, pu[bli]cum instrumentum. — Actum apud locum de Ferreria, ante domum Radulphi Boazo, presentibus tes-

1. *Arch. dép. de l'Aveyron.* E. 1231, fol. 18 r°.

Digitized by Google

tibus : domin[o Guillelmo] de Panozia, priore ecclesie de Bonaterra, magistro Jorda Borg[ue]t, Petro Aubert et me Hugone Ruphi, notario.

Item anno quo supra et die veneris post octabas beati Martini yemalis, Petrus Maurentes et Azemarius Meda, locatenentes bajuli in castro Aurelle, restitueru[n]t D. Beraldes servientem et Thomas de Vedrinas et Michaelem servientes et R. Rocalaura et Johannem Canac banerios in dicta terra Aurelle ; et de hoc dicti restituti pecierunt sibi fieri publicum instrumentum per me notarium. — Actum apud locum del Cau, in domo qua habitat na Savia, testibus : Johanne Gerbadieu, P. Boycier, Guillermo Benedicti et me Hugone Ruphi.

420.

1339 (n. s.), 15 janvier. La Serre. — *Acte par lequel Bernard Robert réduit de 20 setiers à 16 setiers une redevance de seigle, due au mas de La Serre par Bernard Robert oncle, et Bernard et Hugues Robert, neveux*[1].

Noverint universi... quod anno Domini M° CCC° XXXVIII° videlicet die veneris post festum beati Ylarii, domino Philippo, Dei gratia rege Francorum, regnante, cum Bernardus Rotberti, filius Ramundi Rotberti, mansi de la Serra, quondam, tradidisset Bernardo Rotberti et Bernardo et Hugoni Rotberti, avunculo et nepotibus, ejusdem mansi de la Serra, videlicet medietatem cujusdam teritorii vocati de Bosc Cau et quamdam peciam terre vocatam de l'Adreh ad certam pencionem viginti sestariorum siliginis, mensure dicti loci de la Serra, solvendam per dictos Bernardum et Bernardum et Hugonem, avunculum et nepotes, annis singulis, in festo beati Juliani, et ita dicti Bernardus et Bernardus et Hugo, avunculus et nepotes, confessi fuissent et promisissent sub obligatione omnium bonorum suorum presencium et futurorum et juramento super sanctis quatuor Dei evangeliis ab ipsis prestito corporali, juxta et prout contineri dicitur in quodam instrumento publico inde facto, sumpto et recepto manu magistri Hugonis Rot-

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, par. orig. coté n° 1.

Digitized by Google

berti, notarii episcopatus Ruthene, quondam, et postmodum in formam publicam redactum manu mei notarii infrascripti, idem Bernardus Rotberti, filius dicti Ramundi quondam, pro se et suis successoribus tam presentibus quam futuris et heredibus juris vel rei quibuscumque, non deceptus..., remisit libere, gratis ac sponte dictis Bernardo avunculo, pro medietate, et dictis Bernardo et Hugoni, pro alia medietate, de dictis XX sestariis dicti bladi, IV sestaria siliginis dicte mensure et ita quod amodo non teneantur solvere nisi XVI sestaria siliginis perpetuo, annis singulis; et ita dictus Bernardus avunculus, pro medietate, et dicti Bernardus et Hugo, fratres, nepotesque dicti Bernardi promiserunt... dicto Bernardo Rotberti presenti, stipulanti et recipienti.., dicta XVI sestaria dicti bladi solvere annis singulis et in dicto termino beati Juliani, cum dampnis, expensis, gravaminibus ac interesse, que et quas idem Bernardus faceret aut sustineret in judicio et extra ob moram solutionis seu solutionum retardate seu retardatarum, de quibus eidem credere promisserunt suo solo simplici verbo sine testibus et sacramento seu alio quolibet genere probationis. Pro quibus quidem omnibus et singulis supradictis atendendis et complendis obligaverunt se dicti nepotes et avunculus dicto Bernardo et omnia bona sua mobilia et inmobilia.., prout in dicto instrumento prime obligationis continetur... — Acta fuerunt hec in dicto loco de la Serra et in hospicio dicti Bernardi avunculi. — Testes fuerunt vocati et rogati : dominus Petrus de Bosco, de Sancto Amancio, presbiter, Petrus Rotberti, de la Serra, magister Bernardus Textoris, notarius, Petrus Reynot, de Ledergis, Deodatus Bartas, de Tremoleriis, et magister Guillelmus Deodati, tunc publicus re[g]ia auctoritate notarius, qui, *etc.* — *Notaire expéd.* : *Bernard de Angulis au nom de Raymond de Angulis, not. subrogé par le sénéchal de Rouergue.* — [*Seing manuel de R. de Angulis.*]

Digitized by Google

421.

1339, 10 avril. Maurs. — *Citation de plusieurs personnes par l'abbé de Maurs, exécuteur de lettres apostoliques* [1].

Abbas de Maurcio, ordinis sancti Benedicti, Sancti Flori dyocesis, judex unicus a Sede Appostolica delegatus, dilectis nobis in Xristo capellanis vel vicariis de Marologio, de Chirac, de Sancto Laurencio, de Sancto Bonito et omnibus aliis ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino et mandatis nostris ymo verius appostolicis firmiter hobedire. Litteras sanctissimi patris et domini nostri domini Benedicti, digna Dei providentia Pape XII^mi^, [cum] reverencia qua decet nos recepisse noveritis, formam que sequitur continentes : *Benedictus, episcopus, servus servorum Dei, etc.* [2]. — Quarum copiam et presentis citationis vobis volumus, vestris tamen sumptibus, exhiberi ; auctoritate quarum vobis in virtute sancte hobedientie et sub excommunicationis pena, quam in vos ferimus in hiis scriptis, canonica monitione premissa, nisi feceritis que mandamus, quatinus citetis et perhempthorie apud Maurcium, coram nobis, in claustro nostro superiori, ubi consuevimus audire causas apostoli : Johannem del Boscos, Pontium de Fontibusbissis, Olivarium de Roveria, domicellum, Stephanum Frezal, Raspabina Boniola, et Astruc, ejus filium, Petrum de Vilas, Johannem Pelegri, Jacobum Frezal sive Teulat, Johannem Boniol, Ramundum Loyrier, ut die jovis post festum beati Urbani vel die sequenti non feriata compareant responsuros religiosis viris domino dompno et fratribus Hospitalis de Altobraco super querelis suis quod justum fuerit p[rebi]turum. — Datum die sabbati post Quasimodo, anno Domini millesimo CCC^mo^ XXXIX^o^, sub sigillo nostro. — Ad causas, red[dite] litteras sigillatas.

422.

1339, 25 avril. Lunet [3]. — Bernard *de Rauciaco*, crieur public pour les cosseigneurs de la terre d'Aurelle, a dit avoir,

1. *Arch. dép. de la Lozère.* H. Hôpital d'Aubrac, 432, copie informe papier, XIV^e^ s.
2. V. au *Supplément.* — 3. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 1231, f. 22 v°.

Digitized by Google

de mandato curie d'Aurelle, mis à l'encan à Lunet et dans la terre d'Aurelle, la moitié de l'herbe d'un pré des héritiers de Déodat *Vitalis* de Born, confrontant avec le ruisseau de *Bornet*, pré de *la Barona*... Mise à prix : 21 sols Tourn. dus, pour leur quote-part, par lesd. héritiers à Guillaume *Galhi*, prêtre, receveur du subside accordé au seigneur de Canillac pour le mariage d'une de ses filles. Adjugé à Philippe Baldit au prix de 16 sols. — Fait à Lunet, *dum major in platea erat populi multitudo.* Not. recev. : Hugues *Ruphi* [1].

423.

1339, 22 juin. Villefranche. — *Amortissement accordé au domp d'Aubrac par le commissaire du roi, à ce délégué par lettres insérées dans l'acte* [2].

Universis presentes litteras inspecturis, Guilhalmonus de Fonte, thesaurarius Ruthenensis pro domino nostro Francie rege et ab eodem domino rege super exactione financiarum feudorum nobilium et ecclesiarum acquestuum in senescallia Ruthenensi comissarius deputatus, salutem et presentibus dare fidem. Litteras patentes regias comissionem nostram continentes nos recepisse noveritis sub hiis verbis :

Philippus, Dei gratia Francorum rex, receptori nostro Ruthenensi, salutem. Mandamus et comittimus tibi quatenus super exactione financiarum feudorum nobilium et acquestuum ecclesiarum secundum declarationes nuper per magnum consilium nostrum editas, quas tibi sub sigillis gentium compotorum nostrorum Parisius transmittimus,

1. 1339, vendredi, 3 septembre. — Comme frère Jean *de Montegrosso*, religieux d'Aubrac, avait prêté certaine somme d'argent à Déodat *Vitalis* de Born (acte reçu par Guil. *Galhi*, not. *dels Mazes*) et que *Guillerma*, veuve dud. Déodat, et Jean, son fils, ne pouvaient pas payer la dette, led. religieux s'est adresse à Guillaume Baldit, vieux, de Merdalhac, paroisse des Crouzets, qui s'était porté caution pour l'emprunteur et qui a remboursé lad. somme au créancier, moyennant la cession par lad. veuve et led. Jean, son fils, des fruits d'un pré dit de Bornet, sis à Born, qui seront estimés par Guillaume *de Vilareto* et Nicolas Valeri, de Born, et dont la caution jouira jusqu'à complète satisfaction. Fait au *Forn del mas*, paroisse de Lunet, dans la chambre de Hugues *Ruphi*, not. recevant ; témoins : B *Ros* clerc, Jo. *Ros*, son frère, et Hugues Romeguier. — *Arch. dép. de l'Aveyron.* E. 1231, fol. 28 r°.

2. *Arch. dép. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, orig. parch. coté : Num° III, liasse XXIV, titre 11°, et V° XVIII ; sceau sur simple queue disparu.

Digitized by Google

sine aliqua alia adictione procedas, tibi enim in hiis et ea tangentibus ab omnibus nostris subditis efficaciter pareri volumus et mandamus. — Datum Parisius, sub sigillo Castelleti nostri parvo, in absentia magni sigilli nostri, ultima die augusti, anno Domini M° CCC° XXXVIII°. — Philippes, par la grace de Dieu roys de France, aus seneschal e receveur de Rouvergue ou a leu[r]s lieustenans, salut. Comme nous aions ordenne et mande a vous par noz autres lectres proceder e aler avant a recevoir et lever les finances des acquex fais par les eglyzes et ausi par personnes non nobles de nobles en la dicte seneschaucee, selon certaine instruction a vous souz nostre contraseel envoyee sur ce, et ne nous apercevons que aucune choze en aiez exploytiee, por ce aucuns deniers n'en sont encore venu a nostre tresor, si vous mandons autre fois et comandons estroitement e a chascun de vous que, celont la forme de noz dictes lectres, vous alez avan prestement et diligenment en la dicte besoinhe et a toy receveur comandons espressament que toutz les deniers qui deu en ceron lievez, exploitiez et tant ceus qui en sont levez, comme ceus qui ce leveron, envoyez tost e sauvament audit tresor cens convertir en autre choze ; de ces chozes soyez si curieux, vous e chascun de vous, que par vostre defaut ou necligence nous n'i aions dommage. — Donne a la Villenove pres d'Avig[n]on, la XX[e] jour de mars, l'an de grace mil CCC XXXV.

Notum facimus quod costitutus in nostri presentia Hugo dels Molis, pro et nomine religiosi viri fratris Johannis del Olier, ordinis Hospitalis Beate Marie de Altobraco, revelavit dictum fratrem Johannem acquisivisse titulo emptionis pro se a nobili Ramundo Berengarii, milite, domino de Bertholena, videlicet : directum dominium camporum, quos tenebant a dicto nobili Guillelmus Esquilati, Ramondus Esquilati et Johannes de Riah, castri de Laichaco, scitorum in loco d'Ampiaco, et duo sestaria et unam cartam frumenti que dicti Guillelmus, Ramondus et Johannes debebant dicto nobili de sensu annuo pro dictis campis, cum omni importatione vendarum et laudimiorum et directo dominio, salvo et retento per dic-

Digitized by Google

tum nobilem in premissis predictis emphiteotis utile dominio et emphiteotetarum jure dictorum camporum cum intragio XII librarum Tur. parvorum, prout predicta continentur in quodam publico instrumento inde facto per manus magistri Petri de Vimeneto, notarii regii. Pro quibus sic acquisitis dictus Hugo finavit nobiscum, nomine regio recipientibus, ad XLVIII solidos Turonenses ; quam quidem finantiam nos comissarius et thesaurarius predictus, attenta conditione acquisitionis predicte, visis etiam et diligenter inspectis declarationibus de quibus fit mentio in comissione nostra prescripta ac ordinationibus regiis super dicto financiarum negocio per curiam Francie editis, duximus acceptandam ; dantes et auctoritate dicte nostre comissionis concedentes licentiam prefato fratri Johanni ut predicta sic per eum acquisita ad manum suam deinceps tenere possit nec ea extra manum suam ponere seu alias finare pro premissis ulterius minime compellatur, retenta in omnibus ejusdem domini regis voluntate, recognoscentes nos ab ipso fratre Johann[e] per manus dicti Hugonis de Molendino predictam peccunie summam habuisse et numerando recepisse pro finantia predicta, taliter quod exinde nos ab ipso tenemus pro paccato et contento. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. — Actum et datum Villefranche, die XXII[a] junii, anno Domini M° CCC° XXX° nono.

424.

1339, 2 août. La Ferrière-Basse. — Acte par lequel Pierre *del Maurentes*, procureur de noble Marquès, seigneur de Canillac, arrente à Jean *Senherii* de St-Geniez : *quintus, bladejadas, census et sextas yssidas bladorum et leguminum quorumcumque in terra Aurelle ad dictum nobilem... de Canillaco pertinencium, messium proximorum instancium*, au prix de 460 set., dont les deux tiers de seigle et l'autre d'avoine, mesure d'Aurelle, payables avant la Toussaint et avant que le preneur puisse aucunement disposer de la récolte. Caution : Pierre *Bernola, ferrarius*. Le bailleur se porte fort

1. *Arch. part. dède l'Aveyron*. E. 1231, fol. 29 r°-30 r°.

Digitized by Google

auprès du preneur *de violencia manifesta et guerra et tempestate, secundum usum et consuetudinem dicte terre de Aurella.* — Fait à la Ferrière-Basse, maison de P. *Moret*, témoins : Guillaume *Galhi*, not. *de Monte Judeo*, Pierre *Moret*, Pierre *Vilar*, *Jorda Borguet*, Raimond *Vasconis*. Not. recevant : Hugues *Ruphi*, notaire [1].

425.

1339, 5 novembre. La Ferrière [2]. — In nomine Domini. Amen. Anno Ejusdem incarnationis M° CCC° XXXIX°, videlicet die veneris post festum Omnium Sanctorum, domino Philippo etc. Noscant quod discretus vir Ademarus Meda, locum tenens bajuli pro Hospitali de Altobraco in terra Aurelle, pro se et nomine dicti Hospitalis ac etiam nomine discreti viri Petri del Ma[u]rentes, locum tenentis bajuli in dicta terra pro nobili et potenti viro domino de Canilhaco, ut dicebat, vendidit, assensavit et nomine venditionis tradidit... Jordano Borgueti, habitatori Ferrerie, presenti, ementi... videlicet : omnes lignas fagiorum et garricorum alias dels rovers, scitas, exceptis imferius exceptatis, scitas in quodam nemore contiguo cum Ferreria Imferiori, prout confrontatur dictum nemus cum dicta Ferreria ex parte una et cum rivo dicte Ferrerie ex parte altera et cum quodam molino vocato dels Mazes ex parte altera et cum via publica, qua itur a manso dels Catz versus La Frayceneda, ex parte altera, vendidit, inquam, dictus Ademarus, nomine quo supra, dictas lignas dicto Jordano a data hujus publici instrumenti usque ad festum Omnium Sanctorum venturum, et hoc precio VI librarum Turonensium parvorum bonorum et bene curribilium ; exceptis tamen omnibus

1. 1338, 22 juillet. Verlac. — Arrentement de la dime des blés et légumes du terroir des deux Ferrières d'Aubrac, paroisse de Naves, à Jean Noel de La Ferrière, susd. paroisse, par Ramond *Vasconis*, au prix de 115 setiers de seigle. Caution : Durand *de Podio*. Not. recev.: Hugues *Ruphi*.— *Arch. dép. de l'Aveyron*. E. 1231. fol. 13 r°.

1338, 25 juillet. Verlac, *in platea*. — Arrentement en faveur du même par frère Jean de Vianes, religieux d'Aubrac, et par Azémar *Meda*, lieutenant du bayle de la terre d'Aurelle pour l'Hôpital d'Aubrac, des quints et *bladejadas* du terroir des deux Ferrières d'Aubrac, par. de Naves, au prix de 130 set. de seigle et de 5 set. d'avoine. Caution : Guillaume André *del Erms* et Déodat *Torreta*. Not. recev. : Hugues *Ruphi*. — *Ibidem*. E. 1231. fol. 13 v°.

2. *Arch. départ. de l'Aveyron*. E. 1231, fol. 46 r°-47 r°.

Digitized by Google

lignis garricorum alias dels rovers utilibus ad faciendum trabes, jazenas sive cabros usque ad longitudinem duarum cannarum ; concedens dictus Ademarus, nomine quo supra, dicto Jordano predicto dicto precio ad levandum, percipiendum et carbones faciendum per se vel per alios quoscumque voluerit quoad festum supra dictum. Quas quidem VI libras Turon. dictus Jordanus bona fide, sine dolo, promisit se soluturum et paccaturum dicto Ademaro nomine quo supra, per terminos et solutiones infra scriptos videlicet : in festo Carniprivii venturo XXXX^{ta} solidos Turon., et post in festo nativitatis beati Johannis Baptiste XXXX^{ta} sol. Turon., et post in festo beati Micahelis alios XXXX^{ta} sol. Turon., usquequo dicto Ademaro et dicto Petro del Maurentes sit plene et integre satisfactum. Et pro predictis complendis et atendendis dictus Jordanus obligavit eidem Ademaro, nomine quo supra, omnia bona sua..., volens se posse compelli per quamcumque curiam et per bonorum suorum omnium captionem ad solam hostentionem hujus veri et publici instrumenti, et nichilominus, elapso solutionis termino, voluit dictus Jordanus teneri, arrestari in propria persona in castro de Aurella, renuncians etc. Quibus actis dictus Ademarus, nomine quo supra, promisit eidem Jordano teneri de evictione totali... et etiam... quod, quando dictus P. del Maurentes erit in dicta terra, dictam venditionem et omnia contenta in ea ratificabit, emologabit et confirmabit. — *Item* voluit dictus Ademarus quod dictus Jordanus congregaverit et collegerit omnes carbones dicti nemoris hinc ad festum Omnium Sanctorum supradictum, et si non, ultra dictum festum nullam voluit ut habeat potestatem... — *Item* voluit dictus Ademarus quod dictus Jordanus accipiat et percipiat omnes lignas quas atinget vel atingere poterit stando in dicto rivo, exceptis superius exceptatis. — Acta fuerunt hec apud dictam Ferreriam, in domo in qua habitat dictus Jordanus, presentibus testibus : Johanne Cabanerii, Duranto de Vilas, Micahele Roca, serviente, Ramundo de Burgo et me Hugone Ruphi, notario [1].

1. 1339 (n. s.), 22 février. Aurelle. — Vente par Jean *Cabanertus*, de La Ferrière

Digitized by Google

426.

1339, mardi, 7 décembre. Prades [1]. — Lauzimes par frère Jean *de Caturco*, religieux de l'Hôpital d'Aubrac et bayle dud. Hôpital dans la terre d'Aurelle, de la moitié de deux ventes, passées le susd. jour à *La Frayceneda*, maison de Ramond *Bigoli*, en présence de G. *Galhi*, prêtre, Jean Canac, Pierre *Pagesii*, Déodat *Boyssonada*, Julien *Bernerii* ; toutes deux consenties à Durand André vieux, du mas *dels Erms*, paroisse de Naves, et à Jean *Girardi*, de lad. paroisse, par Hugues *Estrebaldi* et Pierre *Vilarii*, de St-Geniez, nommés tuteurs de Pierre, Guillaume et Jean *Gauberti*, fils de feu Guillaume *Gauberti*, par Etienne *Raterii*, juge royal des montagnes du Rouergue (Ramond *Aliquoti* not.) ; comprenant, la 1re : 2 maisons, jardin et pré clos, à Naves, champ et pré dits *dels Azes*, au prix de 39 livres 10 sols Tourn., et la 2e : une terre dite de l'Hôpital, par. de Naves, au prix de 10 livres Tourn. [2] Cens de la 1re vente : 6 den. Rodan. et la sixième partie des blés du champ *dels Azes* ; cens de la 2e : 3 sols 6 den. Rod., le tout indivis entre l'Hôpital et le seigneur de Canillac ; ce dernier prélève encore sur l'objet de la 1re vente : *talliam sibi et suis debitam secundum compositionem hominum terre de Aurella cum eodem domino factam.* — Fait à Prades, maison dud. frère Jean, témoins : Pierre *Cozi*, Pierre de Bars, Hugues Laur. Not. recev. : Hugues *Ruphi* [3].

d'Aubrac, par. de Naves : 1° à B. Ménestral, dud. lieu, de la moitié *omnium arborum et fustagiorum* secs et verts du bois dit de *Sanha Clausa*, confrontant : chemin de la croix *dels Catz* à *la Rogieyra*, même chemin à *la Vayceta*, herbage de *Malhabuau* et bois du vendeur, au prix de 8 livres Tourn. — 2° à Etienne Valéri : *XXII fornellos sive carbonerias et quilibet habeat tam in longitudine quam in latitudine VIII cannas ; item unum fornellum quod habeat tantum VI cannas*, au prix de 100 sols Tourn. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 1231, fol. 18 v° 19 r°.

1. *Arch départ. de l'Aveyron.* E. 1231, fol. 51 r°-57 r°.

2. La 3e vente consentie aux mêmes par lesd. tuteurs avait pour objet une maison à Naves, relevant du prieur dud. lieu sous le cens d'un poulet (*galhino*) et vendue 4 livres Tourn.

3. 1339, 9 octobre. — Vente par Pierre et Guillaume Bru, du mas du Bru, à Bernard Falc, du Vialaret, de deux champs et de deux terres, au mas de *Bernat Clerge*, près du chemin du Vialaret, à Fabrègues, paroisse des Crouzets, au prix de 83 sols Tourn. — 3 novembre. — Vente par Jean Gerbadieu, du Cau, paroisse de St-Martin de Montbon, à Nicolas Valéri, de Born, par. de Lunet, d'une maison, à Born, au prix de 4 livres Tourn. — Tous les susd. immeubles relevant de l'Hôpital d'Aubrac et du seigneur de Canillac, cosseigneurs d'Aurelle. — *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 1231 fol. 35 v°-37 r° et 40 v°-41 r°.

Digitized by Google

427.

1339. — *Actes concernant la donation faite à l'Hôpital d'Aubrac par Ramond Garrigie de la Roque Valzergue* [1].

1. « Testamentum Ramundi Garrigie Ruppis Vallissergie instituentis heredem universalem Hospitale Altibraci, sub certis retencionibus et legatis in eodem descriptis, inter que sunt duo legata perpetua : unum quod perpetuo dicantur in ipso Hospitali tres misse in qualibet septimana ; aliud quod ipsum Hospitale teneatur donare XV sestaria frumenti pauperibus Xristi in domo ipsius testatoris in loco vocato de Grangia, subtus Ruppem. Cetera legata sunt solvenda semel tantum etc., ut in forma ; instrumento sumpto per Guillelmum de Tegula, sub anno M° III^c XXXIX°, et signato duplici RR.

2. Adeptio possessionis paciffice per dompnum et sindicum Hospitalis auctoritate domini senescalli Ruthenensis hereditatis et bonorum Ramundi Garrigie Ruppis Vallissergie, cujus erat heres Hospitale ; instrumento sumpto per Ramundum Brugerie, notarium, anno M° III^c XXXIX°, et signato duplici SS.

3. Appositio salvegardie regie, instante sindico Hospitalis Altibraci, in bonis et hereditate que quondam fuerunt Ramundi Garrigie Ruppis Vallissergie ; instrumento sumpto per Ramundum Brugerie, notarium, anno M° III^c XXXIX°, et signato duplici TT. »

428.

1340, samedi, 22 juillet. Lunet [2]. — Noble frère P. *Besseria*, religieux de l'Hôpital d'Aubrac, a vendu à Hugues *Foresterii* de Lunet et à Durand *de Fabregas* d'Espalion *videlicet* [c]*uilibet ipsorum medietatem indivise decimarum et quintuum bladorum et leguminum quorumcumque, ecclesie et parrochie de Luneto pertinencium, messium proximorum instancium*, au prix de 640 setiers de blé, savoir : les deux tiers de seigle et l'autre tiers d'avoine, mesure d'Aurelle. Les acheteurs ont promis de payer *XL^a sestaria frumenti pro*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* H. Hôpital d'Aubrac, reg. coté n^os 24 et 333, fol. 16 r°.
2. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 1231, fol. 49 v°-50 v°.

Digitized by Google

*XL*ª *sest. siliginis..., de dicta sumpma siliginis* ; ils devront payer en plus *illud bladum quod percipit seu percipere consuevit cappellanus curatus ecclesie de Luneto in dicta parrochia de Luneto* ; la levée des blés sera faite *per se, vel alium, quoscumque voluerint* ; le payement desd. 640 set. et du blé du curé aura lieu avant la Toussaint ; les preneurs ne pourront disposer des blés ci-dessus vendus *quousque sumpma dictorum bladorum sit dicto fratri Petro vel suis plene et integre satisfacta.* En cas d'insuffisance du seigle, deux setiers d'avoine vaudront un setier de seigle. Led. frère P. *promisit eisdem teneri de guerra et tempestate et igne comuni secundum usum et consuetudinem dicte terre et* [e]*mendam facere de predictis.* — Fait à Lunet, *in cimiterio*, présents : noble Jean Bompar, Adémar *Meda*, frère Michel *Soldaderii*, Hugues *Nielli.* — Not. recevant. : Hugues *Ruphi.*

429.

1340, 17 août. La Ferrière-Haute [1]. — Sur la plainte orale, faite par Guillaume *Bah* ou *Bagi* du mas *del Brunho*, paroisse de St-Martin de Montbon, que les bergers et autres personnes des mas circonvoisins *cum suis animalibus de nocte et de die devastant, dampnificant, affravant et depascunt* une devèse sise *in affario de la Molenquieyra* et appartenant aud. *Bah* et aux enfants de feu Gaucelin *del Brunho*, Jean *Bomparis*, bayle du seigneur de Canillac dans la terre d'Aurelle, et Adémar *Mede*, lieutenant du bayle de Durand, domp d'Aubrac, dans lad. terre, à la demande du plaignant, ont ordonné que : *ab hac hora in antea in dicta devesia de la Molenquieyra ipsius Guillermi et dictorum liberorum sit bannum in devesiis dicte terre apponi consuetum et dictum bannum levetur et exigatur de dicta devesia per servientes et banerios dicte terre de Aurella, si et quando fuerit.* Bien plus comme led. *Bah* et lesd. enfants cultivent et labourent, *continue et atente*, les terres qu'ils tiennent desd. cosseigneurs d'Aurelle, au grand avantage desd. cosseigneurs, ils pourront tenir dans lad. devèse *duo animalia bovina aratoria ultra boves et saumerios suos et alia*

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* E. 1231, fol. 60 v°-61 r°.

Digitized by Google

animalia in dicta eorum devesia teneri consueta ; — Fait à la Ferrière-Haute, témoins : Pierre *Senherii*, clerc, Déodat *Beraldes*, Thomas *de Vedrinis*, sergents. — Not. recev. : Hugues *Ruffi*.

430.

1340, 29 août. Le Viala. — *Assignation de pension pour le vicaire perpétuel de Lunel par Girbert de Cantobre, évêque de Rodez* [1].

L'an 1340, le 29 août, Girbert, évêque de Rodez, « attendens et debite conciderans, ut dixit, quod redditus et proventus capellanie seu vicarie perpetue ecclesie de Luneto, Ruthenensis diocesis, sunt adeo tenues et exiles quod capellanus seu vicarius perpetuus et alii servitores ipsius ecclesie et capellanie non possunt ex ipsius fructibus seu provent[ib]us ab olim dicte cappellanie assignatis comode sustentari, nec dicte ecclesie servire seu divino cultui vacare et hospitalitatem tenere et helemosinam facere, ut deceret, et alia onera ipsius ecclesie seu capellanie subportare, unde ex hiis... volens idem dominus episcopus, ut dixit, eidem capellano ac capellanie seu vicarie perpetue et servitoribus dicte ecclesie et divino cultui providere », après s'être concerté avec Radulphe *de Rupe*, prêtre, prieur de St-Pierre *de Roveria*, au diocèse de Rodez, procureur de Bertrand *Berti*, prieur de Lunet, et avec frère Pierre *Olerii*, religieux d'Aubrac, licencié *in decretis* et official de Rodez, étant considérés la situation du lieu (*situs loci*), la région (*qualitas regionis*) et le nombre des paroissiens, de l'avis desd. procureur et official, a assigné à la vicairie perpétuelle de Lunet la pension qui suit :

— « Videlicet domum quam capellani perpetui ipsius ecclesie tenere consueverunt ac omnes oblationes et alia quecumque que provenient infra predictam ecclesiam de Luneto et ejus cimiterium et omnes redditus et proventus primiciarum in blado vel aliis quibuscumque concistencium et omnes redditus et proventus caseorum quos

1. *Arch. départ. de l'Aveyron.* G. 404, orig. parchemin, coté : 8, n° 6, restes de la double queue en parchemin, sceau disparu ; — autre orig. parch., coté : n° 10, double queue et sceau disparus. — Cf. *Ibid.* H. Hôpital d'Aubrac. Reg. n° 1 (1694), p. 33.

Digitized by Google

idem capellanus dicte capellanie recipere consuevit et porsellorum ad dictam ecclesiam pertinencium. — *Item* quod ultra premissa et pro predictis sustentatione, hospitalitate et helemosina infrascripta et oneribus dicte capellanie et capellani et aliorum servitorum ejusdem, prior qui est et qui erit pro tempore dicti prioratus de Luneto et quicumque ad quem fructus, redditus ipsius pertinebunt, det et dare ac tradere teneatur deinceps perpetuo, singulis annis, dicto capellano seu vicario perpetuo in loco de Luneto prima die mensis octobris de fructibus, redditibus seu proventibus ipsius ecclesie et prioratus predicti CLXV^e^ sestaria siliginis bone et munde et receptibilis, ad mensuram dicti loci de Luneto, et duas cadriguatas bonarum palearum ; ordinans et statuens prefatus dominus episcopus quod capellanus seu vicarius perpetuus dicte capellanie deinceps perpetuo et continue debeat habere et habeat secum et tenere in loco de Luneto unum presbiterum ydoneum conducticium, qui cum eo in divinis ibidem deserviat et eidem juxta ipsius capellani seu vicarii perpetui voluntatem, ordinationem et dispositionem subserviat et eum juvet in excercicio cure animarum ipsius ecclesie, ipsa tamen cura principaliter et in solidum sit penes ipsum vicarium perpetuum. — *Item* quod habeat et habere teneatur unum clericum ydoneum conducticium ad minus, qui etiam deserviat ecclesie in divinis et serviat alias predictis vicario et presbitero tam circa curam animarum quam personarum ipsorum, quibus idem capellanus seu vicarius perpetuus provideat et providere teneatur in victu, vestitu et salario competenti. — *Item* voluit et ordinavit prefatus dominus episcopus quod dictus capellanus seu vicarius perpetuus dicte ecclesie de Luneto teneatur religiosos mendicantes recipere et eis providere ac alias hospitalitatem tenere et pauperibus ibidem confluentibus et helemosinam petentibus dare in pane siliginis ad minus qualibet septimana, videlicet die dominico cujuslibet septimane, tantum quod ascendant unum sestarium siliginis ad mensuram predictam ; vel si contingeret quod, die dominico, non venirent tot pauperes quibus posset vel deberet dictum sestarium distri-

Digitized by Google

